MEDITATIONES SPECVLATIVAE

IN LINGVAM LATINAM,

Nunc primùm Grammaticale Isagogicon quòd ad omnem partem colluſtrantes, tùm potiſſimè rationabilem Definitione, Diuiſione, Argumentatione, Queſitis theſibus, ſingula rudimẽta conquiſitè enucleantes, quibus præceſſerũt nõnulla prologomena ad facilitatem, & ornatum confecta.

AVCTORE

R. D. CAROLO MVSITANO

Ciuitatis Aprusti, Physiatros professore.

Præclariſſimo viro,

DOMINO ANTONIO FARIAS.



Neap. A.D. M.DC.LXXXII. *Superiorum*

Digitized by Google

ILLVSTRI DOMINO

ANTONIO FARIAS

VIRO PRAECLARISSIMO. S.

NE hoc potissimum tempore viderer mihi deesse, Vir Præclarissime, gratissimum in te meũ animum tibi probare numquã melius, quàm nunc ipse mecũ cogitans deliberaui. Tuam in me singularem benignitatem, incredibilemque liberalitatem, de qua iucundissimum fructum capis, gratitudinem, multo abhinc tempore expertus sum, æternamque fore benefactorum memoriam tua me docuit humanitas, quòd si vellem ingratus esse non possum. Vnum te optimè noui, vbi rerum mearum ratio requisiuit nedùm fautorem, verùm etiám adiutorem, qui vel humanitate, qua ornaris, & præstas, vel comitate, qua te omnibus deuincis, beneficia beneficijs cumulans semper maiora mihi, vt accederent

Digitized by Google

effocifti. Vndè deliquiſſem profectò) Stoici verbis vtar) ſi ad referendam gratiam hoc tempore ceſſaſſem, cum paruum ſpeculationum grammaticalium Codicem prælo ſubmittere ſtatuiſſem. Tàm tenui munere animi tui magnificentiam penſare voluiſſe, nè credas: Satis ſuperque audacter me geſſiſſem, nec ingrati næuum effugiſſem, ſi hoc, tali conſilio vſus eſſem. Id, credas, dumtaxat reddendæ gratiæ, beneficia non oblitum occaſionem obſeruaſſe, nam ſi manufeciſſem (cū eodem Stoico ſentiam) onus dijudicaſſem, nō munus. Reſtiteram tamen in rei veſtibulo, verebarq; nè te ipſum offenderet primæ libri frons veluti nihil lanioris ſucci, humiliſque tractationis; ſed id videre mihi viſus ſum rei nouitate, & utilitate aliquid egiſſe, non pedeſtri, nec inuenuſta methodo cōſcripta, ſed philoſophorum more, quem tanti noſtra tempora faciunt, ita vt non indignū munus tibi obtuliſſe exiſtimauerim. De magnificentia quoque ſua non diffidi, qui etſi bona, quam valdè probas, in eiſque mirum in modū delectaris, tamen humilia pari magnificentia non deſpectas. Vtcumq; erit: id velim exiſtimes, Vir Ornatiſſime, tibiq; de me perſuadeas gratiſſimum in te animum ſemper extitiſſe, nec vel vlla temporis vetuſtate tui memoriam interituram, quem vt nunc res tulit cum hoc libro dico, & trado. Non

ete-

Digitized by Google

etenim facultates, fortunaque fortari mihi contigit, quibus bene vti potuissem; sed solum hoc, de quo semper bene posita beneficia intellecturum spero, gratissimum me erga te ipsum significare: Cordate Eschines Socratis auditor opulentas, prælargasque aliorum oblationes seipsum præceptori donando, quam longè superauit rogans vti boni consuleret quod daret; quando alij cum multa darent sibi aliquod, vel optimum relinquerent; cui præclarè Socrates *Euge*, inquit, *Eschines maximum Hercle munus, nisi te pro paruo æstimas*. Iam equidem scio quantam sim apud te, cæteroſque reportaturus gratiam, & laudem Eschinem imitatus. Quippè talia hæc quanti pendas tot singulares tui animi dotes testata reddut: Maximum in rebus agendis iudicium, singularis prudentia: miranda in tractandis negotijs dexteritas, & comitas: in aduersis imperturbata animi constantia: in rebus deliberandis prouidum, sanctissimumque consilium, aliaque bona, quæ prætcrire, nè tui modestas aures offenderem, necesse est. Fouebas ergo Farias, Vir ornatissime hunc, quem tuo genio nuncupo librum, tuumque sit æqui, boni factum ab liuido dente vindicare, quod mihi promisi, nullius sannam perpessurum, vel te patrono, vel solo tui nomine fronti inscripto; me verò tuo sem-

Digitized by Google

per dignissimum beneficio iudices rogo, dum per myriadas à Deo salutem auspicor, & fœlicitatem. Vale. Neapoli IX. Kalend. Nouembris CIↃ.IↃC.LXXXII.

Tuæ humanitati Addictissimus

D. Carolus Musitanus.

Digitized by Google

AMICO LECTORI.

Diù me cogitatio tenuit A. L. semperque mecũ ipse animo volutaui facturus nè operæ pretiũ esſem, cum primùm conſilium cæpi manum extremam huic operi addere, complurium iudicio, nè potius dixerim ſupercilioſæ cenſuræ cõmiſuro. Illud equidem verebar, nè vel in ipſo huius libri veſtibulo non paucorum frons contractura eſſet, ac ſub ipſomet titulo de hac re arbitrium dantes, tanquam inutilis tractationis rem, prorſuſque futilẽ damnarent: quippè præter omnium expectationem, nũc quoque accidere videor videre, quod mihi operis initium ſumpſi grammaticæ inter Dialecticorum meditationes locum dare, quæ prius ſui humilitate ſatis erat contenta: Nec perſuaſum habui rei nouitate, qua non pauci delectantur, illud egiſſe, vt admirationi futura res eſſet, & ita non vile pretium meis laboribus quandoque acceſſurum. Id etenim in mortalium rebus non rarò accidit, vt quæ præter omnium expectationem de nouo eueniunt, tali fato duci videantur, vt vel omnium ora, oculoſque ad ſe conuertant, & rapiant, vel deſpectum, cenſuramque laceſſant, & vti initium habuerunt, ità earum finis erit. Attamen excitatus tandem animos recepi, meque ad bonam ſpem erexi, cum illud reſpexi non aliquo affectu ductum in hæc incubuiſſe (qui grata quadã vi nolentes etiã trahit, oculiſq; velũ obducit) ſed ratione quadam me impellente, quæ magis, magiſque in dies ſuccreſcens ad hæc in publicum edenda vrgebat. Prætereà nè mea me forſan rationabilis falleret, aut blandiretur ſententia, probatum illud apud veteres, prudentiſſimumque conſilium accepi non inuitus, ad delectum, prouidumque amicorum ſanum arbitrium ſcripta conferre, vt in ſpongiam incumberent, eorum ſuæ tranſuerſi calami ſigno ap-

po-

Digitized by Google

poni digne conſpicerentur: qui tamen tot hac peragenda nè dum multis cohortationibus inuitarunt verum calcar ſubdiderunt, quod non ambigam quandoque futurum vt amor negocij ſuſcepti non ſatis Ideòque pro virili parto me ipſum conſulturum, vt omne impedimentum remouerem, vel ſaltem frontis epigraphe huic operi obſtaturum. Non te, lector nunc volo, Amice Lector, quod mihi potiſſimè ſtimulum addidit, vt monitum non abs re me feciſſe exiſtimarem. Sanè illud fuit publica nempè adoleſcentium vtilitas, vt tali canone hiſce in bonis artibus non illiberaliter inſtituendi animus ad nobiliora reuocarent, & dirigerent; ſemperque bonam de ſeipſis ſpem facerent. Hoc enim ſemper duxi (quod apud omnes ſatis probatur) nihil magis expedire optimæ iuuentutis inſtitutioni quam ab ineunte ætate rationibus aſſuefacere, nam quæ primum vbi ire cæperint ea pergent, ſemperque illam vitæ conſuetudinem tuebuntur. Illam potiſſimum vtilitatem afferre poſt pauca non pigebit, cur ſolo ipſo ſcientiarum aditu hebeſcant ingenia, caligentque animos deſpondeant, vt nihil, vel parum ſtudijs intendat, vel quod deplorandum maximè eſt ab inceptis deterrita retrahantur, omnem ſpem abijcientia vtpotè cuncta de ſeipſis iam eſſent deſperata. Imò illud indolui, cum ad humanitatis faſtigium euecta dicuntur, tunc potiſſimùm ſubinitijs claudicare; quippè ſi ad bonorum auctorum lectionem ſe contulerint, litteralem vix ſenſum ſummo non niſi labore percipiunt, atque ſuperſtitioſa quadam regula ducta, nè dum corticem dumtaxat attingunt, verum latinæ linguæ præcepta ſine vllo nitore tractantia omni ſuo decore, propriaque dignitate ſpoliant, remque tam bellam, latinum ſermonem (Ariſtippi verbis tantum vtar) infamant. Horum omnium illam potiſſimum cauſam ſemper fuiſſe arbitratus ſum nullo diſcurſu aſſue-

ſee-

scere, nec de re tradita, vel quidquam diligenter examinare, sed nudis præceptis, rudibusque ieiuna adolescentium ingenia infarcire, nec cum in Ciceronem, Liuium, Maronem, cæteroſque huius farinæ viros incidunt, eorum sensus, rationes collocationis, præceptorum vsus, locutionis formas, verborum pondus, & delectum, & dignitatem sermonisque, & venustatem conquirunt, in quibus orationis lumina consistunt, sed tumultuaria opera legentes, tumultuosius excurrunt, vix litteralem syntaxim exponentes, & faxit Deus quin hanc quandoque potius obscurent, quàm illustrent. Nec mea me illudet opinio, cum dixero si in aliqua loca non dixerim insigniora (quæ & illustres viros fatigant, decipiuntque) sed mediocria offenderint ab barbarum more ludentes, vestigare. Hinc illud suboritur nullo delectamento teneri, quod facillimè à bona lectione retrahit, nam quæ fastidij periculum vrgent prius moribus labijs vix degustantur, adeoque nullius condimenti cibaria sint, necesse erit. Eò certè nunc res, vt nisi quis summo ardore, & innata quadam vi impellente ad hæc ducatur, nunquam ad sublimiora quàdantenus euehi detur, quorum quatenus fuerit labor, & studium ipsosmet consulite, qui vt peruenire ad talia potuissent, ad initia se contulere seipsis, noctùque, diùque imuigilantes omnes neruos intendentes iter sibi aperuere. Hæc profectò remouerentur, si aliter iuuentutem à puero instituere, vsu esset introductum, nec ita cruda altioribus intruderentur ingenia, nisi priùs dulcem nucleum gustarint, & lactis relinquere edocta in profundum mergere ausa fuerint, non secùs ac, cum natantes altiori pelago se audaciùs committunt vrinatoriam edocentur. His omnibus occurrere nostri laboris fuit institutum, quo grammaticalia rudimenta rationibus vestigantur, hæc ere-

nim

nis intellectum excitant, vt qualibet in re seipso
duceatur, & differat, nec si aliter instituas ad ma-
gna conscendet. Vti enim quempiam assueueris, ita
semper durabit, eò maximè cum ætas ad id pluri-
mum apta inueniatur, tunc nisi excitaueris, & si la-
ceat ingenium, paulatim elanguescens in suo tor-
pore tamdiù perseuerabit, donec marcescat, eneruatumque concidere necesse erit, nec ad vitam vnquã
reuocaueris: senis mutare linguam difficile est; etenim quæ parum induruerunt, (cum Fabio loquar)
franges potius, quàm flectes, sic quoque præpinguem
terram, si excolueris sterilescet, nec vnquam, vel
impensa cultura quicquam dabit, nisi vepres, & du-
meta. Quæ enim rationes tibi proponuntur A. L., nè
credas aliundè petitas, nostroque operi agglutinatas,
sed ipsius grammaticæ sunt. Non te latere planè scio
triplici parte potiri grammaticam, ratione scilicet
vsu, & authoritate. Satis abundè cùm recentiores, tùm
veteres grammatici de his postremis partibus tracta-
runt, rationalem verò partem, inter cæteras nè dum
nobiliorem, verùm præcipua vtilitate, necessitate, &
decore præditam, vel quidquam attigerunt, vel illi
manum admouerunt: quod mihi acrius stimulum ex-
cussit, vt adolescentium vtilitati, quæ huius operis
fuit scopus, consulerem dum inspexi grammaticam,
digito veluti aditum monstrare, & viam seipsa ster-
nere, vt ad illustre scientiarum fastigium breui qua-
dam, iucundaq; via iuuentus eueheretur. Quod sem-
per mihi fuit admirationi, quomodò hæc pars
sub alto silentio à quolibet pressa fuerit, nec cala-
mum arripere in mentem venerit, curiositate, vel
saltem aliqua ducti, quæ nam istæ forent rationes.
Has pro virili parte inuenire meæ fuit operæ, qui-
bus hæc syllogistica forma dialecticorum, seù sophi-
starum more non sine aliquo consilio ductus accessit.
Quippè sub his loquendi formis concepta res non
inuenustæ dissertationi campum aperit, pressiusq; ra-
tio-

Digitized by Google

tionis, & conceptuũ vim stringens, nè dum facilitatẽ prõptitudini adnectit, verũ intellectus aciẽ parit; imò assiduas cõcertationes excitat, vndè acriora reddũtur ingenia. Illud quoq; obseruaui, quo potissimum in hęc descõdi, adolescentes ad has Peripateticas formas dirigi adeò vt statim grãmaticali cursu exacto Peripati præceptoribus tradantur, vndè illud est, quod huic disciplinæ adspirantes non modica delectatione, & lætitia effundantur, vbi syllogismorum species aliqua reluceat; Grande quoddam tunc ipsis dicere videtur, cum aliquo syllogismo rem conceperint, adeòut magna tumidiusculi de se pollicentur, ad excelsa se excitantes, namq; huic, velut vltimæ humanitatis, & perfectionis metæ plurimum tribuunt. Ideò istis morem gerere animo fuit, vt ex animi sententia rem legentes eorum vtilitas fælici canone suprà omnem credibilitatem in immensum protenderet. Et licet non is sim ego (velim putes A. L.) qui hisce sophistarum decipulis, vel minimum tenear, (aliò animum operamque addidi sanioris succi, & veritatis demonstratæ) attamen vbi scenæ inseruiendũ est, eò maximè vndè vtilitas iuuentutis exoritur prudenter semper dijudicaui, quod monuit illo symbolo Pythagoras extra publicam viam, nè deflectas: attamen hoc quoque consilium declinassem, & per publicam viam non ambulassem cum eodem Pythagora nisi tali discretione potuisse vti visum esset mihi videre (potuissem nudas rationes proponere) nempè non illa sophistarum subtilitate, quæ præter quod ad vanitatem potiùs videtur confecta, quàm ad veritatem, haud difficulter puerorum, & sanorum intellectuum captum præterfugit, sed dumtaxat forma illa syllogistica, & vbi res ipsa materiam ministrauit, aliqua non inutili subtilitate vsi fuimus; Idq; omni prudentia, quam instituta res passa fuit, & nobis sortiri cõtigit. Nonnulla quæsita in præfationibus præmisi nõ præter Tyronum intelligentiam Dialecticorum more,

re, vt ipsorum genio blandirer, & satisfacerem, taliq; grata esca suauiter capti ad vtiliora vehementius accenderentur. Ideòq; vt omnia iuxtà dialecticas semitas incederent non absimili charactere decorauit, non tamen barbaro, nisi vbi necessitas expostulauit aliqua ab ipsis conficta voce vei: quod libentiùs feci, vt aptè, res explicari potuissent, & capiti omnia respondarent Horatianum monstrum vitaturi. Barbara tamen Syntaxis (heù sæculorum deturpata facies!) abfit à nostro instituto, hisce pseudophilosophis relinquimus. Hæc omnia illa breuitas conclusit, quæ tenebras non offunderet: huius etenim amantissimus semper fui, sed non studiosus. Tuum ergò nunc erit A.L. (iam quod satis video pluribus, quam par erat te tenuisse) huic labori nihil detrahere, si quid laudis debebitur, sin autem satis meritas mei erroris pœnas dabo, si nullam ex eo laudem fim reportaturus. Consilium mihi tuum probabitur cum aliqua tibi displicere contigerit, meum animum respicere, etenim semper sunt bona mixta malis, notumque illud est, nè Iouem quidem omnibus placere. Vale.

Auctoris in Detractorem

Distichon.

Quòd laceres volo, sic doctis mea scripta probabis
Liuide: nè laudes, fingere si poteris.

In

Digitized by Google

In Congregatione habita coram Eminentiſſ. Dom. Cardinali Caracciolo Archiep. Neap. ſub 24 Maij 1682. fuit dictum, quod R. P. Dominicus Iameo Soc. Ieſu reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congreg.

St. Menattus Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Eminentiſſ.

EMINENTISS. PRINCEPS.

IVſſu Eminentiæ Tuæ vidi librum, qui inſcribitur Grammatica ſpeculatiua R. D. Caroli Muſitani, & nihil in eo reperi, quod ſanæ fidei, ſanctiſque moribus refragetur. Typis igitur mandari poterit, ſi ita videbitur Eminentiæ Tuæ. Neapoli die 20. Auguſti 1682.

Eminentiæ Tuæ.

Omni obſequio Addictiſſimus Famulus

Dominicus Iamæus è Soc. Ieſu.

In Congreg. habita coram Eminentiſſ. Dom Cardinali Caracciolo Archiep. Neap. ſub die 24. Auguſti 1682. fuit dictum, quod ſtante ſupradicta relatione, Imprimatur.

St. Menattus Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Eminentiſſ.

EC-

Digitized by Google

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Pietro Antonio Molcatiello ſtampatore di libri, ſupplicando dice à V. E. come deſidera ſtampare vn libretto intitolato: *Grammatica ſpeculatiua del Reu. D. Carlo Musitano*; Per tanto ſupplica l'Eccellẽza ſua reſtar ſeruita di commetterla alla reuiſione di chi meglio li parerà, e lo riceuerà à gratia, quam Deus.

Reu. P. Mag. Ioannes de Altamura videat, & in ſcriptis referat.

Calà Regens. Florillus Regens.

Prouiſum per S. E. Neap. die 5. Octobris 1682.

Spectab. Regens Carrillo, & Ill. Marchio Criſpani non interfuerunt. Comus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

DE mandato Excellentiæ Veſtræ vidi librum, cuius titulus eſt: *Grammatica ſpeculatiua Reu. D. Caroli Musitano*, quique vti noua methodo veterẽ latini idiomatis concinnitatem, ita oblectamentum, & vtilitati coniungens, dum Puerilem Grammaticam præſeferre videtur, Philoſophantis ingenij ſenilem pandit leporẽ. Cum igitur nil in eo repererim, quod Regiæ Iuriſdictioni aduerſetur illum typis mandari poſſe cenſeo. Datum in Regali Conuenctu S. Dominici de Neapoli die 9. Octobris 1682.

Excellentiæ Veſtræ.

Humillimus ſeruus

Fr. Ioãnes ab Altamura Magiſter Ord. Prædi. per Regiam Maieſtatem Catholicam, Publicus Primarius Sacræ Theol. Lector in Vniuerſitate Neapolitana.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur, verùm in publicatione ſeruetur Reg. Pragm.

Calà Reg. Soria Reg. Florillus Reg.

Prouiſum per S. E. Neap. die 12. Octobris 1682.

Spect. Reg. Carrillo non interfuit.

Comus.

Digitized by Google

OPERIS PROLVDIVM.

Et hoc in omnium sententia positum latinæ linguæ penitissimam cognitionem multum cum ornamenti, tum laudis ingenio ad humaniora nato afferre. Bonarum etenim Artium studia, quibus priora sæcula benè instituta fuere in hac quamplurimum innitebantur, tantique omnes hanc partem fecerunt, vt in excolenda, poliendaque omnem omninò operam impensè deuocarint. Tandem suæ formæ data fastigium est adepta summo cum honore, maxima cum dignatione. Sed ò quam triste malum! Paulatim sæculorum inscitia, incuriaque elanguescens, barbarie inculta mortalium conspurcata, & depressa ab omni comitatis lepore, & iure traducta fuit, vt penè tanta molis magnitudine laborans ruitura erat præsentissimum exidium comminata, adeò ut egregiè cordatorum hominum ope adiuta, penè ab interitu vindicata videatur. Ingenti tamen labore non pauci interpetres in bonorum authorum expositione insudarunt, vt ad illorum stylum, & formam suam, aliorumque ingenia formati, tam pulchram castissimamque Reginam suo candori, pristinæque maiestati restituerit. Iamque penè post exciaium renata lingua, probatiora loquendi præcepta, & formæ, quibus laty styli dignitas perficitur, abundè nostræ vtilitati consignatæ sunt. Quibus, vt

aliquod non leue auctuarium accederet, illud mihi consilio fuit, cum ad hæc animum aduertissem sub rationum incudo latinæ linguæ præcepta deuocare. Crediderim non aspernẽdæ vtilitatis esse, cumquæ ratione sunt compressa hominis propria sint. Hęc talia virtutum semina in aciem, & puluerem deducta acriora, et expedita reddunt hominum ingenia ad altiora capessenda. Omnes etenim scientias rationibus obfirmatas cum inspexissem, statim subijt animum prima virtutum incunabula ipsis contermina statuere, talique canone tyronum ingenia rationibus assuescere. Ideoque vt hisce facilior aditus pateret, liberiorq; via sterneretur, statorem omnem ordine digessimus, & composuimus; non obliti Platonici dicti: A b eo, qui ordine caret præstat non discere, *illiusque Ciceronis:* Ordo memoriæ lumen affert, confusionem tollit, ac rebus explicandis plurimum confert.

Primum nè illotis manibus rem tractaremus, nonnullas procœmiales disceptationes prælibauimus, quæ tanquam promptuarium materię inseruient, nec reliquimus illarum terminorum cognitionem tradere, quæ alioqui eldiscentium ingenia conforquerent, & ita difficultate deterriti, vel nullius momenti rem diiudicarent, vel eam penitus desperarent. A partibus orationis initia sumpsimus maiorum morem imitati, sicut circa regularum sedes, in quibus præcepta posuimus ratione roborata, & siqua in contrarium visa sunt vrgere non reliquimus enodanda, cuique regulæ suam definitionem, diuisionemque attribuentes.

Vndè sat ex ijs, quæ nostram materiam continere proposuimus omnes pellectos crediderim, satisque nullis cohortationibus inuitare, vt meo labori necessitas commendetur, & vos proprię vtilitati consulatis necesse diiudicauerim, scituri quos vestro profectui inuigilauimus labores grammaticæ rationabilem methodum præfigere.

PRO-

Digitized by Google

PROLOGOMENA OPERIS.



QVÆSTIO PRIMA.

An definitio Grammaticæ sit bona?

INter omnes artes, omnesque scientias, semper debet dari quidam ordo, prioritas quædam, vt vnaquæque suam debitam nanciscatur sedem; cum artium scientiarumque plura sint genera, ideò cum grammatica ordine doctrinæ sit aliis prior in acquisitione, idcircò de ipsa ante omnes alias quid sit, & an eius definitio sit rectè tradita, quæremus. Vndè

Notandum est, quod definitio duplex est, vna quid nominis, altera quid rei. Definitio quid nominis est oratio explicans nominis significationem, vndè quò ad istam: Grammatica est ars litteralis, ità dicta à grammate, idest littera, quia incipit à litteris, & de litteris tractat, & hæc potiùs dicitur etymologia; ex hoc sequitur grammaticum dici litteratum, & mediocriter doctum, quem Grammatistam græci appellitant, non verò sapientem, vt perperam vulgus inquit. Alij definiunt, vt Quintil. est quædam professio, quæ nisi oratoris futuri fundamenta fæliciter iecerit, quidquid superstruxeris, corruet, necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorũ comes. Sed hæc est potiùs descriptio, quàm essentialis definitio. Definitio quid rei est oratio explicans naturam rei, & secundum istam

Dico, quòd Grammatica est scientia rectè loquendi, legendi, & scribendi, vsu, ratione, & authoritate consistens. Est omnium tàm veterum, quàm recentiorum grammaticorum communissima sententia, & est bona definitio.

Digitized by Google

Probatur: illa definitio est bona, quæ explicat totam essentiam rei definitæ, & facit differre seipsam à quacumque alia, quæ non est ipsa: sed definitio grammaticæ supra tradita est huiusmodi: ergo est bona. Maior est vera, minor probatur: tota essentia grammaticæ consistit in recte, idest congruè loquendo, legendo, & scribendo; & per hoc grammatica differt à Rhetorica, nam Rhetorica, vt inquit Cyprianus Suar. est doctrina benè dicendi, differt à Poetica, nam est facultas delectabiliter dicendi; differt à logica, nam est scientia discretiua veri à falso: ergò hæc definitio explicat totã essentiam grammaticæ, & facit illam differre ab omni alia, quæ non est ipsa.

Obijcies primò: Definitio debet competere tantum rei definitæ: sed hæc definitio grammaticæ supra assignata conuenit multis scientijs; ergo non est apta. Maior patet. Minor probatur: conuenit Rhetoricæ, Poeticæ, & logicæ: ergò conuenit alijs scientijs. Antecedens probatur: Rhetorica, Poetica, logica, & vnaquæque scientia rectè dicit: ergò conuenit Rhetoricæ, Poeticæ, & logicæ.

Respondetur, concedo maiorem, & nego minorem, ad cuius probationem nego antecedens, ad probationem cuius, distinguo antecedens, Rhetorica, Poetica, logica, & vnaquæque scienta rectè dicit, primariò nego antecedens; secundariò concedo antecedens: ergò nego consequentiam; Nam Rhetorica, Poetica, logica, & vnaquæque scientia rectè dicunt, ideſt congruè, secundariò, quia hoc beneficium à grammatica recognoscunt: grammatica enim est prior in acquisitione aliarum scientiarum. Primariò verò Rhetorica rectè dicit, ideſt persuasibiliter, & ornatè. Poetica rectè dicit, ideſt delectabiliter, vt in Poetica Horatius inquit: Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ. Logica rectè dicit circa veritatem, vndè apud logicum est falsa ista propositio homo est lapis, & congrua apud grammaticum, & est vera ista: ego seruio Deum, nam logicus

Digitized by Google

cu, primariò veritatem respicit, non verò congruam orationem, licet primariò congrua oratio debeat supponi, & est incongrua apud grammaticum, & sic de cæteris scientijs discurrendum.

Obijcies secundò: omnis bona definitio debet constare ex genere, & differentia: sed definitio grammaticæ non constat ex genere, & differentia: ergò non est bona. Maior est certa. Minor probatur: nón relucet ratio generis, nam grammatica non est scientia; neque ratio differentiæ, nam quæque facultas habet rectè loqui, legere, & scribere; ergò non constat ex genere, & differentia.

Respondetur: concedo maiorem, & nego minorem, ad probationem, dico, quòd per ly scientia conuenit cum alijs scientijs; nam infrà probabimus grammaticam esse scientiam, & sic relucet ratio generis; per ly rectè, id est congruè differt à Rhetorica, Poetica, & logica, & sic ratio differentiæ.

Obijcies tertiò: non omnes grammatici rectè loquuntur, legunt, & scribunt: ergò grammatica non est scientia rectè loquendi, legendi, & scribendi.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam. Nos loquimur de grammatica, prout est in se, non verò prout est in hominibus; nam sunt nonnulli, qui vix à primo limine grammaticam salutauere, & grammaticos se iactitant, docentque alios, cum ipsi debeant doceri.

QVÆSTIO SECVNDA.

An Grammatica sit prior in acquisitione aliarum scientiarum.

NOtandum est, quòd vna scientia dicitur esse prior alia dupliciter; vno modo ordine naturæ, & perfectionis, & sic scientiæ reales præcedunt grammaticam, & ratio est, quia ordine naturæ, scientiæ ordinan-

Digitized by Google

tur sicuti, & sua obiecta: sed ens reale est. priùs ente rationis: ergò scientiæ reales, vt Physica, Metaphysica (prout sunt in se, non prout nunc tractantur à Scholasticis,) & Mathematica, quæ sunt de ente reali, præcedunt grammaticam, quæ est de ente rationis, & similiter alias scientias rationales, vt sunt Rhetorica, Poetica, & logica. Alio modo vna scientia dicitur prior alia ordine doctrinæ, & quò ad nos, & hoc modo intelligitur, quod grammatica est prior alijs scientijs; ideò

Dico, quòd grammatica est prior in acquisitione aliarum scientiarum.

Probatur primò: Autopsia patet, quòd qui alias scientias acquirere volunt, prius eos oportet addiscere grãmaticam; immò ab incunabulis sub rigida grammaticorum scutica eam addiscere debent; ergò grammatica est prior in acquisitione aliarum scientiarum. De facto priùs docent pueros grammaticam, quàm alias scientias. Insuper quot sunt, fuerunt, & erunt scientifici, prius acquisiuere, & acquirent grammaticam ante omnes alias scientias: ergò grammatica est prima in acquisitione aliarum scientiarum.

Probatur secundò ratione: Principia omnium aliarum scientiarum, & conclusiones acquiruntur per sermonem congruum; sed grammatica considerat sermonem congruum, quò ad loquendum, legendum, & scribendum: ergò grammatica debet priùs acquiri, quàm aliæ scientiæ, ideò in acquisitione debet esse prior.

Obijcies primò: logica debet priùs acquiri, quàm grammatica, cum logica doceat definire, diuidere, & argumentari; & omnia principia, & conclusiones scientiarum per argumentationem acquiruntur: ergò grãmatica non est prior in acquisitione aliarum scientiarum, sed logica.

Respondetur: distinguo antecedens, logica debet priùs acquiri, quàm grammatica, quàm grammatica positiua nego antecedens; quàm grammatica regularis

Digitized by Google

ris concedo antecedens: ergò nego conſequentiam. Nam grammatica duplex eſt, vna poſitiua, altera regularis. Poſitiua eſt cognitio, quæ eſt de ſignificatis terminorum, & regulis grammaticæ, non cognoſcendo cauſas eorum, & iſta benè præcedit logicam, & de iſta eſt quæſtio, ſed non eſt ſcientia propriè dicta, ſed quædam cognitio imperfecta. Regularis grammatica eſt cognitio perfecta quid regularum grammaticaliũ, qua cognoſcuntur probatiuè, & per cauſas, & talis benè eſt ſcientia, & non poteſt acquiri ante logicam, niſi imperfectè, cum acquiratur per argumentationẽ, quæ per logicam cognoſcitur.

Obijcies ſecundò: Multi acquiſiuerunt, & multi nũc acquirunt ſcientiam medicinæ abſque grammatica, cum multi medici neſciant prorſus legere, & ſcribere: ergò grammatica non eſt prior in acquiſitione aliarũ ſcientiarum.

Reſpondetur primò: nego antecedens; nam reuera medicina non eſt ſcientia, ſed ars mechanica. Noſtra concluſio eſt, an ſit grammatica prior in acquiſitione aliarum ſcientiarum, non verò in acquiſitione artium mechanicarum.

Reſpondetur ſecundò: Medicina plures habet ſectas, alia enim dicitur Hippocratica, alia Galenica, alia Paracelſiana, alia Helmotiana, &c. & hæ ſectæ ſupponunt grammaticam, & ſpeculationem à Philoſophia mutuantur. Alia ſecta eſt empirica vulgaris, imperfectiſſima, quam quidam Chirurgi, & Barbitõſores profitentur, & iſti prorſus ſunt grammaticæ neſcij, & tàm iſti, quàm illi, vt inquit Crollius: *impunè ludunt de corio humano.*

Obijcies tertiò: nonnulli conficiunt ſuauiſſima carmina abſque grammatica: ergò poetica erit prior grámatica.

Reſpondetur: diſtinguo antecedens, carmina latina nego antecedens; vulgaria concedo antecedens: ergò nego conſequẽtiam; Certum eſt nonnullos poetas vul-

Digitized by Google

gares conficere carmina vulgaria: attamen latina nequeunt conficere absque grammatica.

Obijcies quartò: si grammatica esset prior in acquisitione aliarum scientiarum, sequeretur esse nobiliorem qua cumque alia scientia: sed hoc est falsum: ergò falsum est grammaticam esse priorem in acquisitione aliarum scientiarum. Sequela maioris probatur: Cæteræ scientiæ indigent grammatica, & grammatica non indiget alijs: Sed id, quod indiget est ignobilius, & id quod non indiget est nobilius ergò, &c.

Respondetur: nego sequelam maioris cum sua probatione. Vniuersaliter enim loquendo nobilitas scientiæ desumitur ab obiecto, & quò nobilius obiectum, eò scientia nobilior est, vti est Theologia scientiarum nobilissima, cuius obiectum est Deus; non verò ab nõ indigendo, nam non per hoc, quòd Dominus indiget seruo, sequitur, ipsum esse ignobiliorem seruo: non per hoc, quòd domus indiget fundamento, sequitur domũ esse ignobiliorem fundamento, & fundamentum nobilius domo. Modò grammatica se habet veluti fundamentum, & basis aliarum scientiarum, & sic sequitur non esse nobiliorem alijs scientijs.

QVÆSTIO TERTIA.

An Grammatica sit necessaria ad acquirendas alias scientias?

NOrandum est primò, duplicem esse grammaticæ diuisionem, vt in superioribus diximus, vnam positiuam, alteram regularem; positiua est illa, quę versatur in traditione præceptorum grammaticalium; regularis est illa, quæ suprà imperfectam cognitionẽ grammaticæ positiuæ addit perfectum modum probãdi, scilicet ratiocinandi per argumenta, definitiones, &c.

Notandum secundò, necessarium dupliciter sumi, sim-

Digitized by Google

simpliciter, & secundum quid; simpliciter est cum finis ab agente expetitus sine ipso, nullo modo haberi potest, vt est cibus ad vitæ conseruationem; secundum quid, est sine quo finis haberi potest, sed non ita commodè, vt curru commodius iter agimus, licet pedibus idem haberetur.

Notandum tertiò, pro certo supponere (vt ambigua tollamus) eo casu loqui debere, cum scientiæ cõceptę fuerint latino idiomate, nam alias certum esset, nec secundum quid esse necessariam.

Dico grammaticam positiuam esse necessariam simpliciter, regularem tantum secundum quid.

Probatur prima pars: medium tendens in finem acquisitionis scientiarum necessariò pendet à grammatica: ergò finis hic sine ipsa nequit haberi: ergò erit simpliciter necessaria. Antecedens probatur: sermo latinus est medium, quo necessariò agens tendit in assecutionem scientiarum: sed hic sermo necessariò pendet à grammatica: ergò medium tendens in finem scientiarum, necessariò pendet à grammatica. Maior patet à simili: nam si latinus vellet adipisci scientias sermone græco conceptas, græca Syntaxis erit medium necessariò tendens in hunc finem: ergò ità erit in Italo circa adeptionem scientiarum latino sermone conceptarum.

Confirmatur, vt scientiæ sine errore procedant necessariò præsupponi debet norma, sub qua regi debeãt; sed hæc necessariò à grammatica pendet: ergò erit necessaria simpliciter. Minor probatur: sine errore procedere in scientijs est congrua, & latina locutione vti sine vllo barbarismo, & solœcismo: sed hoc scientiæ habent à grammatica ergo, &c. minor probatur, præterquamquod patet siquidem, si hæc norma non præstaretur à grammatica positiua, assignari deberet alia, quæ hanc traderet.

Huic accedit id, quod passim circumfertur, grammaticam esse ianuam omnium scientiarum, quia sicuti, clausa ianua aditus dari non potest; ità grammaticam ne-

nescientes nullo modo ad alias scientias animum intendere poterunt.

Probatur primò secunda pars conclusionis: Illa pars grammaticæ est necessaria, quæ taliter præcepta exponit, vt idoneus reddatur intellectus circa reliquas scientias: sed hoc tantum abundè præstatur à grammatica positiua; ergò regularis non erit simpliciter necessaria. Minor probatur: positis præceptis grammaticæ positiuæ optimè intellectus resoluit periodi inuolucra, itemque casus, regulas, & omnia latina præcepta cognoscit: sed his habitis, quæ à grammatica positiua traduntur, nihil aliud expostulatur in scientiarum intelligentia: ergò &c.

Probatur secundò: In tantùm esset simpliciter necessaria, in quantùm speculatio grammaticę regularis traderet normam, & modum quomodo scientiæ in suis inductionibus, conclusionibus, &c. deberent procedere: sed hoc ex se quælibet scientia independenter à grammatica facit: ergò non erit simpliciter necessaria. Patet hoc totum, cum ratiocinatio, & speculatio huius nostræ grammaticæ tota pendeat ex logica: ergò si circa hanc non erit simpliciter necessaria, neque circa alias scientias.

Probatur tandem tertiò: Id facilius conducit ad scientias, quod propius ad ipsas accedit: sed procedere grammaticè regularis propius ad scientias accedit: ergò erit necessaria ad facilius esse. Maior patet, nam propius accedere ad aliquam scientiam est ad illas appropinquare per aliquam formam tendendi ipsi similem, vt scilicet si scientia sit prattica, modus tendendi similis erit procedere prattico modo. Minor probatur: procedere scientiarum est modo rationabili, & demonstratiuo, cum scire ex Arist. sit rem per demonstrationem attingere: sed procedere grammaticæ regularis hoc modo se habet: ergò propius ad scientias accedit.

Obijcies primò contra primam partem: Hæc necessitas

sitas grammaticæ est extrinseca, & de materia li respectu acquisitionis scientiarum: ergò non erit simpliciter necessaria. Antecedens probatur. Necessitas intrinseca est, quæ immediatè ad aliquod ordinatur: sed hoc non præstatur à grammatica: ergò erit extrinseca necessitas. Minor probatur: latina locutio est materia remota, & accidentalis scientijs, cum scientiæ non mutentur quocumque Idiomate tradantur: sed ad hoc deseruit necessitas grammaticæ: ergo &c.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem negò minorem, ad cuius probationem distinguo maiorē, respectu modi nego maiorem; respectu materiæ scientiarum concedo maiorem, & distincta eodem modo minori, negatur consequentia. Dicimus, quòd sit extrinseca respectu materiæ, quia diuersa est à materia grammaticę, & non connexa: attamen intrinseca, & proxima respectu modi, quo scientiæ sunt conceptę, & ità debet intelligi necessitas ipsius, vt scilicet scientię non possint acquiri sine grammatica, scilicet intelligi non potest modus sub quo fuerunt traditæ sine grammatica.

Contra primò: Philosophus, alijque sapientes, tam parum curant de latina locutione, vt in barbarismos, & solæcismos incidere nil pensi habeant: ergò noscere tàm exactè præcepta nil refert: sufficiet aliqualis cognitio. Antecedens probatur: tantum considerant, an bene inducant, & rectè differant secundum præcepta scientię: ergò &c.

Respondetur nego antecedens, ad probationem dicimus, quod verus Philosophus, vel sapiens, quę profitetur cum omnibus requisitis ad ipsa scire debet; Illi verò, qui Philosophiam, vel alias scientias affectant Ardeliones potius sunt, vt dicebat Martialis: omnia profitentes, omnia nescientes; putant philosophiam conspurcare, si latinè vtantur, quasi quòd Aristoteles, qui sua Attica lingua philosophiam, & cœtera conscripserit tàm emendatè, philosophiam deturpauerit, & pe-

Digitized by Google

& pedagogistæ potius, quã Philosophi nomen mereatur.

Contra secundò: Multi philosophiã perfectè adepti sunt, & tamen leniter tincti fuerunt præceptis grammaticalibus: ergò possunt euadere boni philosophi absque cognitione perfecta grammaticę.

Respondetur: nego antecedens; etenim si quis doceat scientias latino idiomate, impossibile est leniter tinctum posse intelligere, optimumque euadere; quomodò græcus latinis præceptis tinctus intelligere poterit, id quod volumus significare per talia verba latina? ita in casu nostro. Si verò barbaro modo quis doceat discipulos, nil ad nos pertinet, quia tertium quoddam Idioma constituit, Italolatinum, quod Barbarum vocant, & ita benè inter se intelligentur, vtpotè eadem scabie laborantes, hanc vtique Germanus, Gallus v.g. latinè sciens, nè verbum quidem intelliget.

Contra tertio: Multę sunt voces barbaræ, vt hecceitas, essentia, incarnari, transsubstantiare, & aliæ quas nescire insciția est: nec grammatica de eis quidquam attingit: ergò siuè barbara, siue congrua sit locutio non impedier acquisitionem scientiarum.

Respondetur concesso antecedenti, distinguo consequens, barbara ad libitum nego consequentiam; ex necessitate concedo consequentiam. Dicimus, quòd effingere voces ad libitum, & quidquid in buccam venit, vt Seneca dicebat, loqui cum nulla ratione fiat, & cõtra omnium vsum, & rationem fit, profectò impediet totum opus; Cæterum ex necessitate quoties fiunt pro latinissimis apud illius scientiæ professores recipiuntur, sicuti voces essentia, hecceitas, rem omnem intimè exponunt, nec alia vox rei proprietatem, ita explicaret; non secus ac verbum transsubstantiare ineffabile Eucharistiæ mysterium exprimit cum tali vi, vt melius inueniri non potuerit, quod exprimeret substantiam panis conuersi in substantiam Corporis Christi. Illa arsiam vox iucaruari in nostræ Orthodoxæ fidei sym-

bolo

Digitized by Google

bolo consultò fuit excogitata, vt hæresiarcharum peruicacia contunderetur, dicebant enim non carnem humanam, sed fictitiam Verbum Diuinum assumpsisse, ita si Concilium determinabat contra hos per hæc verba, carnem assumpsit, illis aditum non præcludebat, nam distinguere poterant, carnem assumpsit, fictitiam concedo, humanam nego, ideò concilium in huius rei determinatione nullum verbum aptius excogitauit, quam incarnari. Imò cum istæ voces pro latinis vsurpatæ grammaticalibus præceptis dirigantur, sibi grāmaticalem intelligentiam vsurparunt.

Contra quartò: quælibet scientia habet proprias voces latinas immediatè apud ipsam significantes: sed quod immediatè dependet ab vna scientia, ita est proprium ipsius, vt ab alia non pendeat: ergò his non erit necessaria: ergò vocibus, & si latinis nil præstabit grāmatica. Probatur prima consequentia: ideò esset necessaria, quia daret modum intelligendi voces, ipsa sque mutuaret alijs scientijs: sed quælibet scientia suo modo intelligit voces; ergò &c.

Respondetur nego primam consequentiam, ad cuius probationem distinguo maiorem; quia præberet modum artificiosum, & directiuum concedo; aliter nego maiorem; Dicimus, quod voces prout latinę sunt, & vim latinam exponunt, immediatè pendent à grammatica in esse directiuo; pròut verò vim talis scientiæ exprimunt, immediatè pertinent ad ipsas scientias.

Contra quintò; Non est directio, & artificium grammaticale, quod dirigit intellectum ad captum scientiarum, sed vis terminorum, quæ in scientijs explicatur; ergò ruit solutio.

Respondetur, totum hoc pendere à grammatica mediatè, vt intelligere possimus terminos, vndè posteà eorum vis magis innotescat; sicuti logicalia præcepta circa reliquas scientias.

Contra sextò; Si hoc esset, posset, quis sola grammatica scientias intelligere (vt indubitanter asseuerat qui-

Digitized by Google

quidam grammatista nostri temporis;)hoc est ineptissimum;ergò id ex quo sequitur. Probatur maior: acquisitio pendet ex intellectione: sed est necessaria simpliciter ad acquirendum;ergo &c.

Respondetur negando suppositum maioris;supponit enim argumentum grammaticam esse necessariam ad intelligendam vim terminorum omnium scientiarum: nos dicimus, quòd est necessaria in esse directiuo pro intellectione latinæ locutionis, qua scientiæ vtuntur. Insulsissimum profectò foret dicere sola grammatica scientiarum profundissimas intellectiones penitissimè inspicere-Ridiculum se exhibebit,qui in hæc animum inclinare videtur. Quid aliud hic facere poterit, nisi constructionem accipere,rectum casum prius assumendo,dein verbum,& eius casus, & dicendo hic accipitur quepro et,& autem pro sed,& sic operam ludere. O bella scientiarum interpetratio digna Diogenis cachinno! non immeritò istis accidit, quod huic euenit grammatistæ, qui dum præsens fortè inueniretur in quodam cœtu, in quo ego exagitabam illam quæstionem: An species conseruari possit in vnico indiuiduo? & aspiceret nos valdè conclamare,& argumentorum calore efferuescere,post parum temporis in ipso argumenti calore submoroso risu admirabundus in hęc, manu silentium indicens, proreplit: Valdè admiratio me tenet,cur ita facili in re tempus teratis,quod secundum poetam:fugit inreparabile tempus. Proh. Bonitas Dei! philosophiam profitemini,& nescitis in quo consistat nodus huius quæstionis,cum grammaticam parum calleatis, quæ hanc quęstionem faciliter soluit. Ego dirimam hoc litigium: species,speciei nuncupatur *bellezza* quintæ declinationis, vt Donatus constructus posuit, quæ haud dubiè conseruari potest in vnico indiuiduo. Post hęc gloriosus,& intumescens pedagogico gressu victoriam assecutus terga vertit. Nos multo cachinno eum secuti fuimus, festiuo crepitu plaudentes. In has pueriles ineptias incidunt, qui vltra crepidam se extendunt.

Obij-

Digitized by Google

bijcies ſecundò contra ſecundam partem: cum parte grammaticę eadem numero præcepta logi- .g. quę purus grammaticus exquirebat neceſſaria ergò non eſt ſecundum quid neceſſaria. Antece- patet, nam id quod facilitat breuiori via non per lem ad finem conducit: ſicut ſi cum curru eadem incommoditas, ac ſine, non eſſet quid commodius ducens, ſed idem eſſet, ac ſine illo iter agere.

eſpondetur, quòd cum hac parte grammaticæ bre- eſt via ad logicam v.g., cum ſyllogiſticæ formę, peculationibus aſſuetus intellectus, rationalis red- ir cum promptitudine, nec rei nouitate vincetur. ippè ſine iſta maior eſſet incommoditas ad finem quendum, logicę nempè.

Cōtra: licet ita ſe habeat reſpectu logicę, cum vtra- tradat modo ſpeculatiuo, tamen reſpectu aliarum eatiarum non erit ità, reſpectu ſcilicet Matheſeos, is, &c. ergò falſa ſolutio.

Reſpondetur: omnes ſcientias procedere modo ſpe- latiuo, cum vera ſcientia ex ſe habeat contemplari, ſi aliquid practicum conſtruat, tamen facit, vt diri- t ſpeculationem, vt Matheſis, & ſic de reliquis; con- nplatio enim pertinet ad intellectum ſpeculatiuum, reflexiuum.

Obijcies tertiò contra eandem partem: ſi gramma- a regularis non eſſet ſimpliciter neceſſaria, hoc no- um opus eſſet inutile: ergò erit quoque ſimpliciter ceſſaria.

Reſpondetur: apprimè vtile eſſe cum his rationibus, ſyllogiſmis intellectum fæcundatum reddi, quia fa- iliter ad capeſſendas ſcientias ſe diſponit; Neceſſitas nim ſecundum quid non eſt inutilis reſpectu finis, ſi- ut currus reſpectu itineris non fruſtratur finem.

Collige primò ex dictis, non eſſe neceſsè, vt ſcien- ię acquirantur, præcepta præ manibus illaque reco- noſcere, cum loquimur, ſed ſat eſt bona aſſuetudo, nè nemendatè loqueremur.

Digitized by Google

Collige secundò, grammaticam positiuam esse simpliciter necessariam ad grammaticam regularem.

QVÆSTIO QVARTA.

An Grammatica sit pars Philosophiæ?

NOtandum est, quòd philosophia communiter accepta, est cuiuscumque entis, siuè à natura, siuè à nobis causati veritatis apprehensio, quę diuiditur in Realem, Moralem, & Rationalem. Realis est veritatis cuiuscumque entis à natura causati apprehensio, & sic est Physica, Methaphysica, & Mathematica. Moralis est vt supra, & diuiditur in Ethicam, quæ traditur ab Arist. in decem libris Ethicorum, & est de ijs, quę sunt communia ad omnem modum viuendi solitariè, siuè domesticè, siuè ciuiliter, siuè politicè; in Politicam, quę ab Arist. traditur in politicis, & docet regere Ciuitates, & gubernare alios; in Economicam, quę traditur ab Arist. in Economicis, & agit de regimine familię, siuè de modo domesticè, & agit de regimine cuiuslibet hominis. Philosophia verò Rationalis diuiditur in Grammaticam, Rhetoricam, Poeticam, & Logicam.

Dico breuiter, quod Grammatica est pars Philosophię rationalis, seù communiter acceptę.

Probatur: Philosophia communiter accepta diuiditur in Realem, Moralem, & Rationalem: sed grammatica est rationalis: ergò grammatica est pars philosophiæ rationalis, seù communiter acceptę.

Obijcies ab Arist. 6. Metaph. diuidente Philosophiã, in physicam, methaphysicam, & mathematicam: sed grammatica non est aliqua ex his: ergò grammatica non est pars philosophię.

Respondetur Arist. ibi diuidit Philosophiam realẽ, non rationalem; Grammatica verò est pars philosophię rationalis, ideò negatur consequentia.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO QVINTA.

An Grammatica sit scientia?

NOtandum primò: quod Arist. 6. Eth cap. 3. sex habitus intellectus assignat, scientiam scilicet, Intellectum, Sapientiam, Prudentiam, Artem, & Opinionem. Intellectus est notitia principiorum, seu præmissarum. Scientia est notitia certa conclusionum ex præmissis necessariò deductarum. Sapientia est notitia principiorum vniuersalissimorum, & causarum præstantissimarum, vt est Deus. Prudentia est notitia directiua actionum humanarum. Ars est habitus cum recta ratione factiuus. Opinio est notitia probabilis alicuius rei contingentis.

Notandum secundò: quod scientia, vt eruitur ex Arist. primo post. cap. 2. est habitus certus, & euidens per demonstrationem acquisitus; quid sit per demonstrationem acquirere, explicat ibidem per hæc: *demonstrationem dico syllogismum epistemonicon, ideſt facientem scire.*

Dico, quòd Grammatica regularis est scientia, positiua verò non dicitur scientia, nisi impropriè.

Probatur primò prima pars: scientia est illa, quæ procedit per demonstrationem: sed ità procedit grammatica: ergò est scientia. Probatur minor. Procedere per demonstrationem, est procedere per syllogismum epistemonicon, ideſt facientem scire: sed grammatica procedit per syllogismum facientem scire: ergò demonstratiuè procedit. Minor probatur; hæc grammatica differit rationabiliter per causas, & rationes modo syllogistico, per argumenta scilicet facientia scire, cum ad hoc totum sit ordinata; sed hoc modo est acquirere rem modo syllogistico, & demonstratiuo, & per consequens modo scientifico; ergò &c.

Patet hoc; etenim intellectus præcepta grammaticæ

Digitized by Google

per rationes,& modo syllogistico cognoscens,acquirit illa euidenter,& cum certitudine ; nam euidenter scire est, vt ibidem Arist. dicebat; *cum causam cognoscimus propter quam res est,quòd illius causa est,& non est contingere hoc aliter se habere.*

Probatur secundò eadem pars ; Grammaticus est sciens;ergò grammatica est scientia. Antecedens probatur;nam grammaticus multa scit per causam,& assignat rationem;sed scire est rem per causam cognoscere;ergò &c. consequentia probatur ; nam à concretis accidentalibus ad abstracta tenet consequentia, vt album est coloratum; ergò albedo est color ; sed grammaticus est concretum, grammatica est abstractum ; ergo &c.

Neque dicas, aliquas cognitiones grammaticales non esse scientificas , cum non omnes sint demonstratiuæ,& necessariæ conclusionis illatiuæ, vt est cognitio dictionum,thematum,&c. ergò grammatica non erit totaliter scientia;Nam

Contra est; Adhoc enim vt aliquis habitus dicatur scientificus non requiritur , quòd omnes , & singuli eius actus fiat scientifici; cum in quacumque scientia sit non solum cognitio conclusionum , sed etiam cognitio principiorum , seù præmissarum , quæ non est scientifica,quia non est illatiua necessariò, & euidenter ex præmissis;sufficit ergò quòd plura de suo obiecto demonstratiuè cognoscat,& huiusmodi est habitus grammaticalis.

Probatur tertiò quò ad secundam partem; propriũ est scientiæ procedere per demonstrationem , & ita modo resolutiuo ; sed grammatica positiua procedit modo constructiuo;ergò non est scientia. Probatur minor; procedit dictando præcepta, & construendo themata;sed hoc est procedere modo constructiuo , ergo &c.

Obijcies primò;Grammatica tradit præcepta,& regulas; ergò non est scientia. Consequentia probatur;

Illa

Illa facultas, quæ tradit præcepta, & regulas non eſt cauſata per diſcurſum ſyllogiſticum, & conſequenter non eſt ſcientia; ſed grammatica tradit præcepta, & regulas; ergò non eſt ſcientia.

Reſpondetur; diſtinguo antecedens, grammatica poſitiua concedo antecedens; regularis nego antecedens; Nam duplex eſt grammatica, vna poſitiua, altera regularis. Regularis, cum ſit cauſata per diſcurſum ſyllogiſticum, reſque per cauſas cognoſcat, erit ſcientia; poſitiua verò cum tantum præcepta tradat, à conceptu ſcientiæ ſemouebitur, & huc pertinet vulgatum illud Adagium; *Purus grammaticus eſt purus Aſinus.*

Præterquamquod logica tradit præcepta, & regulas conficiendi ſyllogiſmos, & regulas ſyllogiſmorũ, & tamen quia hoc ordinatur ad cognoſcendum rem per cauſam, dicitur ſcientia apud complures; eodem modo de grammatica eſt diſcurrendum.

Contra primò: grammatica conſtat vſu, ratione, & authoritate; ergò ſi erit ſcientia quò ad rationem, non erit ſcientia quo ad cætera.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens, conſtat ratione per ſe, vſu verò, & authoritate præſuppoſitiuè concedo antecedens; aliter nego antecedens; Itaque hæc pars grammaticæ de per ſe rationem ſpectat, vſum verò, & authoritatem præſupponit traditam, non primariò cõſiderat, ſed ſupra hanc contemplatur congruentias, rationes, &c. modo ſcientifico, quas rationes in ſe claudit grammatica; nam vſus, quo iſta vtitur non eſt omninò ſine ratione, & congruitate, quia aliter eſſet vſus irrationalis; Authoritas quoque eſt cum ratione, nam authoritas eſt iudicium ſapientum in propria ſcientia, & locus ab authoritate habet hanc maximam; *cuicumque experto in ſua ſcientia eſt credendum*, & quò magis eſt expertus, eo minus falli poteſt, & conſequenter maiorem inducet probabilitatem, ſicut quia Deus non poteſt falli, aut mentiri, idcircò diuina authoritas maximam inducet certitudinem; & quia ho-

Digitized by Google

mines sunt fallibiles, quamuis sapientissimi, non inducunt firmum testimonium, nisi aliqua sit ratio illud comprobans.

Præterquamquod hodiè inualuit mos, & præcipuè apud scholasticos, & Galenistas longam authoritati catenam texere, & vbique in scholis resonant authoritates, quæ negari non possunt, quod si quis vlterius petens naturæ abdita explorare velit rationibus, vel experientijs fretus, philosophorum authoritates negabit, tanquam suspectus ejicitur, tanquam infidelis reputatur, & trahit in se omnium censuram, nec habet locum in scholis. Præterea etiam Iurisprudentia constat vsu, ratione, & authoritate, & eam Iurisperiti acriter esse scientiam tuëtur, & habetur; *Erubescimus cum sine lege loquimur*, ideſt cum sine authoritate legali loquimur.

Contra secundò; licet fundetur præsuppositinè in authoritate, non tamen tollitur quin sit instrumentum directiuum scientiarum; sed instrumentum non est eiusdem rationis cum arte cuius est instrumentum; ergò &c. Minor patet, nam non est eiusdem rationis. Serra v.g. cum arte lignaria; ergo etiam grammatica.

Respondetur assignando instantiam; logica est instrumentum simul, & modus sciendi in ordine ad scientias, & tamen est scientia.

Respondetur vlterius. Grammaticam habere rationem medij, cum sit illa, qua mediante aliæ scientiæ acquiruntur; media enim poni debent proportionata, & apta esse, & sub eodem genere stare, nec tamen finem excedere debent.

Obijcies secundo; Carmen illud connumerans artes liberales, comprehendit grammaticam; ergo, &c. antecedens probatur, Carmen tale est; *lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, Angulus, astra*; sed per ly *lingua* intelligitur grammatica; ergo verum antecedens.

Respondetur distinguo antecedens, grammaticam positiuam comprehendit concedo antecedens; regula-

rem

rem nego antecedens; quia per ly lingua demonstratur grammatica positiua, sicut per ly ratio non venit logica, nisi vt vtens præceptis, quæ ars est, non prout scientia venit.

Obijcies tertiò: grammatica non tractat de aliqua re determinata: sed scientia debet versari circa obiectum certum, & ei proprium: ergò grammatica non est scientia.

Respondetur: distinguo maiorem, non tractat de re determinata, quantum ad doctrinam nego maiorem; quantum ad vsum concedo maiorem, & pari modo distincta minori negatur consequentia; sufficit enim ad scientiam, vt sit de re certa, & determinata quantum ad doctrinam, & determinato obiecto, non verò quantum ad vsum, & applicationem: Modò grammatica tractat de re determinata, nempè de sermone congruo, tanquam obiecto, non verò quantum ad vsum, nam quantum ad vsum versatur circa omnia indeterminatè, quia omnibus scientijs applicatur, vndè dicitur scientia communis.

Obijcies quartò contra secundam partem: Grammatica positiua tradit præcepta in ordine ad speculationem, & demonstrationem: sed hoc sufficit ad rationem scientiæ: ergò erit scientia.

Respondetur: nego minorè; nam nō sufficit ministrare materiam, nisi modo resolutiuo, & demonstratiuo ex se ipsa petat procedere.

Contra: Ex hoc sequeretur, quòd scientia, & non scientia inuenirentur in eodem habitu: sed hæc est oppositio contradictoria: ergò &c.

Respondetur: Posse adnari scientiam, & non scientiam in eodem habitu secundum diuersa: Modò in grammatica, vt regulari verificatur scientia, in positiua non scientia, quæ sunt diuersa.

BIBLIOTECA NAZ. REALE VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

QVÆSTIO SEXTA.

An Grammatica sit practica, vel speculatiua?

NOtandum praxim esse operationem intellectus extrinsecam tendentem ex se modo factibili, vt ad finem; sicut speculatio est actus intellectus tendens circa res intra se contemplabiles: hi autem habitus distinguuntur ex parte obiecti speculabilis, vel factibilis ex parte modi procedendi, & ex parte finis speculatiui, vel operatiui.

Dico Grammaticam regularem esse habitum speculatiuum, licet pòsitiua ex modo procedendi immisceat aliquid practici.

Probatur primò: finis grammaticæ est contemplatio: ergò est speculatiua. Antecedens probatur: ratione omnia regit, & præceptorum, & Syntaxis normam contemplatur, sistendo in ipsa contemplatione; sed hoc non est ordinari ad opus externum, vt ad finem: ergò finis ipsius est contemplatio. Maior patet: nam hæc est eius intentio in omnibus rationem scrutari, speculari, & non vlteriora quærere, nisi ipsam contemplationem.

Probatur secundò, quo ad grammaticã positiuã: Hæc pars licet præcepta construat, & conficiat, tamen ordinatur ad speculationem grammaticæ, scilicet regularis: ergò etiam erit speculatiua. Probatur consequentia: licet triangulos, quadrata construat Mathesis, tamen quia ordinatur ad opus intellectus, ad cognitionẽ scilicet veritatis, non tollit Mathesi rationem scientiæ speculatiuæ: ergò pariter in casu nostro.

Probatur tertiò quoad secundam partem: Grammatica positiua procedit construendo, conficiendo themata, & reliqua, quæ sunt opera externa: sed ita procedunt habitus practici: ergò ex modo tendendi aliquid practici immiscet. Attamen hæc erit differentia inter

inter hanc,& practicos habitus, quòd hi etiam ex parte finis, & obiecti sunt practici, (& hoc exigitur ad rationem practici,vt in notando) hæc solum ex modo procedendi.

Obijcies primò:Obiectum grammaticæ non est quid speculabile : ergò non est speculatiua. Antecedens probatur: obiectum ipsius est sermo congruus: sed hic excludit rationem speculatiui:ergò &c.

Respondetur,hoc verum esse, si ex parte tradentis, & docentis eam sumere velimus, non verò ex parte ipsius obiecti;præbet enim hoc sufficiens fundamentum speculationi,& qui eam inuenire exoptat, inueniet,& sic non ex defectu grammaticæ descendet.

Contra primò. Tale obiectum in se nihil aliud inuoluit,nisi puram Syntaxim, præcepta, &c. Sed hæc sunt opera factibilia, & externa: ergò ruit responsio. Maior probatur:hoc est grammatici construere, facere,nuda præcepta praxi accomodare : sed hæc ad practicos habitus pertinent:ergò &c.

Respondetur;nego maiorem,ad probationem distinguo maiorem, est construere dirigendo ad speculationem concedo maiorem;sustendo in ipsis nego maiorem. Quæcumque tradantur præcepta in grammatica non tollunt rationem habitus speculatiui, quia cuncta ad speculationem tendunt, sicut de Mathesi diximus, & patet in logica,quæ licet sit syllogismorum constructiua,non deperdit esse speculatiui ob eandem rationem.

Contra secundo: licet dirigantur ad speculationem, tamen non operantur,vt obiectum grammaticæ non sit ignobilius obiecto habituum practicorum:ergò falsa solutio. Antecedes probatur:obiectum habituũ practicorũ, prudentia scilicet est circũstantia extrinseca loci, & temporis, grammaticæ verò pura locutio: sed nobilitas scientiarum sumitur ex obiecto:ergò &c.

Respondetur,nego antecedens, ad probationem distinguo minorem,ex obiecto tantum nego minorem; ex fine,& modo procedendi concedo minorem. Igitur

Digitized by Google

finis, & modus procedendi grammaticæ est speculatiuus, licet ex parte obiecti secundum quid dici possit infima, quia fundamentum; tamen hæc sufficiunt, vt habitus dicatur speculatiuus, & in hoc alios antecellit.

Contra tertiò: procedere grammaticè ordinatiuè ad speculationem, vt ad finem non impedit rationem practici: ergò falsa solutio. Antecedens probatur. Etsi actus prudentiæ dictet hic, nunc esse speculandum ordinetur ad speculationem, non tollitur, quin sit practicus, quia prouenit ab habitu practico: ergò idem in casu nostro.

Respondetur assignando disparitatem; quia actus prudentiæ materialiter versatur circa speculationem, formaliter, & ex sui natura circa loci, temporisque circumstantias, dictat enim quid hic sit agendum, & quomodò se habendum in tali loco, & tempore, quæ omnia practica sunt: non item grammatica, quia ex se ad speculationem collimat, intellectum discursu, ratione, syllogismis connumcendo.

Contra quartò: Grammatica ex parte tractantis tendit ad speculationem: ergò materialiter tantum speculatur. Antecedens probatur; ex sui natura tantum debet tradere præcepta, & formaliter respicit ipsa: sed hoc constituit prudentiam intrinsecè practicam: ergò licet grammatica speculetur, materialiter erit, & ex parte tractantis.

Respondetur, quòd si nudam præceptorum traditionem consideremus nullo modo ordinabilem ad formalem speculationem, non denegabimus ei rationem practici, & hoc esset potius grammaticæ positiuæ; attamen quia hæc ordinatur ad formalem speculationem, ideò remanebit speculatiua, quia hæc ex se practica esset, nullo prorsus modo ad speculationem formalem tendere posset, sicuti patet in prudentia; habitus enim practicus nulla ope intellectus sufficiens fundamentum præbere potest speculationi formali, vnum quippè contrarium alterius contrarij fundamentum esse non potest.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies secundò: Grammatica est instrumentum, & fundamentum scientiarum practicarum: ergò erit practica. Antecedens patet, cum sit necessaria.

Respondetur, distinguo antecedens, extrinsecum, vt practicæ sunt concedo antecedens; intrinsecum nego antecedens. Dico grammaticam tantum dirigere intellectum ad capessendas scientias extrinsecè, & de materiali se habendo, an practicæ sint, cum non ad ipsã spectet, neque opus sit considerare practicum, vel quid aliud.

Obijcies tertiò contra secundam partem: Dixistis in responsione vltimi contra, habitum practicum nulla ope intellectus præbere sufficiens fundamentum speculationi: sed grammatica positiua per vos præbet fũdamentum regulari, quia speculatiua est: ergò non erit practica quoad modum procedendi, vel regularis quoque erit practica.

Respondetur, nos non concedere grammaticam positiuam simpliciter, & ex se practicam esse, cum probauimus hanc quoque esse speculatiuam, ex hoc quod procedere ipsius, licet sit construendo, tamen ordinatur ad speculationem, sed diximus immiscere aliquid practici ex modo tendendi, quia constructiuo, & compositiuo modo tendit, sicut habitus practici, hoc tamen nõ aufert esse speculatiuum; sicuti non per hoc, quod Geometria, & Arithmetica immisceant ex modo tendendi aliquid practici, imò practicæ, & artes vocantur, sed assimilatiuè, non sunt etiam scientiæ speculatiuæ. Idem in logica, quæ prout vtitur præceptis secundum quid est practica, non per hoc tamen amittit rationem scientiæ speculatiuæ, ità in casu nostro dicas.

Cõtra, ex hoc sequeretur practicum, & speculatiuũ, quæ sunt contraria, vel priuatiua in eadem grammatica posse adunari simul; sed hoc est falsum: ergò & id ex quo prouenit.

Respondetur: Practicum similitudinariè non opponi contrariè speculatiuo; cum similitudinem tantum admi-

Digitized by Google

miſceat; ſimilia enim non ſunt eadem, & hoc modo parum diſtat à ſpeculatiuo, ſicut ſubiectum habens vnum gradum caloris, quia parum diſtat à frigido, non ipſi aduerſabitur, imò remotior erit tranſitus ad gradum ignis, vt octo, quàm frigiditatis.

Potuiſſemus hæc exagitare, an ſint duo, vel vnus habitus, regularis, & poſitiua grammatica; Attamen quia pro huius intelligentia tradendæ fuiſſent omnes diſtinctionum ſpecies, quæ ad Methaphyſicam pertinent, ideò ne diſcipulorum ingenia intricaremus, conſultò omittere placuit.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Quod nam ſit adæquatum obiectum Grammaticæ?

NOtandum primò, quod ſubiectum adæquatum alicuius ſcientiæ dicitur illud in gratiam, cuius omnia conſiderat author, & ſic omnia continere debet, quæ tractantur in tali ſcientia, vel ordinari debet ad ipſum, ſicut Deus eſt ſubiectum adæquatum Theologiæ, quia cuncta, quæ exagitantur in ipſa, vel Deus, vel in ordine ad Deum ſunt.

Notandum ſecundò: obiectum adæquatum quatuor debere habere conditiones. Prima, quòd ſit ſaltem poſſibile, quod enim nihil eſt, à nulla ſcientia conſiderari poteſt. Secunda, quòd contineat omnia, quæ in tali ſcientia tractantur, vel immediatè reducantur ad ipſum, ſiuè vt principia, ſiuè vt partes. Tertia, quòd per ipſum vna ſcientia ab alia diſtinguatur. Quarta, quòd ratione ſui, & per ſeipſum attingatur à tali ſcientia, cuius eſt obiectum.

Notandum tertiò, quod ſubiectum totale in quauis ſcientia debet habere rationem materialem, & formalem. Pars materialis eſt res conſiderata, pars formalis eſt modus conſiderandi diuerſus, ſeù diuerſa ratio cõſiderandi, v. g. in medicina, corpus eſt ratio materialis,

ly

Digitized by Google

ly ſanabile, eſt ratio formalis, quia medicina conſiderat corpus ſub ratione ſanabilitatis. Ità in caſu noſtro, ſermo eſt pars materialis, congruus eſt pars formalis.

Dico 2. quòd ſubiectum adæquatum grammaticæ eſt ſermo, quatenus congruus. Eſt omnium grammaticorũ ſententia.

Probatur: Sermo congruus in grammatica habet omnes conditiones requiſitas ad obiectum: ergò &c. Antecedens probatur: habet primam, cum exiſtat ſermo congruus, & verè ſit, vt liquet. Secundam, quia omnes regulæ, conſtructiones, varietates ipſarum, &c. continentur ſub ſermone congruo, & ad ipſum reducuntur declinationes, coniugationes, caſus, &c. & literæ, ſyllabæ, dictiones, partes, orationis, & reliqua reducuneur tanquam partes, & principia. Tertiam, cum per ipſum diſtinguatur ab alijs ſcientijs, & quoque à Rhetorica, Poeſi, quæ materialiter ſermonem congruũ ſpectant, nam Poeſis eſt prodeſſe, & delectare ſub fucato rerum amictu; Rhetoricæ eſt affectus mouere ſuadendo, vel diſſuadendo, ſed cum dicendi peritia, de vnaquaque re, definiebat Ariſtoteles tex. 4. in lib. 1. Rhetor. quod ſit *vis, & facultas inueniendi quid in vnaquaque re ſit ad perſuadendum accomodatum*, quibus grammatica aptum congruumque ſermonem miniſtrat. Quartam, quia cuncta, quæ attingit grammatica ratione ſermonis congrui attingit, nam niſi ſub ſermone congruo ſtarent, ab ipſa non poſſent attingi: ergò omnes conditiones ad obiectum requiſitæ verificantur de ſermone congruo.

Obijcies primo: Subiectum, & ſcientia debent adæquari, itaut ſubiectum non debet excedere ſcientiam, neque ſcientia excedi à ſubiecto; ſed ſermo congruus non adæquat grammaticam; ergo ſermo congruus non poteſt eſſe adæquatum ſubiectum grammaticæ. Minor probatur; ſermo congruus pertinet ad Rhetoricam, Logicam, Philoſophiam, & ad omnes alias ſcientias; ergo ſermo congruus non adæquat grammaticam.

Re-

Digitized by Google

Respondetur; concedo maiorem, & nego minorem, ad cuius probationem distinguo antecedens, sermo congruus pertinet ad Rhetoricam, Logicam, &c. primariò nego antecedens; secundariò concedo antecedens; ergo nego consequentiam. Duplici modò grammatica respicit sermonem congruum, vel primario, quatenus docet regulas, quibus ipse congruus sermo conficitur, & sic dicitur grammatica docens; vel secundariò, quatenus ipsis regulis quas docet, possumus uti in alijs scientijs, & sic dicitur grammatica vtês, quod aliæ scientiæ vtuntur sermone congruo, ex hoc solum sequitur grammaticæ obiectum posse applicari aliis scientijs, sicut in syllogismo logicæ subiecto contingit, qui applicatur alijs scientijs.

Contra: licet congruus sermo primariò non attineat ad alias scientias, tamen spectabit primariò ad Rhetoricam, & Poesim: ergo falsa solutio. Probatur antecedens: tota vis harum consistit in perfecta locutione: sed hæc non est alia à sermone congruo, imò ipsemet sermo congruus est: ergò verum antecedens.

Respondetur, quod finis Poeticæ est delectare, & prodesse, Rhetoricæ suadere, vt diximus, & cum finis, & obiectum alicuius scientiæ sint idem, ideò sequitur illa esse earum obiectum.

Objicies secundò: Non omnia, quæ tractantur in grammatica reducuntur ad sermonem congruum: ergò non erit obiectum adæquatum grammaticæ. Antecedens probatur: genus, species, actio, passio, qualitas, & relatiua, quæ tractantur in grammatica propriè pertinent ad logicam, & physicam; Tractatus de loco, Infinito, tempore, &c. est propriè physices; de quantitate Mathematicæ, de numeris Arithmeticæ: ergò non propriè reducuntur ad sermonem congruum.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem distinguo antecedens, genus, species, &c. tractantur in grammatica tanquam obiectum remotum concedo antecedens; tanquam obiectum formale adæquatum nego

Digitized by Google

go antecedens; Grammatica enim agit de his omnibus prout sunt obiectum materiale ; non verò formale , quia diuerso modo considerantur à grammatica, quam ab alijs scientijs , & prout ab ipsa considerantur sunt obiectum adæquatum, quia immediatè stant sub conceptu sermonis congrui, vt patet.

Obijcies vltimo : Aliqui grammatici scribunt, & docent grammaticam incongruè; ergo sermo cõgruus non est grammaticę obiectum.

Respondetur, nos loqui de sermone congruo, prout respicit grammaticam, non prout est in aliquibus grãmaticis: nam sunt nõnnulli ità imperiti, vt vix grammatici nõmen mereantur.

QVÆRES.

Quæ sint addiscenda pro huius operis intellectione , & qui hac grammatica methodo dirigendi?

REspondetur ad primam partem quæsiti , aliquantum præcepta esse prælibanda summularum, sed parui momenti, hæc sunt, scire quid sit argumentatio , quæ eius species, & munera argumentantis, & defendentis.

Argumentatio est oratio in qua vno dato , aliud sequitur, vt Petrus discurrit: ergò est homo , dato namque discursu in Petro, sequitur esse hominem.

In qualibet argumentatione tria considerantur. Primò, id ex quo sequitur aliud: siue antecedens, vt Petrus discurrit. Secundò nota illationis scilicet ly ergò, quæ venit, & infert. Tertiò consequens, scilicet ly est homò, quod infertur ex antecedente.

Species argumentationis sunt, Syllogismus, qui est discursus constans ex tribus propositionibus, & nota illationis; prima vocatur maior, vt homo discurrit; secunda minor , vt sed Petrus est homo (vt plurimum

co-

Digitized by Google

cognoscitur ex ly, sed) tertia, ergò Petrus discurrit vocatur consequens, & ly ergò, illationis nota, seù cõsequentia.

Enthymema est alia species, qui dicitur syllogismus truncus, constans ex duabus propositionibus, antecedente, & consequente cum nota illationis, vt Petrus discurrit: ergò Petrus est homo. Prima propositio dicitur antecedens, secunda consequens, ly ergò consequentia.

Inductio est alia species, quæ à pluribus singularibus, seù particularibus vniuersalem, seù generalem inducit propositionem, vt hic ignis calefacit, ille ignis calefacit, & sic de cæteris: ergò omnis ignis calefacit.

Exemplum est alia species, quod ex vno simili in alio simili idẽ infertur, vt Deus pepercit latroni: ergò etiam similibus peccatoribus pœnitentibus.

Assignant aliqui aliam speciem, nempè Dilemma: fiuè argumentum bicorne, quod reducit aduersarium ad concedendum, vel negandum vnum, vel aliud contra se ipsum, vt si quis diceret se fuisse in foro tali hora, & negaret Petrum vidisse, ità argui potest; vel eras in foro, vel non eras; si primum: ergo vidisti, quia tali hora ibi fuit; si secundum mentiris te illa hora fuisse in foro. Sed hæc argumentatio reducitur ad syllogismum, si pro minori addas; sed neutrum dici potest: ergo &c.

Munus argumentantis est argumentum proponere, & id quod negatur, statim probare, & in consequentia ponere, nec medium, quod semel assumpsit, variare debet, & viriles probationes adducere, non futiliter lasciuire, & extra campum ludere, dicendo, scilicet quod est falsum non est admittendum: sed hoc est falsum: ergò &c. ita commorari diutius, donec difficultatem proponat; sed meliorem succum argumenti ab initio patefacere, & ita longam catenam texere debet. Puerile quoque est eandem probationem sub diuersis verbis

bis repetere; licet tamen explicationem petere alicuius, rationis, vel distinctionis à defendente, vt possit vlterius excurrere. Melius quoque erit si Enthymemate vtatur, cum enim hoc breuius sit, notam apertæ illationis vim patefaciet, parumque temporis ad cogitandum aduersario tribuet, ideoque maiorem vim, & difficultatem incutiet, imò si concessum sit antecedens, addendo maiorem veram tali antecedenti, habebit maiorem, & minorem concessam, quòd aduersarium adigit ad consequentiam concedendam.

Munus defendentis est, argumento fideliter repetito, in secunda repetitione, negare si falsa, concedere si vera, vel distinguere propositionem, si ambigua est, & licet ipsi, quod concessit, si iterum proponatur, distinguere. Aduertat igitur nè ad concedendum incautè pronus sit. Aduertat quoque, quòd consequentia, vel dicitur bona, vel mala, ideoque, vel conceditur, vel negatur, cum verò distinguitur, debet dici, distinguo cõsequens, non consequentiam, quia ambiguitas cadere tantum potest circa propositionem illatam ex præmissis non circa illationem.

Si verò propositio contineat plures partes, dicatur, concedo, nego, vel distinguo primam, secundam, vel tertiam partem; ità si adsint duæ, vel tres consequentiæ: si verò adsit post consequentiam alia propositiò, quæ minor subsumpta, vel subillata dicitur, cum sua consequentia, dicetur, nego, concedo, &c. minorem subsumptam. Et si ex vno aliud in eadem propositione faciat sequi arguens, velut absurdum inducat, non dicitur absolutè, nego maiorem, sed sequelam maioris, absurdum maioris. Si ex similibus procedat argumentum, negatur similitudo talis, quæ inuenitur, & disparitas assignatur. Tunc verò dicitur, transeat maior, vel minor, cum vel negare potest defendens, vel concedere, quia quasi permittit parum ipsi nocens, tàm si arguens pro vera, quam pro falsa sumat. Rationes negationis, concessionis, vel explicationes, distinctiones, nisi petat ar-

Digitized by Google

arguens, non exponat defendens. Si verò aliqua authoritas obijcietur, quæ negari non potest, dici debet, admitto sub explicatione, & illam exponat.

Munus Patroni, siuè præsidentis est defendenti negationes, & distinctiones administrare, tunc cum defendens promptas non habet, & facere, vt argumentū rectè repetatur: ipse verò sub silentio præsideat, cum iam sua doctrina præsumatur probata, & si opus erit dicere, pauca loquatur sub grauitate, & ita maiorem honorem suo scholari pariet, sibique cumulabit.

Respondetur ad secundam partem quæsiti.

Tradenda illis sunt hæc nostræ Grammaticæ præcepta rationibus enucleata, qui iam nudis grammaticæ præceptis fuerunt imbuti, vt cum certitudine sciant, quæ didicerunt, nàm rationibus, & argumētis illustrato intellectu, quæ didicerunt cum quadam fiducia, posteà assecuerabūt. Ludi verò magistri, & puris præceptis huius nostræ grammaticæ vti poterunt pro tyronibus tantum, & rationibus vna cum præceptis pro alijs ad maiora euectis, hoc tamen agent, vt tempus expostulabit, omnia eorum iudicio submittentes.

Digitized by Google

DE PARTIBVS GRAMMATICÆ.

PArtes grammaticæ ſunt quatuor, Litera, Syllaba, Dictio, & Oratio.

Obijcies primò: partes grãmaticæ, vt Quintil. inquit, ſunt duæ, ſcilicet Methodica, & Hiſtorica: ergò non ſunt quatuor.

Reſpondetur, concedo antecedens, & nego conſequentiam; Nam methodica eſt, quæ rectè loquendi, legendi, & ſcribendi præcepta breui quadam via demõſtrat: eſt enim methodus breue dicendi compendium, breuiſque via, ars, & ratio. Hiſtorica, quæ authores exponit; & ſic iſtæ duæ in iſtis quatuor continentur, & iſtæ quatuor in his duabus.

Obijcies ſecundò: Aliqui grammatici dicunt, quòd partes grammaticæ ſunt quatuor, ſcilicet, Orthographia, Proſodia, Etymologia, & Syntaxis: ergo non ſũt litera, ſyllaba, dictio, & oratio.

Reſpondetur. Iſtæ quatuor ſunt partes Methodicæ, & ſic reducuntur ad literam, ſyllabam, dictionem, & orationem; nam Orthographia eſt recta ſcriptura docens literas. Proſodia eſt accentus, & docet ſyllabas, earumque quantitatem. Etymologia eſt veriloquium,

Digitized by Google

& docet dictionum originem, & proprietatem. Syntaxis est constructio, & docet orationem, eiusque constructum.

Aduertendum tamen, has partes, quas assignauimus esse remotas, non negamus proximas, seu propinquas partes esse Syntaxim, etymologiam, &c. etenim congruè loqui, rectèque scribere propriè ab istis regulatur; namque litera, syllaba, &c. de seruiunt tamquam id, quo grammaticæ partes ponuntur in esse.

Ideò vltra priores partes sigillatim nunc quoque de his non agimus, quia syntaxis passim enucleatur à qualibet regula. De Etymologia tractare, longus esset sermo, sicut de orthographia, & prosodia, & separatim de his tribus alibi agere Deo auspice animo est; cũ nostrum propositum tantũ fuit præcepta grammaticæ speculatiuorum more tractare.

DE LITERIS.

LItera est individua pars vocis articulatę.

Explicatur definitio. Dicitur pars, nam omne, quod est, vel est totum, vel pars, *& omne totum est maius sua parte*, & sic dicitur individua; nam oratio est totum, quod diuiditur, seu resoluitur in dictiones, dictio in syllabas, & syllaba in literas, ita tamen, vt litera non vlterius diuidi possit. Dicitur vocis articulatę, ideſt vocis distinctæ, ad differentiam vocis soniu animalium effectę, quę scribi non potest, vt est bouum mugitus, & anguium sibilus.

Obijcies: si litera esset individua pars vocis articulatæ, sequeretur, quòd esset atomus: sed hoc est falsum: ergo falsa definitio literæ. Sequela maioris probatur. Individuus a. m. dicitur illud, quod diuidi non potest: sed atomus est corpusculum minutissimum, quod sectionem non patitur: ergo si litera esset individua sequeretur esse atomum.

Respondetur, nego sequelam *maioris*, ad cuius probatio-

bationem concedo maiorem, minorem, & consequentiam; Nam licet Epicurus ex atomis vniuersum struat, quæ sunt corpuscula minutissima, quæ diuisionem non recipiunt, tamen suis atomis magnitudinem, figuram, & pondus inseparabiliter inesse vult, & sic explicat suam opinionem, licet falsissimam: *extensa enim sunt, aliter ex ipsis nullo modo extensum fieri non potest, nulla vi Naturæ tamen ab illis auferri potest magnitudo; nequeunt tamen in partes diuidi, quia inane intra non admittunt, intra quod penetrans aliquod corpus, veluti cuneus diuidere illa possit.* Licet alij aliter frustrà sentiant. Non repugnat, inquam, literas atomos nominari, nam sicut in sententia Epicuri, & Democriti etiam vniuersum ex atomis constare asseritur, & plura corpuscula, prout diuersimodè mouere possunt, & efficere alia corpora: sic literę diuerso concursu, ordine, & positura diuersa volumina complent, non immeritò atomi vocari possunt; nam literæ, quæ primordia, elementa, (sicut in opinione Epicuri, & Democriti corpuscula sunt prima elementa, & principia) & principia scripturæ sunt figura, situ, & ordine differentes, diuersas, & innumeras penè dictiones gignere valent.

Literæ inuentæ sunt propter rerum memoriam, nè obliuione fugiant.

Literæ latinæ sunt viginti, vt *A, b, c, d, e, f, g, i, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, z.* Ab aliquibus numerãtur viginti tres, adduntq; *h, k,* & *y.* Sed

Inter grammaticos graue, & perenne litigium intercedit, an H inter literas sit connumeranda? pro quo

Dico H nullo modo inter literas est connumeranda.

Probatur primò à sufficiente partium enumeratione; H, non est vocalis, neque muta, neque semiuocalis, neque consonans: ergò H, non est litera. Antecedens probatur, non est vocalis, quia à se vocem non formar; non muta, nam est illa, quæ exiguæ vocis partẽ habet, & parum sonat, nisi addita vocali, cuiusmodi

Digitized by Google

non est H; Non semiuocalis, cum nulla syllaba latina, neque græca per integras dictiones in eam desinit, nisi per Apocopen, vt ah, vah, nam cum completæ sunt, faciunt aha, vaha; nec consonans, quia non sonat iuncta vocalibus: ergò non est vocalis, neque muta, neque semiuocalis, neque consonans.

Probatur secundò: est commune, vulgatumque Adagium, quòd sæpè per hominum ora vagatur: *est tanquã H, inter literas*, significans nihil esse: ergò H non est litera.

Obijcies. H facit distinctionem essentialem inter dictiones: ergò est litera. Antecedens probatur, nam Hamo cum H. significat hamo pisoari, sine H. significat diligere. Hora cum H significat mensuram temporis, sine H plagam, & instrumenta quibus edimus: ergò H facit distinctionem essentialem inter dictiones.

Respondetur nego antecedens, ad cuius probationẽ concedo antecedens, & distinguo consequens, facit distinctionem essentialem tanquam litera nego consequentiam; tanquam aspirationis nota concedo consequentiam. H in his dictionibus non ponitur, vt litera, sed vt nota aspirationis; antiquitus enim H non scribebatur, vt nos hodiè consueuimus, sed supra literas vocales vbi necessaria erat nota aspirationis, talis nota græcorum more annotabatur, & hoc Gellius se vidisse affirmat in quodam vetustissimo Codice, quem Virgilij autographon putat.

Contra est primò: in multis dictionibus scribitur, ut litera, & non ut aspirationis nota, vt pulcher. a. m. triũphus, Carthago, &c. ergò &c.

Respondetur nego antecedens; nam non scribitur, vt litera, sed ut nota aspirationis: antiquitus enim scribebatur pulcer, pulcra, pulcrum, triumfus, Cartago, &c.

Contra est secundò: in his duabus dictionibus mihi, & nihil, saltim fungitur officio literæ: ergò &c.

Respondetur nego antecedens; nam etiam fungitur no-

Digitized by Google

nota aſpirationis, cum talis nota, vel ponitur, vt plurimum ſonet, augeatque uocem, ut pulcher; uel ut uegetet, excitetque uocem languidam, ut uehemens, Herénius; uel ut reddat ſyllabam craſſam in prolatione, ut in Mihi, & Nihil.

K litera eliminanda eſt è conſortio literarum latinarum, nam eſt litera græcorum, non latinorum. Ea non utimur niſi in dictionibus græcis, quibus tanquam latinis utimur, ut Kalendæ, Kyrie eleiſon. Sed huiuſmodi quoniam merè græca ſunt, ſatius fuerit ſcribere græcis literis, nam, & Priſcianus teſtis eſt: K (quod græci appellitant Kappa) apud latinos eſſe ſupernacaneum, & Quintil. non obſcurè innuit, loco eius nos habere literam C, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat.

Y græcorum uocalis eſt, qua in illorum dictionibus tantum utimur.

&, ç, ß, b', non ſunt literæ, ſed quædam literarum compendia.

Objicies. Codex continet innumeras penè literas: ergo literæ non erunt tantum uiginti.

Reſpondetur diſtinguo antecedens, continet innumeras literas, forma liter nego antecedens; materialiter concedo antecedens, ergo, nego conſequentiam. Literæ ſunt viginti, attamen diuerſo concurſu, ordine, & politura, quo pluries repetuntur, complent diuerſa uolumina.

Littera dicta eſt ita, quia in legendo iteretur, uel quaſi legitera, quia ordine congruo poſita, legentibus iter oſtendit. Vel dicitur à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit; in ceratis enim tabulis priſci ſcribere ſolebant, & deindè delebant: Verum enim verò abſurdum eſſet, vt litera appellaretur ab eo, propter quod ipſa deſinit eſſe, quod eſt; deſinit namque eſſe litera, vbi deleta eſt. Vel à lino, linis, quod in ſcribendo atramentum illinitur, hoc eſt leuiter inducitur chartæ.

Literæ aliæ ſunt vocales, aliæ conſonantes, aliæ ſemi-

Digitized by Google

minuocales, aliæ mutæ, aliæ duplices, aliæ liquidæ.

Vocales latinæ sunt quinque A. E. I. O. V. & vna græca, y, qua utimur in græcis dictionibus. Dicũtur vocales, quia uocem formant, & sine illis non potest ulla uox literalis proferri.

Præter vocales omnes dicuntur consonantes, & dicuntur consonantes, quòd iunctæ cum uocalibus consonant: cum ipsæ, per se nequeant uocem perficere. I, & V vocales interdum in uim consonantis euadunt, quoties in syllabæ principio ante alteram uocalem ponuntur, vt Iuno, Venus: Consonantes diuiduntur in semiuocales, & mutas.

Semiuocales sunt illæ, quæ plenam uocem non habent, & per se, nec syllabam, nec plenam uocem faciũt. Vel sunt illæ, quæ habent sonum, quasi similem vocalibus, & dum proferuntur à vocali incipiunt, & sunt f. l. m. n. r. s. & x.

Mutæ sunt illæ, quæ exiguæ uocis partem habent, & parum sonant, nisi addita vocali, & dicuntur mutæ ob comparationem consonantium, & sunt, b. c. d. g. p. q. t. z.

Duplices literæ sunt duæ x, & z, & dicuntur duplices, quoniam uim duarum consonantium habent; x enim valet pro c, & s, quia, ubi nos dicimus patrizo, veteres dicebant patricso, & vbi nos dicimus pax, illi dicebant pacs. I & V. posita inter duas uocales habent vim duplicis consonantis, vt aio, repleui.

Liquidæ literæ sunt l, & r, quæ post mutas in eadem syllaba positæ, syllabam natura breuem, & non natura longam, faciunt communem, ut Cathedra.

Literæ accidunt tria, Figura, Nomen, & Potestas; figura est ea forma, quæ græcis, & latinis aspicitur, & notatur. Nomen est, quod dicitur, uel pronunciatur, ut A. B. Potestas verò est illarum connexarum pronunciatio, quia in literario sermone nos latini, & græci eodem utimur modo,

Digitized by Google

DE SYLLABIS.

SYllaba est vnius, vel plurium literarum comprehẽsio.

Obijcies: Illa definitio non est bona, quæ competit alijs à definito: sed definitio syllabæ est huiusmodi: ergo non est bona. Minor probatur competit parti orationis: ergo competit alijs à definito. Antecedens probatur. Pars orationis est etiam vnius, vel plurium literarum comprehensio, vt *à, è*, cum sunt præpositiones; mons, dò, & cœteræ partes orationis, quæ sunt vnius syllabæ: ergo competit parti orationis.

Respondetur: concedo maiorem, & nego minorem, ad cuius probationem, nego antecedens, ad probationem cuius, distinguo antecedens, si consideretur, ut syllaba concedo antecedens; si consideretur, vt pars orationis nego antecedens, ergo nego consequentiam. Pars orationis dupliciter considerari potest, vel ut pars orationis, in quantum pars orationis, & sic licet constet ex una, uel pluribus literis, non tamen in tali orationis parte consideratur literarum comprehensio, sed tantum essentia partis orationis; vel consideratur, vt syllaba, prout est syllaba, & sic non erit pars orationis, cum diuersam definitionem essentialem habeat syllaba à parte orationis, per quam una differt ab altera.

Dicitur syllaba à Syllambano græcè, quod latinè comprehendere, seù concipere significat.

Dices: syllaba potest constare ex una litera: ergo non dicitur à syllambano, quod est comprehendere, seu concipere. Consequentia probatur, nam comprehendere, est simul prendere, & concipere est simul capere: ergo si syllaba potest constare ex una litera, non rectè dicitur à syllambano, quod est comprehendere, seù concipere.

Respondetur concedo antecedens, & nego conse-

Digitized by Google

quentiam, ad cuius probationem, concedo antecedens, & nego consequentiam. Licet syllaba constet ex una litera, tamen simul prendit, & simul capit numerum, tempus, spiritum, & accentum.

Syllabæ accidunt quatuor, scilicet numerus, tempus, spiritus, & accentus.

Numerus, quia syllaba constare potest ex una litera, ut à, ex duabus, ut ab, ex tribus, ut, ter, ex quatuor, vt mons, ex quinque, ut frons, ex sex, ut stirps.

Tempus est illa mora, quæ fit in pronuncianda syllaba ante quam ab eius prolatione cessemus. Syllaba breuis est, quæ unico tempore absoluitur; longa, quæ duobus, & ideò si rediguntur ad musicas notas, quibus nunc utimur, exempli gratia hæc dictio *mater* in prima deberet habere notam duorum temporum, seù duplicis manus percussionis: secunda uerò notam unius temporis, & ideò antiqui syllabas longas gemina vocali pronunciabant, ut *Maater, veenit* præteritum.

Spiritus duplex est lenis, & asper; lenis est, quo leniter syllaba profertur, ut luna; Asper est, quo syllaba asperè profertur, ut lux, trux.

Accentus est ratio eleuandæ, aut deprimendæ, quòad tonum syllabæ. Accentus triplex est, acutus, grauis, & circumflexus. Acutus est, quo syllaba attollitur, eius nota est lineola à siniſtra versus dextram obliquè ascẽdens, vt in sequenti litera à. Grauis est, quo syllaba deprimitur, eius nota est lineola a siniſtra in dextram, obliquè descendens, vt in hac litera e. Circumflexus est, quo syllaba vno tempore eleuatur, & altero deprimitur, eius nota est mixta ex notis acuti, & grauis, vt in hac litera o.

Acutus ponitur in monosyllabis breuibus, communibus, aut positione tantum longis, vt in *mel, fac, nunc*. In disyllabis autem ponitur in prima, si breuis, communis, aut positione tantùm longa, aut Natura quidèm, sed vltima longa, vt in *Deus, patris, rexit, muros*. In hyperdisyllaborum denique antepenultima, si penultima bre-

Digitized by Google

breuis sit; In penultima verò si longa sit positione tantum, vel natura, sed vltima longa, vt *Dominus, parentes, amici*; quòd si penultima horum sit communis ob mutam, & liquidam, acuenda antepenultima, vt in *semiduplex, latebræ, pharetra*: si verò communis, vt sunt genitiui in ius acuenda penultima, dempto *alterius*.

Circumflexus ponitur tantum in monosyllabis longis, non tantum positione, sed natura sua, vt Sol, cur; vel natura simul, & positione, vt *lux, fex*; aut in penultima polysyllaborum natura sua longa, & non sola positione, modò vltima sit breuis, vt *amauere, Deorum, conflastis*.

De accentu graui mentionem non feci; nam apud latinos est duplex acutus, & circumflexus, apud verò græcos est triplex, nempe grauis, acutus, & circumflexus.

Syllabæ, aut sunt primæ, aut mediæ, aut vltimæ, ut patet in hoc nomine, *Constantinopolitanus*, quod constat syllabis octo, præter primam, & vltimam, omnes dicuntur mediæ.

DE DICTIONE.

Dictio est minima pars orationis significatiua, ex qua construitur oratio, & inquam resoluitur.

Dices: syllaba etiam est minima pars orationis significatiua, ex qua componitur oratio, & in quam resoluitur: ergo inter syllabam, & dictionem nulla intercedit differentia. Antecedens probatur, nam syllaba est minima pars orationis, nam si non esset minima pars, esset pars orationis; dicitur significatiua, & syllaba etiã significat, ut mons; dicitur, ex qua componitur oratio, nam ex syllabis, imò ex ipsis literis componitur oratio, & in ipsas resoluitur.

Respondetur: nego antecedens, ad probationem dico, quòd dictio, & pars orationis inter se non differũt; nam pars orationis quando componit actu ipsam oratio-

Digitized by Google

tionem, dicitur pars orationis, quando verò actu non componit, dicitur dictio. Quòd syllaba significet, dico quòd non significat per se aliquid, nam *mons* non est simpliciter syllaba, sed dictio monosyllaba. Quando dicitur, quòd syllabæ componunt orationem, & literæ etiam, & in ipsas resoluitur. Respondetur, distinguo talem partem antecedentis, immediatè nego; mediatè concedo; nam immediatè oratio componitur, & resoluitur in dictiones, mediatè verò oratio componitur, & resoluitur in literas, & syllabas. In definitione dictionis resolutio sumitur immediatè, non verò mediatè: ergo negatur consequentia.

Dictio dicitur à dicendo, quia aliquid dicit, scilicet significat.

Duplex est dictio una significatiua, quæ est illa, quæ aliquid significat, vt homo, significat enim animal discursiuum; altera non significatiua, & est illa, quæ nihil significat, ut Buf, Baf.

DE ORATIONE.

DIco, quòd oratio est recta dictionum compositio integram sententiam comprehendens.

Obijcies primo; si litera A imponeretur ad significãdum: Ego amo Deum, tunc litera A esset oratio: sed talis oratio non esset recta dictionum compositio integram sententiam comprehendens: ergo malè dicitur, quòd oratio est recta dictionum compositio, &c.

Respondetur: concedo maiorem, & distingno minorem, non esset recta dictionum compositio, ratione vocis concedo minorem; ratione conceptus importati per vocem nego minorem, ergo negatur consequentia. Talis oratio esset recta dictionum compositio ratione significati, quod esset: ego amo Deum.

Obijcies secundo: Inuenitur in unica dictione oratio: ergo malè dicitur, quòd sit recta dictionum compositio, &c. antecedens probatur, *curre, lege, fac*, comprehen-

Digitized by Google

hendit integram ſententiam, & tamen diuiſim eſt unica dictio: ergo &c.

Reſpondetur, nego antecedens, ad probationem, dico, quòd aliquid intelligitur, quando dicitur, *curre, lege, fac*, nam implicitè ſubintelligitur tu pronomen, ideſt tu curre, tu lege, tu fac, licet explicitè ſit unica dictio, implicitè tamen ſunt duæ, vel plures dictiones, ſi caſus poſteriores, & ulteriores in ipſis intelligas.

Oratio dicitur ab orando, ideſt loquendo, quia per eam oramus, ideſt loquimur.

Oratio duplex eſt perfecta, & imperfecta; oratio perfecta eſt illa, quæ perfectum ſenſum generat in mente auditoris, vt *Veritas odium parit*; Imperfecta eſt illa, quæ imperfectum ſenſum generat, ut ſi ueneris ad me.

Oratio perfecta duplex eſt, Indicatiua, & non indicatiua; Indicatiua eſt illa, quæ dicit uerum, uel falſum, & ſit ſolum in modo indicatiuo, vt homo eſt animal; non indicatiua eſt illa, quæ nihil veri, uel falſi dicit, & eſt quadruplex. Imperatiua, ut *diſce puer virtutem ex me, verumque laborem*. Optatiua, ut utinam eſſem homo diues. Coniunctiua, ut ſi ueneris ad me, dabo tibi librum, & Interrogatiua, ut quò tendis?



DE

Digitized by Google

DE PARTIBVS ORATIONIS.

ADuertendum hic nos non loqui de partibus orationis, prout ad Rhetoricã, quæ quinque connumerantur, scilicet inuentio, dispositio, elocutio, memoria, & pronunciatio; sed de partibus orationis, pròut ad grammaticam pertinent: igitur.

Pars orationis est uox indicans mentis conceptum; Quotuplex sit ista uox mentis conceptum indicans, non æquè apud omnes constat, nam quot fuere grammatici, tot circa partium orationis numerum sententiæ emanarunt, cum parum apud omnes de numero cõueniat.

Primò, Sergius grammaticus duas esse orationis partes, nomen scilicet, & verbum ait, quam sentẽtiam Dialectici sequentes, itidem duas asserunt.

Secundò, Aristoteles, & Theodectes tres posuerunt, nomen, verbum, & coniunctionem.

Tertiò, Stoici, quinque.

Quartò, Grammaticorum nonnulli sex.

Quintò plerique octo, qui numerus primùm Aristarcho

Digitized by Google

cho ex græcis, deindè Palæmoni ex latinis placuit.

Sextò, aliqui nouem statuerunt.

Septimò, multi etiam decem, quam sententiam nos tuendam amplectimur, *nomini, pronomini, Verbo, Participio, præpositioni, Aduerbio, coniunctioni, supinum, & gerundium,* adiungimus, Itaque partes orationis per se, & ab alijs separatas, supinum, & gerundium dicimus, Nebrissensem, Saturnium, complureſque alios secuti viros, quidem non minus doctrina, quam acri ingenio, iudicioque singulari insignitos.

Apud recentiores, imò apud hodiernos Grammaticos octo esse partes orationis, nemo est, qui ambigat; igitur sola difficultas est de duabus scilicet de Supino, & Gerundio. Vnde

Dico partes orationis esse decem, scilicet *Nomen, Pronomen, verbum, participium, aduerbium, præpositio, coniunctio, interiectio, supinum, & gerundium.*

Probatur primo de octo, deindè de duabus scilicet supino, & gerundio: Ad perfectionem orationis decem debent concurrere partes: ergo partes orationis sunt decem. Antecedens probatur: debet cõcurrere aliquod per modum materiæ, & alicui subijcibile, & tale erit nomen: Et quia talis materia non in omnibus potest conuenire verbo, quia omnia fuit tertiarum personarum, cum uerbis primæ, & secundæ personæ construi non poterunt, necessaria fuit in prima, secunda, & tertia persona pronominis inuentio ratione diuersorum modorum significandi; quædam enim pronomina (vt dicemus) significant relatiuè, quædam demonstratiuè, quædam propè, propriùs, & longiùs, & ideo pronomen iuxtà nomen debet poni, quoniam pro proprio ponitur nomine, & cui subijcitur materia, ideſt nomen. Debet cõcurrere forma, ideſt verbum. Et vt obliqui casus intransitiuè regerentur, necessaria fuit participij inuentio. Et quia nec nomen nomini, nec verbũ verbo sine nexu ad causalitatem orationis coniungi possunt, necessaria fuit coniunctio. Et quia verbum,

quod

Digitized by Google

quod habet rationem formæ aliquando ponitur, in oratione sine aliqua determinatione, quam ei præstat aduerbium, ut cum dico *Iohannes legit*, actus huius verbi erit indeterminatus, sed determinatur per aduerbium benè, uel malè legit. Et quia nomen, & verbum seipsis significare augmentum, uel decrementum non poterant, præpositiones oportuit inueniri, quæ his compositæ hoc significarent, doleo per se sumptum significat dolorem, cui si addatur cum dolorem similem ostendit, condolemus Iohannis casum, idest simul dolemus; & deprimo, vel multum, vel non premo; De namque aliquando auget, aliquando minuit. Fuit etiam necessaria prępositio ratione appositionis respectu nominis, pronominis, & participij, præpositio namque apposita casualibus loquendi modos præbet. Et quia etiam uocibus, vel moribus corporis affectus animi etiam exprimi solent, ut cum timemus, dolemus, gaudemus, fuit opus interiectione, quæ timoris, doloris, gaudij uim significaret: ergo ad perfectionem orationis debent concurrere decem partes.

Probatur secundò de Supinis: Supina non possunt esse nomina, tum quia casus non habent, præpositionē namque per appositionem accipere nullo pacto queūt: quis enim vsquam legit, vade ad salutatum amicos? Tum etiam quia eosdem casus, tàm posteriores, quàm vlteriores regunt, quos ipsorum verba. Tum etiam, quia carent personis, genere, & numero: ergo non possunt esse nomina. Nec dici uerba possunt, cum careant tempore, quod est primum in uerbo, deficiuntq; modis, & personis: ergo non sunt uerba: ergo si non sunt, neque nomina, neque uerba, sunt pars orationis distincta ab alijs.

Neque dicas cum Quintil. Supina esse uerba participalia: verba quidem, quatenus è verbis initium sumunt; participalia, quatenus habitum, ac formam participij præseferunt; sed

Contra est sicut olim participia verba causalia dice-

Digitized by Google

cebantur; uerba in quantum è verbis formantur, & nõ minimam eorum vim retinent; causalia in quantum per casus declinantur: Sed concinniori vocabulo participia dicta sunt, non autem verba; sic etiam supina licet verba participalia dicantur, non tamen verba simpliciter dicenda sunt. Atque vt participia rectè à verbis separata sunt, ita & supina à verbis sunt separanda, cum in eis ratio verbi multò sit exilior: quando in participio, & tempus, & transitiua verbi constructio agnoscatur. In supino autem sola constructio. Meritò itaq; ijs accedimus, qui partem orationis per se dicunt. Sed de supinis fusius suo loco.

Probatur tertiò de Gerundijs: gerundia non sunt verba, cum verba sine casu sint: gerundia verò casus habere liquidò constat. Cum omne verbum sit alicuius personæ: at gerundia persona carent. Cum omne verbum sit alicuius temporis, & modi: gerundijs autem hæc omnia desunt. Non sunt nomina, cum actiuam, & passiuam habeãt significationem, id quod à nomine per quam alienum est. Cum regat casum sui verbi, tum acquisitiuè, vt seruiendo Deo, tùm possessiuè, vt semper est tempus miserendi pauperum. Tum vel maximè transitiuè, vt veni ad videndum amicos, quod in nominibus non inuenitur, nisi figuratè, vt nudus pedem per synecdochen, vel apud vetustissimos, vt populandus agros, & quid tibi me tactio est: ergo si non sunt, nec verba, nec nomina, sunt pars orationis distincta ab alijs.

Neque dicas cum Probo, Sergio, Donato, cæterisq; antiquis grammaticis, atque è Neotericis, Dispauterio, gerũdia esse verba, quia habent O commune, id est modo breue, modo longum more verborum. Nam

Contra est: Ridiculum sanè argumentum, nec ea ratio concludit, gerũdium habet o anceps, vt verbum: ergo est verbum, cum præter verbum aliæ etiam dictiones habent O anceps, nec ideò verba dicuntur: Atque adeò ipsum nomen variatur, præter quam in

Da-

Digitized by Google

Datiuo,& ablatiuo,vt fulius in Prosodia.

Neque dicas secundò cum Prisciano, Lancellotto, Mancinello,alijsque Neotericis esse nomina,quia habent casus,habent genera; & quia more nominum regulantur ex vi possessionis,vt tempus legendi;vel prępositionis,vt eo ad legendum, in legendo proficio, vel ratione instrumenti, vt memoria excolendo augetur, vel acquisitiuè,vt papyrus emporetica inutilis est scribendo. Nam

Contra est:nam hoc quoque militat in participio,& tamen participium etiam est distincta pars orationis ab alijs; sequitur solum ex hoc gerundiũ habere aliquid à nomine,cum gerat vicem nominis.

Neque dicas tertio cum alijs grammaticis: gerundia esse participia,quia terminatione,participijs futuri temporis similia sunt per omnes voces; regunt post se casus,vt participia;habent genera, casus, tempus, numerum,&c.ceu participia;nam

Contra est: participia nullo modo esse possunt; tum quia accusatiuum post se regunt,quem participia indus prorsus refugiunt. Tum etiam quia carent tempore,quod est primum in participio. Differt sanè gerundium adiectiuum a participio in dus trifariam. Primo ratione temporis; secundo ratione vocis;tertio ratione conuersionis in omnes casus,vt fulius suo loco.

Neque dicas quartò cum quibusdam grammaticis; gerundia esse nomina participalia; nam

Contra est: Nomina participalia dici non possunt, cum ab eis tripliciter differant. Primò,quia casus verborum vlteriores ex vi verbi admittunt. Fab. lib. 1. *Pueri potius illa docendi erunt minus vulgata*,ideſt oportebit doceri. Plin. lib. 15. *Hesiodus in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam*;ideſt debere doceri. Hos autem casus participale nomen refugit. Secundò, quia eodem casu, ac sensu cum gerundijs substantiuis commutari potest. Cic. *Initum est consilium à P. Sylla, inflammandæ Ciuitatis, huius extinguendi imperij, delendæ vrbis*,

vrbis, quòd æquè latinè reddidisset. *Inflammandi Ciuitatem, extinguendi imperium, delendi vrbem.* Id quod nomini minimè licet participiali. Tertiò, quia gerũdium adiectiuum eodem modo declaratur, quo gerundium substantiuum, vt venio causa audiendæ historiæ, ideſt vt audiam. Participiale autem nomen per dignus a.m. vt honorandus, ideſt dignus honorari.

Habet quidem gerundium aliquid nominis, aliquid verbi, aliquid participij: ſed hæc per ſe non euincunt, vt vel nomen ſit, vel verbum, vel participiũ, tot naturis inuicem ſeſe impedientibus. Meritò itaque partem orationis per ſe ab alijs ſeparatam gerũdium dicimus, de quo ſuo loco fuſius.

Obijcies primò: omne compoſitum debet conſtare ex materia, & forma: ſed in compoſito orationis, nomen concurrit, vt materia, verbum vt forma: ergo partes orationis ſunt duæ nomen, & verbum, & non decem.

Reſpondetur diſtinguo maiorem, omne compoſitum ſubſtantiale concedo maiorem; accidentale nego maiorem: ſed in compoſito orationis nomen concurrit, vt materia, verbum vt forma, diſtinguo minorem, in compoſito orationis accidentali concedo minorem; ſubſtãtiali, nego minorem: ergo nego conſequentiam. Duplex enim habetur compoſitum, vnum ſubſtantiale quod vtique ex materia, & forma conſtat; alterum accidentale, quod conſtat ex pluribus partibus, quàm duabus. Modò oratio eſt compoſitum accidentale, ideò decem ſunt eius partes.

Contra eſt primò: iſtud compoſitum accidentale debet comprehendere integram ſententiam: ſed duæ partes, vt eſt nomen, & verbum perfectè poſſunt comprehendere integram ſententiam: ergo iſtud compoſitum accidentale debet conſtare ex duabus partibus.

Reſpondetur concedo maiorem, & diſtinguo minorem, duæ partes principales concedo minorem; minus principales nego minorem: ergo nego conſequentiam.

Digitized by Google

Partes orationis sunt in duplici differentia, aliæ principales, vt nomen, & verbum, & istæ sunt duæ minus principales, & istæ sunt reliquæ octo.

Contra est secundò: partes orationis apud logicum sunt duæ, scilicet *nomen, & verbum*: ergo etiam apud grammaticum.

Respondetur: distinguo antecedens, partes principales concedo antecedens; minus principales nego antecedens: ergo nego consequentiam. Nam partes principales apud logicum sunt nomen, & verbum, minus verò principales sunt reliquæ: & sic non minus partes orationis sunt decem apud grammaticum, quam apud logicum, nomen, & verbum, vt partes principales, cæteræ verò vt minus principales.

Contra est tertiò: partes orationis apud Rhetoricum sunt quinque, *Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, pronunciatio*: ergo etiam apud grammaticum erunt quinque.

Respondetur concedo antecedens, & nego consequentiam; nam nos non loquimur de partibus orationis, prout ad Rhetoricum pertinent, sed de partibus orationis congruæ, prout ad grammaticum pertinent.

Objicies secundò: coniunctio non est necessaria, ergo non est pars orationis. Antecedens probatur. Multa copulantur demptis coniunctionibus, vt Cic. pro Archita: *Studia literarum adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur*: ergo non est necessaria.

Respondetur: nego antecedens, ad probationem dico, quod multa copulantur demptis coniunctionibus; est elocutio figurata, (præterquamquod implicat in terminis, aliquod copulari demptis coniunctionibus) quæ ad Rhetoricam pertinet: sicuti cum multæ congregantur coniunctiones, est etiam figuratè dicendi genus, vt *Teque: tuque: tuque similes, tibique charos, & aspernor, & auer-*

quersor, & execror; nec timeo minas, quas iactas, nec terrēt me pericula, quæ denuncias. Insuper non tantum *Et* erit coniunctio, sed sunt coniūctiones aliæ copulatiuæ, aliæ disiunctiuæ, aliæ conditionales, aliæ causales, &c. de quibus infrà.

Collige ex his decem partibus orationis quinque esse declinabiles, *Nomen, pronomen, verbum, participium, & gerundium*; quinque indeclinabiles, *Aduerbium, præpositio, coniunctio, interiectio, & supinum.*

DE NOMINE.

DIco, quod Nomen est pars orationis declinabilis, significans, sine tempore, & alterius positione, nec eius separatim pars vlla significat.

Probatur: constat ex genere, & differentia hæc definitio: ergo est bona. Antecedens probatur. Dicitur pars orationis loco generis; cæterę verò particulæ stant loco differentiæ: ergo &c. Antecedens patebit ex argumentis, & eorum solutione.

Obijcies cōtra illam particulam, *pars orationis declinabilis*: sunt multa nomina indeclinabilia, & tamen sunt pars orationis: ergo malè dicis, quod nomen est pars orationis declinabilis.

Respondetur distinguo antecedens, indeclinabilia, quò ad vocem concedo antecedens; quò ad significatū vocis nego antecedens: ergo negatur consequentia. Nomina indeclinabilia, licet quò ad vocem sint indeclinabilia, tamen quò ad significatum vocis declinabilia sunt.

Obijcies contra illam particulā, *significans*: sunt multa nomina, quæ non significant, vt *Blitri, Buf, Baf*: ergo malè dicitur significans.

Respondetur: quod illa nomina, quæ significant apud grammaticum, sunt nomina, vt homo, qui naturam significat humanam; illa verò, quæ nihil significant, non sunt nomina, cum nomen sit pars orationis significatiua.

Digitized by Google

Obijcies contra illam particulã, *sine tempore: Annus, dies, mensis, cœna, prandium, completorium*, sunt nomina & significant tempus: ergo falsum est nomen significans sine tempore.

Respondetur concedo antecedens, & nego consequentiam; nam *ly* cum tempore ponitur ad differentiam verbi, cuius proprium est significare cum tempore, scilicet exercitium alicuius actionis, vel passionis in tempore denotari; vndè licet nomina possint significare tempus, vt annus, dies, mensis, & aliquam temporis differentiam, vt præteritio, & futuritio, vel eam connotare, vt cœna, prandium, completorium, nunquam tamen significare possunt cum tempore, ideſt importare exercitium actionis, vel passionis, quæ fit in tempore.

Et sine alterius partis positione significans, ponitur ad differentiam pronominis, quod minus significat, quã nomen pro quo ponitur, quoniam substantiam solum significat, & non etiam qualitatem determinatam, sicut nomen, personasque finitas recipit, facitque elocutiones semiplenas, nomen verò plenas.

Obijcies tandem contra illam particulã, *nec eius separatim pars vlla significat*: Inueniuntur multa nomina, cuius partes separatæ aliquid possunt significare, vt *Dominus*, & *Respublica*: ergo falsum est, quòd partes nominis separatæ non significant.

Respondetur distinguo antecedens: aliquid possunt significare, quod coniunctæ significabant nego antecedens; aliquid aliud diuersum concedo antecedens: ergo negatur consequentia; nam *ly*, nec eius separatim pars vlla significat, ponitur, vt excludatur oratio, cuius partes separatæ eandem retinent significationem, quam habebant coniunctæ, non sic nomen, nam si nomen *respublica*, *Dominus*, separetur, non significat, quod prius.

Nomen dicitur quasi *notamen* per syncopen, quia per id cuncta notantur. Vel dicitur quasi *noscimen*, à nosco, quia id, quod nominamus agnoscitur. Vel ab

ono-

Digitized by Google

onoma abiecto O, vel ab eo, quod græci nemo, ideſt tribuo dicunt: Nulla eſt enim res, cui non ſit nomen aliquod attributum.

Nomen duplex eſt, ſubſtantiuum, & adiectiuum, ſicuti omne ens, vel eſt ſubſtantia, vel accidens. Nomen ſubſtantiuum eſt illud, cui præponitur vnus articulus, vel duo tantum, vt hic *Dominus*, & hic, & hæc *aduena*. Diciturque à ſubſto, quod per ſe ſtare poteſt ſine adiectiuo. Adiectiuum nomen eſt illud, quod flectitur per tres diuerſas voces, vt *Bonus, bona, bonum*: vel per tres articulos partim coniunctos, & partim diuiſos, & duas voces, vt *hic, & hæc dulcis, & hoc dulce*: Vel per tres articulos, & vnam vocem, vt *hic, hæc, & hoc fœlix*. Diciturque ab adijcio, ideſt adiungo, quia ſubſtantiuis adiungitur ad eorum qualitatem declarandam, nec ſine eis ſtare poteſt.

Nomen ſubſtãtiuum duplex eſt, proprium, & appellatiuum; Proprium eſt illud, quod naturaliter vniuſcuiuſque priuatam ſubſtantiam ſignificat, vt *Cicero, Neapolis*.

Obijcies: hoc nomen *Petrus* conuenit pluribus Petris cum multiplicatione ſui, quia valet dicere, hic, & ille Petrus ſunt duo Petri: ergo Petrus non erit nomen proprium, cum non ſignificet priuatam ſubſtantiã, ſed appellatiuum.

Reſpondetur diſtinguo antecedens, conuenit pluribus, quantum ad nomen concedo antecedens; quantum ad rem ſignificatam per tale nomen, nego antecedens, ergo negatur conſequentia. Hoc enim nomen Petri vtique poteſt conuenire pluribus, non tamen ſignificat aliquam rem pluribus communem, quemadmodum homo ſignificat humanitatem communem pluribus.

Species propriorum nominum ſunt quatuor, *nomen, prænomen, cognomen, & agnomen*. Nomen eſt illud, quod eſt vniuſcuiuſque proprium, vt Carolus, Franciſcus. Prænomen eſt illud, quod nomini præponitur differentiæ cauſa, vt *Publius Caius. Iulius Cæſar*. Cognomen eſt

Digitized by Google

cognationis nomen, vt *Musitanus*. Agnomen est, quod ab aliquo euentu imponitur, vt *Africanus*, quia Africā deleuit, vel expugnauit. Imponitur quoque à vitijs, vt *superbus*, à virtute, vt *Pius*, à corpore, vt *Crassus*. Sed apud eruditos agnomen non legitur, sed pro eo cognomen.

Appellatiuum est illud, quod naturaliter est commune multis, quos eadem substantia iungit, vt *homo*, *discipulus*.

Obijcies: *Poeta Philosophus*, *Apostoli*, *Vrbs* sunt nomina, quæ naturaliter sunt communia multis: ergo erunt appellatiua: sed hoc est falsum, nam Poeta apud latinos intelligitur Virgilius, apud Græcos Homerus, Philosophus Aristoteles, Apostoli, Petrus, & Paulus, Vrbs Roma: ergo falsum est appellatiuum nomen esse commune multis.

Respondetur, quòd estò hæc nomina sint appellatiua, tamen per excellentiam fiunt propria.

Adiectiuum est triplex, nomen vt *Bonus*. Pronomen, vt *meus*. Participium, vt *lectus*, *amans*.

Nomini accidunt quinque, species, genus, numerus, figura, & casus.

Obijcies primò: Nomini accidit declinatio, nam nomen declinatur: ergo non accidunt quinque.

Respondetur: quòd declinatio sub casu comprehenditur, & ideò Priscianus nominis accidentia connumerans, dicit, casus, siuè declinatio; Vndè casus est declinatio nominis.

Obijcies secundò: Nomini accidit persona, cum omnia nomina sint tertiæ personæ, & vocatiui secundæ: ergo non accidunt quinque.

Respondetur: persona rectius pronomini asscribitur, vel quia nomen secundam tantum habet, & tertiam personam: pronomen verò primam, secundam, & tertiam, vt *ego*, *tu*, *ille*. Vel ratione dignitatis, quia prima persona dignior est cæteris, & secunda dignior tertia. Vel ratione certitudinis, quia ego, & tu certam signi-

Digitized by Google

gnificant perſonam, tertia verò eſt infinita, & indeterminata.

Obijcies tertiò: genus continet ſub ſe ſpecies: ergo debemus dicere, nomini accidunt quinque, genus, ſpecies, &c. & non dicere, nomini accidunt quinque ſpecies, genus, &c.

Reſpondetur: Grammatici in hoc non ſequuntur Philoſophos collocantes ſpecies ſub genere, nec pertertunt ordinem pręponendo ſpeciem generi, nam oportet prius cognoſcere, an dictio ſit primitiua, vel deriuatiua, mox ſub quo ſexu, deindè ſub vno, aut pluribus, & ſic fit numerus exiſtens: ergo hęc res in numero conſideratur, aut abſoluta, aut ab alio compoſita, & ſic vocatur figura, & vltimò ponitur caſus, quia fine, & terminatione ipſius dictionis cognoſcitur.

Species eſt originalis diſpoſitio dictionis, per quam fit primitiui, vel deriuatiui diſcretio.

Obijcies: *ſpecies eſt illa, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo, quod quid eſt*: ergo non eſt originalis diſpoſitio, &c.

Reſpondetur: nos hic loqui de ſpecie, prout pertinet ad grammaticum, non prout ad logicum, & ſic concedo antecedens, & nego conſequentiam.

Species nominum ſunt duæ; primitiua, quæ à nullo deriuatur, vt mons; deriuatiua, quę ab aliquo proueniet, vt montanus.

Species nominum appellatiuorum ſunt quindecim, *gentile, patrium, interrogatiuum, infinitum, relatiuum, collectiuum, diuiduum, factitium, generale, ſpeciale, ordinale, numerale, abſolutum, temporale, & locale.*

Species nominum, tàm proprijs, quàm appellatiuis communes, ſunt ſex, *primitiuum, deriuatiuum, corporale, incorporale, omonymum, & ſynonymum.*

Species nominum tantum deriuatiuorum ſunt nouem, *patronimicum, comparatiuum, ſuperlatiuũ, poſſeſſiuũ, diminutiuum, denominatiuum, verbale, participiale, & aduerbiale.*

Digitized by Google

Genus est exploratio sexus, quæ fit per vocem carentem genere.

Objicies: hęc definitio involuit contradictionem, ergo est falsa. Antecedens probatur: implicat aliquid esse exploratiuum generis per vocem carentem genere: ergo involuit contradictionem.

Respondetur: nego antecedens, ad cuius probationem nego antecedens; nam per *ly* vocem carentem genere intelligitur articulus, qui est nota; qua genus, & casus in nomine distinguntur, & nullius est generis, nam quod est signum generis, non potest esse genus: Signum enim aliud à se representat. Articulus apud græcos est prima pars orationis, & ipsi græci habent articulos, quibus genera, & casus internoscunt: latini verò proprios carent, eorum tamen loco articulari pronomine vtuntur solum ad dignoscenda genera. Nam in singulari *hic* est signum masculini generis, *hæc* fœminini, *hoc* neutri, *hic*, & *hæc* communis; *hic*, *hæc*, & *hoc*, omnis; *hic*, *vel hæc* incerti. In plurali *hi* est signum masculini generis, *hę* fœminini, *hæc* neutri.

Genera nominum sunt septem, *masculinum*, vt Iohānes, *fœmininum*, vt Maria; *Neutrum*, vt hoc scamnum; *Commune*, vt hic, & hęc homo; *omne* hic, hęc, & hoc felix; *Promiscuum*, *siue Epicœnum*, vt hic passer, passer masculus, & passer fœmina; *incertum*, vt hic, vel hæc dies.

Objicies: genera nominum, quæ sola natura nouit sunt duo, masculinum, & fœmininum: ergo non datur genus neutrum, & alia genera, & sic non sunt septem. Antecedens probatur: sola hæc duo generant, atque ideò appellata sunt genera: ergo duo sunt genera, masculinum, & fœmininum.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationē concedo antecedens, & nego consequentiam. Certum est enim præter masculinum, & fœmininum nunquam natura alia genera somniauit. Hæc genera non sunt naturæ, sed artis, & grammatici septem fecere genera, quæ à præcipuis veniunt.

Nu-

Digitized by Google

Numerus *est vnitatum collectio*; & numeri grammatici, non Aritmetici, sunt duo, *singularis*, & *pluralis*. Singularis est quantitas, (*intelligitur de quantitate discreta, non verò continua*) quæ vnitatem significat, vt Iohannes; pluralis, quæ significat plures vnitates, vt Cæsares.

Obijcies: Vnitas non est numerus, sed principium numeri; ergo non datur numerus singularis.

Respondetur, quòd vnus dicitur numerus numerans, & quemadmodum nominatiuus inter casus numeratur, non quòd indeclinatione ab alio cadat, sed quòd ipse sit principium cadendi; ita vnus, siue numerus singularis dicitur numerus, quia est numerus numerans.

Obijcies: apud græcos numeri sunt tres, *singularis, dualis*, & *pluralis*: ergo etiam apud latinos numeri erũt tres, & non duo.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam. Nam certum est apud græcos tres esse numeros; singularem, cum sermo est de vno; dualem, cum de duobus, quanquam id non semper apud ipsos obseruatur; pluralem, cum de pluribus: attamen dualis à nobis excluditur, nam cum est sermo de duobus, illi duo à nobis dicuntur plures, & sic dicitur pluralis.

Figura est discrimen dictionum simplicium, & compositarum, & sunt duæ, *simplex*, ut pater; *composita*, vt cõpater.

Casus est variatio in declinatione nominis per immutationem nouissimæ syllabæ. Casus nominum sunt sex, *Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus*, & *Ablatiuus*.

Obijcies primò: casus dicitur à cadendo, cum cadendo fiant omnes casus: sed nominatiuus à nullo cadit: ergo nominatiuus non est casus.

Respondetur concedo maiorem, & nego minorem cum sua consequentia. Nam casus non solum dicitur illud, in quòd aliquid cadit, sed etiam ipsa res, quæ cadit: Quemadmodum vnus, quia est principium numerandi, non per hoc non est numerus, cum sit numerus

Digitized by Google

numerans; ita nominativus dicitur casus, quia [illegible] res, quæ cadit.

Obijcies secundò: casus sunt duo, alius *rectus*, alius *obliquus*: ergò non sunt sex.

Respondetur, quod recti, & obliqui non sunt diuersi ab illis sex; nam rectus est nominatiuus; nonnulli, qui vocatiuum excludunt à casu recto, [illegible] est casus vocandi, & tantum iungitur secundæ, ad quem sermo dirigitur) quia cum cæteri ab eo formentur, ipse in prima sua positione rectus sistit. Cæteri verò præter nominatiuum omnes dicuntur obliqui, quia à recto obliquantur, & deducuntur. Vel

Respondetur secundò: casus in prima sui diuisione alius rectus, alius obliquus dicitur, sed quia obliquus pluribus modis obliquatur, ideò nè confundatur, cuilibet proprium attribuitur nomen.

Obijcies tertiò: Datur *septimus*, & *octauus* casus: ergo non sunt sex, sed octo.

Respondetur, quòd septimus casus non est casus diuersus ab ablatiuo, habet hoc tamen septimus, quòd dicitur effectivus, vel instrumentalis; Octauus verò est cum vtimur dativi voce pro accusativo, & præpositione *in*, vel *ad*. Virg. *It clamor cœlo*, ideſt in cælum, vel ad cælum; & pro ablatiuo cum præpositione, & est quando passiuo iungitur, vt *legitur mihi*, ideſt à me.

Declinatio est ex verbo in verbum commutatio, quæ maximè fit in fine. Dicitur à declinando; idest descendendo; nam à recto descendunt obliqui quasi per gradus.

Declinationes nominum sunt quinque. *Prima*, quæ habet genitiuum singularem *in æ* diphtongum, vt hic Poeta Poetæ. *Secunda in i*, vt Dominus, Domini. *Tertia in is*, vt Pater, patris. *Quarta in us*, *vel in u*, vt visus, genitiuo visus. Cornu, genit. cornu. *Quinta in ei* genetiuum, & datiuum, vt res, genit. rei, dat. rei.

Obijcies: si declinationes essent quinque, sequeretur,

Digitized by Google

tur, quòd omnia nomina ſubſtantiua reducerentur ad has: ſed hoc eſt falſum: ergo falſum eſt eſſe quinque: minor probatur: prima declinatio habet tres terminationes in nominatiuo ſingulari in *as*, vt Æneas, in *e*, vt Penelope, & in *es*, vt Anchiſes. Secunda quatuor in nominatiuo ſingulari in *eus*, vt Orpheus, in *os*, vt logos, in *on*, vt Ilion; Tertia varias, in *a*, vt Poema, in *in*, vt Delphin, in *an*, vt Titan, in *s*, ut Paris, in *o*, vt Dido: ſed hę tres ad nullam ex quinque reducuntur, cum iſtæ dignoſcantur in ſingulari nominatiuo, illæ in genitiuo ſingulari: ergo falſum eſt omnia nomina reduci ad quinque declinationes.

Reſpondetur concedo maiorem cum ſua ſequela, & nego minorem, ad cuius probationem, dico, quòd hæ declinationes ſunt nominum græcorum; illæ quinque ſunt latinorum.

Contra: ſunt multa nomina, quæ non ſunt græca, & tamen non reducuntur ad illas quinque: ergo nunquã erunt quinque. Antecedens probatur: *Adam, Abraham, Ieſus, Bel, Moſes, &c.* ſunt nomina, & tamen non reducũtur ad quinque declinationes latinas, neque ad tres græcas: ergo, &c.

Reſpondetur: nego antecedens, ad probationem cõcedo antecedens, & nego conſequentiam, & dico, quòd iſta nomina ſunt *Barbara*, & Priſcianus vult, nomina barbara cuiuſcumque terminationis indeclinabilia proferri debere: nec vlla latina, vel græca declinatione eſſe moderanda, niſi in aliquam formam declinabilem transferamus. Itaque melius, vel indeclinabilia erunt, vel ſic declinabuntur. *Hic Adamus, Adami. Abrahamus, Abrahami. Ioſephus, Ioſephi, Noeus, Noei. Chamus, Chami. Belus Beli.*

Declinationes adiectiuorum. Nomina adiectiua, aut ſunt primæ, & ſecundæ, aut tertiæ declinationis: nam per quartam, & quintam nullum declinatur. Adiectiua primæ, & ſecundæ declinationis variantur ſine articulis per tres diuerſas voces, quarum prima *in us*, vel *in*

er,

Digitized by Google

orexis: Secunda *in a*: tertia *in um*, vt Bonus, ... ser. a. n. ex parte masculini, & neutri generis declinationis secundæ: ex parte verò fœminini ...

Adiectiua tertiæ declinationis tribus modis ... nantur. Primo per tres articulos, & vnam vocem, vt *hic, hæc, & hoc felix*. Secundo per tres articulos, & duas voces, vt *hic, & hæc omnis, & hoc omne*. Tertiò per tres articulos, *vt hic Syluester, hæc Syluestris, & hoc Syluestre*.

DE PRONOMINE.

PRonomen est pars orationis declinabilis, quæ pro nomine proprio vniuscuiusque accipitur, ideoque penè significat; Nam minus significat, quàm nomen, pro quo ponitur, quoniam substantiam solum significat, non qualitatem determinatam, sicut nomen, personas finitas recipit, faciteq; elocutiones semiplenas, nomen verò plenas.

Obijcies illud est pronomen, quod ponitur loco nominis: sed sunt multa nomina, quæ ponuntur loco nominis: ergo sunt multa nomina, quæ sunt pronomina: sed hoc est falsum: ergo falsum est pronomen esse illud, quod ponitur loco nominis. Minor probatur: *Philosophus* ponitur *pro Aristotele, orator pro Cicerone, Doctor Angelicus pro Diuo Thoma, subtilis Doctor pro Scoto, &c.* sed hæc sunt nomina, & ponuntur loco nominis; ergo sunt multa nomina, quæ ponuntur loco nominis.

Respondetur primò; concedo maiorem, & nego minorem, ad probationem, nego modum loquendi; nam non rectè dicitur *Philosophus pro Aristotele, Orator pro Cicerone, &c.* Cum idem sit dicere Philosophus, ac Aristoteles, Orator, ac Cicero, &c. & iste modus loquendi est per Antonomasiam, *quæ est cum ponitur res ex se communis, & per excellentiam tribuitur vni.*

Respondetur secundò; quòd hæc nomina *Philosophus pro Aristotele, orator pro Cicerone*, &c. quæ funguntur vice nominis significant substantiam, & qualitatem de-

ter-

terminatam; pronomina verò tãtum significant substantiam, & non qualitatem determinatam; & sic potest dari vnum nomen, quod ponatur loco alterius, & non sit pronomen.

Pronomen inuentum fuit causa demonstrationis, quę in nomine nulla est, & causa verbi; verbum enim in prima persona, & secunda non coniungitur nominibus tertiæ personæ, nisi verbum sit vocatiuum, vel substantiuum, vt Iohannes vocor, Carolus es.

Pronomini accidunt sex, *species, genus, numerus, figura, persona, & casus.*

Species pronominum sunt duæ; *primitiua*, vt ego, quia à nullo deriuatur; *deriuatiua*, vt meus, quia deriuatur à genitiuo mei. Primitiua pronomina sunt octo, *ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, et is.* Deriuatiua sũt octo, *meus tuus, suus, idem, noster, vester, nostras, & vestras.* Promina demonstratiua sunt quinque *Ego, tu, hic, iste, & ille.* Relatiua quatuor *is, suus, ipse, & sui.* Demonstratiua, & relatiua *hic, ille, & ipse.* Gentilia, seù patria *nostras, & vestras*, possessiua *meus, tuus, suus, noster, & vester.* Reciproca *sui, & suus.*

Genera pronominum sunt quatuor, *masculinum*, vt meus, *fœminium*, vt mea, *neutrum*, vt meum, *omne*, vt ego, tu, sui, nostras, & vestras.

Numeri pronominum sunt duo; *singularis*, vt ego; *pluralis*, vt nos.

Figuræ sunt duæ, *simplex*, vt ego; *composita*, vt egomet.

Personæ sunt tres, *prima*, vt ego. *Secunda*, vt tu. *Tertia*, vt ille. Similiter in plurali; *prima*, vt nos. *Secunda*, vt vos. *Tertia*, vt illi. Prima persona est, cum locutio est cum seipso, secunda cum alio, & tertia de alio.

Obijcies: Adiectiua nomina, & relatiua etiam habent personas: ergo personæ non tantum accidunt pronomini.

Respondetur nego antecedens; nam adiectiua, & relatiua carent persona, sed eã accipiunt ab antecedẽte.

Ca-

Digitized by Google

Casus pronominum sunt sex. *Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus.* Pronomina quæ habent vocatiuum, hoc distichо connumerantur.

Tu meus, & noster, nostras pronomina, quintum
Quatuor admittunt: cętera cuncta carent.

Obijcies: *ego* habet vocatiuum; ergo malè dicitur cętera cuncta carent. Antecedens probatur; valet hæc oratio; *ò nos fœlices.* Ouid. 6. Met. inquit, *ò ego terq; quaterq;* ergo *ego* habet vocatiuum.

Respondetur; nego antecedens, ad probationem nego antecedens; nam *ly ò* non denotat vocationem, sed interiectionem, vt ò fortunatos nimium, ò sua si bona norint, ò felix, ò nos fęlices; cum vocatiuo non est interiectio, sed aduerbium vocandi, vt *O Melibœe Deus*, &c. modo cætera præter tu, meus, noster, & vestras, ad ea non dirigatur sermo, carent vocatiuo.

Contra; sunt aliqua pronomina, præter quatuor numerata, ad quæ dirigitur sermo; ergo habent vocatiuum. Antecedens probatur. Cic. inquit; *ò nox illa, quæ mihi fratrem attulisti.* Tibull. *Idem si fas est, mox precor illa ferat.* ergo ad hæc dirigitur sermo.

Respondetur; nego antecedens, ad probationem dico; quod proprium est primitiuorum pronominum vt vel demonstratiuè ponantur, vel relatiuè. Ille itaque cum demonstrationem, vel relationem significat, vocatiuo caret; sed cum à propria primitiuorum significatione discedit, & nobilitatem quandam, vel eminentiam indicat, cum vocatiuo legitur, vt patet in exemplis allatis.

Modi declinandorum pronominum sunt quatuor.

Primus format genitiuum *in i*, vel *in is*, vt ego, mei, vel mis. Excipitur *fui*, quod non facit fis, ad differentiā verbi fis. Mis, & tis vsu excellit.

Secundus format genitiuum *in ius*, & Datiuum in *i*, vt ille, illa, illud, genit. illius. Dat. illi.

Tertius *in i, æ, i*, vt meus, mea, meum. genit. mei, meæ, mei.

Quar-

Quartus *inis* iuxta tertiam declinationem, vt noſtras, noſtratis.

DE VERBO.

VErbum eſt pars orationis declinabilis cum tempore, & perſona, ſine caſu, aut agere aliquid, aut pati, aut Neutrum ſignificans.

Obijcies: Verbum coniugatur, & non declinatur: ergò non eſt pars declinabilis.

Reſpondetur: concedo antecedens, & nego conſequentiam; nam quinque partes orationis dicuntur declinabiles, ex eo quia mutantur ex verbo in verbum, & maximè in fine: cum hæc mutatio accidat verbo, illud dicitur pars declinabilis. Verum enim verò declinatio importat caſus, vnde dicimus, nomen, pronomen, participium, & gerundium declinari ob caſus. Verbum enim quia varias ſubit in fine mutationes, declinari dicitur, licet caſibus careat, & quia in ipſo tempora, & modi vniuntur, dicitur coniugari; nam coniugo, as ſignificat coniungere, vt patet apud Cic. de off. *ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit.*

Obijcies contra *ly cum tempore:* Illa verba, quæ nec agunt aliquid, nec patiuntur ſunt ſine tempore, cum actio, & paſſio ſit cum tempore: ſed dantur multa verba, quæ nec agunt, nec patiuntur, vt *ſtò, iaceo, cubo, ſedeo,* quæ in nulla actione, nec paſſione ſunt: ergo ſunt multa verba, quæ non ſunt cum tempore.

Reſpondetur concedo maiorem, & nego minorem; nam hæc verba agunt, ſtò enim facit actum ſtandi, iaceo iacendi, &c.

Obijcies contra illam particulã, *ſine caſu*: omne verbum habet caſum: ergo non eſt ſine caſu.

Reſpõdetur nego antecedens cũ conſequentia; aliud eſt enim casũ habere, aliud caſum regere: modò verbũ non habet caſum, ſicut cæteræ partes orationis declinabiles, attamen regit caſum iuxta qualitatem ipſius.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies cõtra *ly, aut agere, aut pati*: nullum verbum potest agere; & pati; nam sic omne verbum esset commune: sed hoc est falsum: ergò, &c.

Respondetur distinguo maiorem, in sensu compositi concedo maiorem; in sensu diuiso nego maiorem, concedo minorem, & nego consequentiam; Nullum agere, aut pati dicit verbi significationem, quæ est actiua, vel passiua, quæ intelligitur in sensu diuiso, verò composito.

Obijcies cõtra *ly, aut neutrum*. Non datur verbum, quod non agat, vel non patiatur: ergò malè dicitur, aut neutrum. Antecedens probatur; verbi significatio vel est actiua, vel passiua: ergò non datur verbum, quod non agat, vel non patiatur.

Respondetur: Nego antecedens, ad probationem, distinguo antecedens, siuè propriè, siuè impropriè; concedo antecedens; impropriè nego antecedens, & negatur consequentia. *Ly*, aut neutrum significans, intelligitur de verbo impersonali; verbum enim impersonale, neque agit, neque patitur, cum omnis actio, & passio pendeat à casu recto, quo impersonale deficit; dicuntur tamen actiuæ, vel passiuæ vocis impropriè. Sed suo loco fusius.

Verbo accidunt octo, *genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, persona, & numerus*.

Verborum genera, vt plurimum à quibusdam impropriè appellitantur significationes, & secundum hanc appellationem, significatio propriè verbi, vel est actiua, vel passiua. Hinc

Verbum duplex est, vnum *personale*, quod per numeros, & personas declinatur, vt singulariter amo, amas, amat. Pluraliter amamus, &c. *Impersonale* alterum, quod caret numeris, & personis, vt seruitur oportet.

Genera verborum personalium sunt quinque, *actiuum, passiuum, neutrum, commune, & deponens*. Quid actiuum, quid passiuum, &c. in Syntaxi dicetur.

Ge-

Digitized by Google

Genus imperſonalium duplex eſt, vnum *actiuæ vocis*, vt pœnitet; alterum *paſſiuæ*, vt itur.

Tempus non prout definiuit Ariſt. 4. Phyſ. cap. 11. tex. 101. dicens: *tempus eſt motus ſecundum prius, poſteriuſque*, à nobis hic accipitur, ſed tantum in hoc actiones, & paſſiones noſtras, quæ in tempore fiunt, conſideramus, cum verbum non ſignificet tempus, ſed tantum ea, quæ ſunt in tempore. Tempus in verbo eſt proprietas ſignificandi actum præſentem, præteritum, & futurum.

Tempora ſunt quinque. *Præſens*, quo aliquid in præſenti fieri pronunciamus, vt amo. *Præteritum imperfectum*, quo aliquid cœptum, ſed nondum expletum eſſe oſtendimus, vt amabam. *Præteritum perfectum*, eſt quo aliquid factum, & perfectum eſſe indicamus, vt amaui. *Præteritum pluſquam perfectum*, eſt quo aliquid iam pridem factum eſſe recordamur. *Futurum*, ſiue *venturum* eſt quo aliquid faciendum pollicemur, vt amabo.

Obijcies; tempus eſt proprietas ſignificandi actum præſentem, præteritum, & futurum: ergò tempora ſunt tantum tria.

Reſpondetur concedo antecedens cum ſua conſequentia, & dico, quòd *tempora* vtique *tria* ſunt; attamen præteritum tres habet differentias, quæ ſunt, vna perfecta, altera imperfecta, & alia pluſquam imperfecta.

Modus eſt diuerſa inclinatio animi, varios eius affectus demonſtrans, & ſunt quinque.

Indicatiuus eſt, quo aliquid fieri, factum eſſe, aut faciendum eſſe indicamus, & habet quinque diſtincta tempora, *præſens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum pluſquam perfectum, & futurum.*

Imperatiuus eſt, quo aliquid fieri, vel faciendum eſſe imperamus, & habet duo tempora, *præſens*, vt ama, & *futurum*, vt amato. Non habet alia tempora, quia illa, quæ imperamus, vel in præſenti citò fieri ſine aliqua mora, vel in futuro volumus. Non habet primam

Digitized by Google

perſonam, quia nemo ſibi ipſi imperare poteſt, vel quia perſona imperans ab eo, cui imperat diſtinguitur. Pluralis autem prima non imperatiua, ſed hortatiua vox eſt, nam ſuperior debet oſtendi, qui imperat, ab eo, cui imperatur, hic autem ſuam quoque coniungens perſonam, ſimilem, ſe ſocioſque in hac ipſa re, de qua imperat, oſtendit futurum illis, quos alloquitur, vt *eamus, & in media arma ruamus.*

Optatiuus eſt, quo aliquid fieri, factum, & faciendũ eſſe optamus, & optandi eget adnerbio, vt *ò vtinam poſſem tales ſentire dolores.* Tempora quinque habet, *præſens, & præteritum imperfectum ſimul, præteritum perfectum, & pluſquam imperfectum ſimul, & futurum per ſe.*

Subiunctiuus eſt ille, qui ſibi alterum ſubiungit verbum, vt perfectum habeat ſenſum, vt ſi legeres, ſcires. Habet quinque tempora ſeparata.

Infinitiuus eſt ille, qui nec numeros, nec perſonas habet, indigetque verbo alterius modi, vt ſenſus compleatur. Habet quinque tempora. *Præſens, & imperfectum ſimul. Perfectum, & pluſquam perfectum ſimul. Futurum per ſe.*

Verborum ſpecies ſunt duæ, *primitiua*, vt rogo, quia à nullo deriuatur; & *deriuatiua*, vt rogito, quia deriuatur à rogo. Deriuatiuorum ſpecies ſunt quinque, vt infra.

Figuræ ſunt duæ, *ſimplex*, quæ ſimpliciter profertur, vt amo; *compoſita*, quæ componitur, vt adamo, quia cõponitur ex ad, & amo;

Coniugatio eſt connexa variatio verbi per modos, & tempora. Coniugationes verborum ſunt quatuor.

Prima, quæ habet ſecundam perſonam præſentis indicatiui *in as*, & infinitum *in are* in actiuo; in paſſiuo verò *in aris*, & infinitum *in ari.*

Secunda *in es*, & infinitum *in ere*; in paſsiuo *in eris* productam, & infinitum *in eri.*

Tertia *in is*, & infinitum *in ere* penult. breui; in paſſiuo

Digitized by Google

ſiuo *in eris* **breuem**, & infinitum *in i.*

Quarta *in is* longam, & infinitum *in ire*; in paſsiuo *in iris* long am, & infinitum *in iri.*

Obijcies: *ſum, volo, fero, edo, eo, & fio* cum compoſitis non ſequuntur regulam harum quatuor coniugationum: ergo præter has, aliæ aſsignandæ ſunt coniugationes.

Reſpondetur: concedo antecedens, & nego conſequentiam; nam hæc verba ſunt nullius coniugationis, quia anomala, & non ſequuntur regulam alicuius coniugationis, & dicuntur *anomala*, quia in æqualitate, & varietate ſua aliorum regulam non ſequuntur.

Numeri verborum ſunt duo; *ſingularis*, vt amo; *Pluralis*, vt amamus.

Perſona eſt accidens, per quod vna perſona ab altera diuerſo fine diſcernitur, & ſunt tres, *prima, ſecunda, & tertia* in ſingulari; ita in plurali.

DE ADVERBIO.

ADuerbium eſt pars orationis indeclinabilis, quæ adiecta verbo ſignificationem eius explanat, & implet; nam ſine aduerbio ſenſus perfectus non videtur; Cum enim dico, lego, ſcribo: incertum eſt, benè ne, an perperàm.

Obijcies primò: ſignificatio plena, & perfecta verbi pendet ab ipſo verbo, & non mendicatur ab aduerbio; ergo verbum ſine aduerbio plenã, & perfectam ſignificationem habet.

Reſpondetur diſtinguo antecedens, ſignificatio eſſentialis pendet ab ipſo verbo concedo antecedens; modalis nego antecedens, ergo nego conſequentiam. Certum eſt ſignificationem eſſentialem verbi non pẽdere ab aduerbio, ſed ſignificatio modalis verbi pendet ab aduerbio, vt ſi dicas; Petrus currit, vtique ly currit habet eſſentialem ſignificationem, quò ad curſum, qui pendet à verbo curro: Verum enim verò ſi

Digitized by Google

addas, velociter, *ly* velociter modificat cursum, & talis modificatio vtique pendet ab aduerbio, quod explanat, & implet verbi significationem.

Obijcies secundò: perfectus sensus pendet ex perfecta oratione: sed potest haberi perfecta oratio absque aduerbio: ergo potest haberi perfectus sensus absque aduerbio.

Respondetur, distinguo minorem, potest haberi perfecta oratio absque aduerbio, perfecta quò ad rem cōcedo minorem, quo ad modum nego minorem: ergo nego consequentiam. Duplex est perfectio orationis, vel quò ad rem, vel quò ad modum; perfectio quò ad rem non habetur ab aduerbio, sed perfectio orationis quò ad modum vtique pendet ab aduerbio, & *cum fit modus in rebus*, etiam in oratione talis modus erit de perfectione orationis.

Aduerbium dicitur ab *ad*, idest iuxtà, & *verbum*, quia stat iuxta verbum.

Obijcies: Aduerbium iungitur nominibus adiectiuis, vt valdè doctus, iungiturque participijs, vt vehementer iratus: ergo mala etymologia.

Respondetur, quòd dicitur aduerbium stare iuxtà verbum, quia vt plurimum verbo iungitur, non quòd alijs partibus orationis iungi non possit; nam nominibus adiectiuis, & participijs, quandoque iungitur ad explicandam, vel aliquam eorum circumstantiam, vel particularitatem.

Aduerbio accidunt tria, *species, significatio, & figura.*

Species aduerbiorum sunt duæ, *primitiua*, quæ à nullo deriuatur, vt sæpè, clam; *deriuatiua*, quæ ab alio deriuatur, vt sæpiùs, clanculum, quod deriuatur à sæpè, & à clam

Significationes aduerbiorum sunt multæ, *Temporis, loci, qualitatis, quantitatis, numeri, ordinis, &c.*

Figuræ aduerbiorum sunt duæ; *simplex*, vt diù, *composita*, vt interdiù.

Obijcies: Aduerbio accidit etiam *casus*: ergo non tan-

tantum tria. Antecedens probatur: accidunt omnes casus præter vocatiuum: ergo &c. antecedens probatur: *En Priamus, vbi terrarum, vbique gentium, en tibi flatus Italiæ, en quatuor aras*: ergo accidunt omnes casus.

Respondetur, quòd ideò casus non connumeratur inter accidentia, quia non est commune accidens omnibus aduerbijs.

DE PRÆPOSITIONE.

PRæpositio est pars orationis indeclinabilis, quæ præponitur alijs partibus orationis.

Objcies primò: præpositio non præponitur alijs partibus orationis; ergò falsum est, quòd præponatur, &c. antecedens probatur: non præponitur aduerbio, coniunctioni, & interiectioni: ergo &c.

Respondetur: sufficere præpositioni, si præponatur nomini, pronomini, verbo, & cæteris, vt dicatur præponi alijs partibus orationis; quòd posteà non præponatur aduerbio, coniunctioni, & interiectioni, parum refert. Ly alijs indefinitione non est terminus vniuersalis.

Objcies secundò: præpositio non semper præponitur: ergò malè dicitur, quòd præponitur. Antecedens probatur: quandoque posit ponitur, vt *tecum, quicum, Romam versus, Italiam vsque, crurum tenus*: ergò præpositio non semper præponitur.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem distinguo antecedens, ornatus gratia concedo antecedens; per appositionem, & compositionem nego antecedens: ergo nego consequentiam. Præpositio semper præponitur alijs partibus orationis, tam per appositionem, vt eo ad philosophos, quam per compositionem, vt adeò philosophos; quandoque verò postponitur, vel ornatus, vel congruitatis gratia, vt in exemplis in argumento allatis.

Præpositio dicitur *à præ*, id est ante, quia ante poni-

tur alijs partibus orationis, siue per appositionem, siue per compositionem.

Præpositioni accidunt tria, *figura, ordo, & regimen casus.*

Figuræ præpositionis sunt duæ, *simplex*, vt abs; *composita*, vt absque:

Ordo præpositionis triplex est, *Præpositiuus*, vt apud, *postpositiuus*, vt versus, & tenus, & *communis*, vt qui cum, & cum qui.

Præpositiones duos regunt casus, *accusatiuum*, & *ablatiuum*. Præpositiones regentes accusatiuum sunt tres, & triginta, vt *Ad, apud, ante, aduersum, vel aduersus, cis, citra, circiter, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob. pone, penes, per, propè, procul, propter, præter, post, secundum, supra, secus, trans, vltra, versus, vsque.* Regentes ablatiuum sunt quindecim, *a, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus.*

Obijcies: præpositiones regunt casus: ergò non magis possunt regere accusatiuum, & ablatiuum, quam cæteros casus, cum præpositio tenus regat genitiuum, & non sit maior ratio de accusatiuo, & ablatiuo, quã de cæteris casibus: ergò si regunt accusatiuum, & ablatiuum, reliquos regere possunt.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, & assignatur ratio: quia accusatiuus, & ablatiuus habent vim transitionis, & recipiunt separatas præpositiones; separatæ namque semper transitionem ab vna ad aliam personam significant: ideò nominatiui, & vocatiui casus per appositionem non recipiunt præpositiones, quia intransitiuam, ideſt non trãseuntem ab alia ad aliam personam habent elocutionem, genitiui verò, & datiui sunt transitiui personarum, & non actuum. Ad id; quod dicit argumentum de præpositione tenus, quòd regit genitiuum, dico, quod ante illum genitiuum semper tacitè subintelligitur aliquod, quod gerit vicem ablatiui, à quo ille ge-

genitiuus pendet; cũ hæc præpositio tenus regat ablatiuum, *vt pube tenus, mento tenus, capite tenus.* Virg. lib. 3. Æn. *Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo pube tenus;* aut genitiuum pluralem admittit, vt *Cumarum tenus.* Virg. lib. 5. geor. *& crurum tenus, à mento palearia pendent,* & subintelligitur ablatiuus, vt Ciuitate Cumarum tenus, infima parte crurum tenus. Non nunquã admittit accusatiuum, vt apud Val. Flac. *Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro.*

Obijcies: quandoque præpositio nulli, aut suo nõ seruit casui, vt longo post tempore venit. Sallust. *Eorũ ego vitam, mortemque iuxta æstimo:* ergò præpositionibus non accidit regimen casus.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, & dico, quòd cum præpositiones non regũt casus, fiunt aduerbia: sicut è contra, cum aduerbia habent post se casus degenerant in præpositiones, vt *pridiè nonas Iunias,* ideſt primo die. *Postridiè diuæ Virginis. Postridie Kalendas,* ideſt postero die. Sicut etiam quando duæ præpositiones duplicantur, vt *è contra, è conuerso, inantea, pronunc, ab extra, ab intra, deforis, ex tunc, ex nunc, insuper,* more græcorum degenerant in aduerbia; quia casibus non seruiunt. Licet apud Catonem legamus: *circumcirca Tarentum,* ideſt circa.

Contra: sunt aliquæ præpositiones, quæ non regunt casus, & non degenerant in aduerbia, vt *di, dis, re, se, an, con:* ergò falsum est, quòd quando non regunt casus fiunt aduerbia.

Respondetur: concedo antecedens, & nego consequentiam; nam hæ dicuntur præpositiones non per appositionem, sed per compositionem, vt *diduco, disticio, repono, seduco, ancido, concurro,* & dicuntur præpositiones inseparabiles.

Quatuor sunt præpositiones, quæ vtrumque casum regunt, *in, super, sub, subter.* Regunt accusatiuum quando significant motum; ablatiuum verò quando significat statum.

Digitized by Google

Præpositio in compositione tres habet effectus: aut mutat significationem partis orationis, cui præponitur, vt doctus, indoctus, fero, aufero. Aut complet, vt facio perficio. Aut minuit, vt tristis subtristis, rideo subrideo, longus oblongus.

DE CONIVNCTIONE.

COniunctio est pars orationis indeclinabilis, quæ cæteras orationis partes, & sententias coniungit, & ordinat.

Obijcies primò: vnio, & coniunctio sunt synonima, itaque sicut se habet vnio, ita & coniunctio: sed vnio in composito substantiali non est pars compositi substantialis: ergò coniunctio coniungens, & nectens cæteras partes orationis non erit pars ipsius orationis. Minor probatur: partes essentiales rerum naturalium, quæ cõcurrunt ad constituendum totum (apud Scholasticos) sunt materia, & forma; vnio verò non concurrit per modum partis, sed tantum per modum conditionis, & non ingreditur intrinsecè rationem ipsam compositi, ergò vnio in composito substantiali non est pars compositi substantialis: ergò à pari coniunctio nõ erit pars orationis.

Respondetur assignando disparitatem, & dico vnionem verè intrinsecè pertinere ad constitutionem compositi, & esse de conceptu essentiali compositi, non quidem tanquam propriè partem, sed tanquam vinculum, nexum, & coniunctionem partium. Ita indicauit *D. Tho. 3. par. q. 2. art. 5. & q. 50. art. 4. & Cajet. 1. par. q. 76. art. 1. propè finem dicens: Vnionem non esse dispositionem, sed esse ipsam constitutionem, & integritatem compositi.* Et facilè patet, quia sine dubio de ratione compositi, & de essentiali conceptu eius, est ipsa compositio, de ratione vniti, est vnio, nec potest dici se habere tantum, vt conditio, & velut extrinsecè: Ita à pari de coniunctione dicimus respectu partium orationis. Præterquamquod di-

Digitized by Google

dicimus coniũctionem dici partem largo modo, prout consideratur in oratione, quæ est totum, cæterum ex se tantum est conditio sine qua non nectens ipsam.

Obijcies secundò: Aliquæ coniunctiones sunt disiunctiuæ, vt *aut, vè, vel, siue, seu*: ergo coniunctio non coniungit partes orationis.

Respondetur, distinguo antecedens, sunt disiunctiuę quò ad sensum nego antecedens; quò ad verba concedo antecedens: ergò nego consequentiam.

Coniunctioni accidunt tria, *figura, ordo, et significatio.*

Figuræ sunt duæ, *simplex*, vt, nam, ita, at, et; *composita*, vt namque, itaque, attamen, etenim.

Ordo triplex est, *præpositiuus, subiunctiuus, & communis.*

Significationes sunt multæ, *copulatiuæ, disiunctiuæ, conditionales, causales, expositiuæ, exceptiuæ, ordinis, aduersatiuæ, &c.*

DE INTERIECTIONE.

INteriectio est pars orationis indeclinabilis, interiecta alijs partibus orationis ad exprimendos animi affectus.

Obijcies primò: Interiectio exprimit animi affectũ: sed quod exprimit animi affectum non est pars orationis, sed oratio: ergò interiectio non est pars orationis. Minor probatur. *Heu* significat aliquem habere dolorem: ergò quod exprimit animi affectum non est pars orationis; sed oratio.

Respondetur, concedo maiorem, & nego minorem, ad probationem distinguo antecedens, ratione vocis nego antecedens; ratione conceptus importati per vocem concedo antecedens: ergò nego consequentiam. Oratio, vt diximus, est recta dictionum compositio integram sententiam comprehendens: ergò cum *heu* non sit huiusmodi quò ad vocem non erit oratio; erit talis ratione conceptus importati per talem vocem: nam

ra-

Digitized by Google

ratione conceptus habet plures dictiones in mente conceptas.

Obijcies secundò: Interiectio sequitur verbum, vt aduerbium: ergò interiectio reducenda est ad aduerbium: ergò non est pars orationis distincta ab aduerbio.

Respondetur nego antecedens; nam interiectio non statim sequitur verbum, vt aduerbium, sed interijcitur indiscriminatim alijs partibus orationis, vbi adest necessitas exprimendi animi affectus.

Obijcies tertiò: omnia aduerbia ponuntur sub genere qualitatis: sed interiectio significat qualitatem: ergò interiectio reducitur ad aduerbium.

Respondetur concedo maiorem, & nego minorem cum consequentia; nam interiectio non est sub genere qualitatis, sed sub genere passionis. Prædicamenta, vt habetur in logica sunt decem, *substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, vbi, quando, situs, & habitus.* Modò aduerbia ponuntur sub genere qualitatis, & interiectiones sub genere passionis, cum animi pathemata significent.

Obijcies quartò: Interiectio est vox quasi imperfecta, & interijcitur alijs partibus orationis, vel in signū lætitiæ, vel doloris, &c. ergò interiectio non est pars orationis. Consequentia probatur: *ex Diuo August. 2. de doctrina Christiana cap. 1. signum est illud, quod præter sui cognitionem, quam ingerit sensibus nostris, facit nos venire in cognitionem alterius:* ergò cum de natura signi sit repræsentare aliquid à se distinctum, sequitur, quod interiectio, quod est signum, vel lætitiæ, vel doloris, &c. non sit pars orationis.

Respondetur concedo antecedens, & nego consequētiam, ad probationem dico, quòd definitio signi à Diuo August. assignata, non est de signo in communi, sed de instrumentali, vnde nego consequentiam; nam interiectio est signum, vel lætitiæ, vel doloris, & c. tamen hoc signum est ex natura rei, vt gemitus infirmorum, & inde

dependenter ab hominum voluntate aliquid repręsentat, vt etiam fumus ignem, & vniuersaliter omnis effectus suam causam. Nos diximus partem orationis esse vocem indicantem mentis conceptuum, & vt habetur ex Arist. *voces sunt notæ earum, quæ in animo latent, passionum*, ideſt cõceptuũ noſtrorum; hinc cum apud Dialecticos nonnullos, *voces immediatè significent conceptus*, ſequitur interiectionem, licet vt ſignum repręſentare immediatè aliquid à ſe diſtinctum, & eſſe partem orationis.

Interiectioni accidit ſignificatio, & multiplex, *gaudentis, ridentis, lugentis, execrantis, animaduertentis, dolentis, irascentis, exclamantis, & admirantis.*

Obijcies: Interiectioni accidit caſus: ergò non ſola ſignificatio. Antecedens probatur: heu regit nominatiuum. Virg. *Heu priſca fides.* Accuſatiuum, *heu ſtirpem inuiſam.* Hei datiuum, *hei mihi qualis erat.* Proh nominatiuum, *proh Iuppiter.* Accuſatiuum, *proh Deum, atque hominum fidem.* O accuſatiuum. *O fortunatos nimium:* ergò interiectioni accidit caſus.

Reſpondetur: concedo totum argumentum; nam caſus inter accidentia non annumeratur, cum non ſit accidens omnibus interiectionibus commune.

De participio, ſupino, & gerundio ſuſus ſuo loco dicemus.

VEra grammaticorum methodus poſt hæc de concordantijs agit; verum quia noſtrum inſtitutum ad ſyntaxis ſpeculationem collimat, in hiſce parui momenti rebus non immoramur, diſcipulum benè imbutũ ſupponentes, conſultò eas omittimus. Ideò

Digitized by Google

DE VERBIS ACTIVIS.

VErbum actiuum est illud, quod in *o* finitum ex se passiuum gignit in *or*, vt amo, amor.

Obijcies primò: Verbum actiuum est illud, quod in o finitum ex se passiuum gignit in or; sed facio, is est verbum actiuum: ergò facio, is gignit passiuum in or: ergò potest dici facior, faceris: sed hoc est falsum: ergò falsum est verbum actiuum esse illud, quod o finitũ ex se passiuum gignit in or.

Respondetur, concedo maiorem, & minorem, primã, & secundam consequentiam, & nego minorem subsũptam cum sua consequentia; nam prisci grammatici dicebant facior, & hoc passiuum originaliter deducebant ab actiuo facio: at hodiè ab aula grammaticorum recessit ratione cacophoniæ, & vtuntur fio.

Contra est: Composita à facio formant passiuum in or, vt afficio, afficior, conficio. conficior, &c. sed deriuatiua, nullam inuoluunt cacophoniam: ergò nec primitiuum cacophoniam inuoluere debet.

Respondetur: concedo totum argumentum, nam nullam

Digitized by Google

Iam inuoluit cacophoniam primitiuum facior apud priscos grammaticos, inuoluit tamen apud recentiores: at non inuoluunt eius composita afficior, conficior, &c. & id quia ita voluere, & *stat pro ratione voluntas*, & authoritas, & eorum assiduus inualuit vsus, dum pro facior vtuntur verbo fio, ob maiorem congruitatem.

Obiicies secundò: Verbum actiuum est illud, quod o finitum ex se gignit passiuum in or: sed delecto, fænero, & mutuo sunt verba actiua: ergo debent gignere passiuum in or: sed hoc est falsum: ergò falsum est verbum actiuum esse illud, quod o finitum ex se passiuum gignit. Minor subsumpta probatur: delecto, fænero, & mutuo, non habent delector, fæneror, & mutuor passiua, sed deponentia: ergò delecto, fænero, & mutuo non gignunt passiuum in or.

Respondetur primò: nego minorem subsumptam, ad probationem concedo antecedens cum ina consequētia, & dico, quòd hæc verba actiua delecto, fænero, & mutuo rationabiliter non faciunt passiuum in or, sed faciunt or deponens, nè confundantur eorum significationes, nam actiuè musica delectat omnes, deponentialiter, omnes delectantur musica, nè dicas: caue à musica. Sic delecto duas habet significationes, per delettare, e delettarsi, quando significat delettārsi fit, vedo mi deletto della virtù: ego delecto me virtute, vel virtus me delectat, vel deponentialiter, delector virtute, eò quòd habet passionem innatam; quando significat delettare ad altri fit per afficio, & delectatione. Fœnero actiuè tibi munus, ideſt do fænori. Deponentialiter fæneror abste nummos, ideſt accipio fænori, & fæneror tibi nummos, ideſt do, nè dicas nummi fænerantur à me, tibi, sed dantur fænori.

Aduertas verbum mutuo cum significat dare pecuniam mutuam non rectè stare cum datiuo, sed fit per dò, & mutuus a.m. vel per aduerbium mutuò. Terent. heaut. act. 3. *Huic drachmarum argenti mille dederat mutuum.* Cic. 11. ad Act. epist. 13. *cui magnam dedimus pecu-*

niam

niam mutuam. Paulus lib. 2. sent. lib. 11. digest. tit. 1. *Præsides prouinciæ officiales, qui perpetui sunt mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt.* Sed aliqui adducti exemplo Plauti in Trinum. act. 4. scen. 3. decipiuntur, quia non dicit: *Si quis quid mutuauerit*; vt ipsi credunt, sed ita; *Si quis mutuum quid dederit fit pro proprio perditum, Cum repetas.* Vt nos in emendatiori Codice Gryphiano obseruauimus, & illo edito ex Musæo Iohan. Isaci Pontani. Vnum Gellii exemplum videtur obstare, ait enim *Retinebant sibi pecunias, quas marito, quia mutuassent;* Sed crediderim corruptum ex aliquorum inscitia, cum non sit verisimile Gellium à probatorum virorum locutione aberrasse. Quòd si adducant Imperatores Honor. & Theodos. in Iustinianeo Codice lib. 4. tit. 2. dicentes: *quisquis Iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit.* Sciant Codicem, & Authenticum nullius authoritatis diiudicatum, sed tantum digestorum libros, vbi Iurisconsulti leges digestæ apparent, quorum elegantiam suspicit Valla Iurisconsultis acer hostis lib. 3. elegant. vt admiratione anceps reddatur an quinquaginta pandectarum libri diligentia præstent, an grauitate rerum perspectissima scientia, an orationis maiestas, splendor, & dignitas maiori sit laude cumulanda.

Si verò mutuo significet mutuum accipere, erit sexti ordinis, & stare poterit in actiua significatione. Valer. Max. lib. 6. c. 2. *Potius præsidium à libertate, quàm ab innocentia mutuauit.* Licet aliqui malint legere *mutuata*, scilicet *mulier*, & hic deponès erit; tamen non incongrua est prima lectio, quia sexti ordinis rectè stare adducimur eleganti Scæuolæ authoritate lib. 1. respons. digest. lib. 10. tit. 2. *Vnus ex filijs cum pecuniam mutuaret* (scilicet acciperet ab aliquo, vt apertè lectio exprimit) *Interuenit pater eius.* Nos mutuaret legimus iuxta castigatiorem lectionem illic adnotatam, nõ *mutuaretur*, & hic deponens esset, vnde caue, ne cum quodam grammatico dicas, passiuæ esse significationis *ly mutuaretur*,

hoc

Digitized by Google

hoc Scæuolæ exemplo malè adductus, sed credo cum aliquo alio infæliciter excutiisse, nec Scæuolam obseruasse, nam ita citat, *vnus ex filijs cum pecunia mutuaretur*; Nam mutuor deponentis est significationis non passiuæ ad sextam pertinens, significatque mutuum accipere.

Non me latet nonnullos affirmasse verbum delector passiuæ potius significationis esse quàm deponentialis, hac moti ratione, quia non habet participia delectans, delectaturus, quæ etsi inueniantur, tamen oriuntur ab actiuo delecto, & denotat illum, qui delectat, aut delectabit, sed hæc parum, vel nihil refragatur, quia significantia passionem innatam, vti est delector ad deponentia spectant, vltra quod nullo selecti authoris nituntur testimonio, at fexcenta nobis patent, & fauent.

Verbum actiuum idem sonat, ac actum faciens, ideoque dicitur ab ago, agis, quod idem est, ac facio, & dicitur actiuum, idest factiuum, quia actum facit.

Verba actiua continent septem ordines, idest regulas, quas sigillatim sua methodo prosequemur. Hinc fit.



DE

Digitized by Google

DE PRIMO ORDINE ACTIVORVM.

PRimi ordinis actiua verba ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem requirunt, Cic. 2. in Catil. *vt eos capere carcer non possit*, & simplicia dicuntur.

Obijcies primò: sunt multa verba, quæ requirunt nominatiuum patientem, & accusatiuum agentem: ergò falsum est actiua primi ordinis construi cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente. Antecedens probatur, metuo, formido, timeo, & quę ad exteriores, interioresque sensus pertinent, vt video, audio, tango, & similia construuntur cum nominatiuo patiente, & accusatiuo agente; ergò sunt multa verba, quæ construuntur cum nominatiuo patiente, & accusatiuo agente. Antecedens probatur, si dicam; ego tango ignē, ostendo me pati in ipso actu dum tango, & ignis agit; ergò construuntur cum nominatiuo patiente, & accusatiuo agente.

Confirmatur; Ego accipio verbera, in hoc themate nominatiuus dicitur patiens, quia qui accipit, patitur, iuxta illud; *recipere est quoddam pati*: accusatiuus dicitur agens, nam verbera faciunt actum; ergo sunt multa ver-

Digitized by Google

verba actiua, quæ requirunt nominatiuum patientem, & accusatiuum agentem.

Respondetur; nego antecedens, ad probationem nego antecedens, ad cuius probationem distinguo antecedens, sub eadem consideratione nego antecedens; sub diuersa concedo antecedens: ergò nego consequentiam; nam dum dico: ego tango ignem, relucet mutua causalitas mei, qui exerceo actum tangendi, & ignis patientis, quia dum tango, facio actum, & ignis patitur actum, quo tangitur; & mutua causalitas ignis agentis, sed mediante combustione, & mei patientis. Modò grammaticus considerat primo modo tantum, nempè actionem in nominatiuo, & passionem in accusatiuo: secundariò consideratur à philosopho, in quo casu verificatur illud vulgatum in scholis axioma: *omne agens agendo patitur, patiendo debilitatur, & tandem corrumpitur*; cum grammaticus tantum consideret actum enunciationis congruæ, nempè quòd nominatiuus sit agens, accusatiuus verò patiens, & non actiones, & passiones, quæ ex ipsis emanant, nam hoc philosophi, & non grämatici est.

Ad confirmationem respondetur eodem modo, vt suprà.

Obijcies secundò: ego amo Deum, in hoc themate, licet nominatiuus sit agens; non tamen videtur adesse accusatiuus patiens: ergò falsum est primi ordinis verba actiua construi post se cum accusatiuo patiente. Secunda pars antecedentis probatur: *Deus non patitur, neque vllo modo pati potest, cum nullarum passionum sit subiectum*: ergò non potest esse accusatiuus patiens.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationē distinguo antecedens, Deus non patitur, neque vllo modo pati potest, realiter concedo antecedens; intentionaliter, & metaphoricè nego antecedens: ergò nego consequentiam; nam passio, siue receptio duplex est, vna realis, & physica, altera verò intentionalis, & metaphorica. Modò estò Deus non patiatur, siue non

Digitized by Google

recipiat realiter; patitur, & recipit intentionaliter, & metaphoricè.

Primi ordinis verba actiua sunt.

Amo, as, aui, atum,	per amare.
Laudo, as, aui, atum.	per lodare.
Saluto, as, aui, atum.	per salutare.
Verbero, as, aui, atum.	per battere.
Timeo, es, mui, s.s.	per temere.
Deleo, es, eui, etum.	per disfare.
Terreo, es, rui, ritum.	per atterrire.
Occido, is, idi, sum.	per vccidere.
Amitto, is, si, sum.	per perdere.
Sperno, is, ui, tum.	per disprezzare.
Audio, is, iui, itum.	per vdire.
Aperio, is, iui, tum.	per aprire.
Fastidio, is, iui, itum.	per fastidirsi.
Custodio, is, iui, itum.	per guardare, &c.

Notandum primò, quòd idem verbum potest esse diuersarum regularum pro varietate casuum, qui verbo congruè applicari possunt, v. g. ego emo libros, est primæ. Ego emi libros tanti, est secundæ. Ego emo libros tibi, est tertiæ. Ego emo libros arte, & ingenio, est quintæ. Ego emo libros à bibliopola, est sextæ. Item, ego doceo pueros, est primæ. Ego doceo pueros non minoris talento, est secundæ. Ego doceo pueros tibi, id est ad vtilitatem, & commodum tuum, est tertiæ. Ego doceo pueros grammaticam, est quartæ. Doceo pueros de hac re, est sextæ, & sic de cæteris.

Notandum secundò, quod omnia ferè actiua verba vltra casus, quos ex sua natura exigunt, possunt quoque ablatiuum significantem causam efficientem, materialem, & instrumentalem habere, sed tunc ad quintum actiuorum ordinem pertinent, vt suo loco dicemus.

Amo,

Digitized by Google

Amo,as, significat amare, vt il pouero ama le ricchezze. Pauper amat diuitias. Essere innamorato. Plaut. *amat filius tuus mulierculam.* Ponere in gratia d'alcuno, vt io metterò Pietro in gratia del Prencipe propter, vel per me Princeps amabit Petrum. Hamo cum nota aspirationis significat pescare con l'hamo.

Laudo,as, significat lodare, vt nos laudamus tuam sententiam. Lodarsi d'altro, sed non fit per verbum laudo, sed per benè mereor verbum deponens, & requirit ablatiuum cum præpositione de, vt nessuno seruo si loda del padrone. Nullus famulus benè meretur de Domino; sed quando loquimur de rebus inanimatis fit per verbum facto,as, quod significat vantarsi. Vt io mi lodo della nobiltà. Ego facto nobilitatem, vel facto me de nobilitate. *etiam illa.*

Saluto,as, salutare. Nos salutabimus nostros maiores. Significat quoque riuerire. Ouid. 15. Met. *Ieuoque Deum clamore salutant.*

Verbero, as, oritur ab hoc nomine verber, ris, vt multi filij scelesti verberauerunt suos parentes. Dicitur quoque à verbis, & significat ingiuriare. Cic. *verberauit te cogitationis tacito dumtaxat conuicio.*

Deleo,es, vt condiscipulus deleuit mea scripta. Per metaphoram significat distruggere, e spianare, vt hostis captam vrbem deleuit.

Timeo,es, & metuo,is, requirunt, vel accusatiuum, vel datiuum; quando requirunt accusatiuum, timemus aliquem, & metuimus aliquem, vt inimicum, vt ego timeo, & metuo tonitrua; quando requirunt datiuum, timemus, & metuimus alicui, vt amico, ne quid ei mali accidat. Possunt quoque recipere ablatiuum cum præpositione de, vt timeo, & metuo de tonitruis. Mater timet, & metuit de filijs. Possunt quoque præter accusatiuum datiuum requirere, & ablatiuum cum præpositione à, vel ab, vt io hò paura non mi venga il catarro per causa della mutatione de vesti. Ego timeo, metuo catharrum mihi à mutatione vestium.

Digitized by Google

Occido,is, penultima longa significat ammazzare. Occido is penultima correpta,morire, & est neutrum absolutũ. Ouid.1.Met. *Occidit vna domus,sed non domus vna perire Digna fuit.*

Fastidio,is, est cum fastu quodam contemnere. Chi fastidisce ponitur in nominatiuo,di che cosa si fastidisce in accusatiuo, vt la vita viene in fastidio all'infelici. Infælices fastidiunt vitam. Il vino infastidisce molti. Multi fastidiunt vinum. Potest efferri per affero, affers de tertio actiuorum ordine, pro accusatiuo addens molestiam. fastidium,tædium,vt vita affert molestiam infælicibus,& vinum fastidium multis. Vel per afficio de quinto ordine, vt vita afficit molestia infælices,& vinum afficit multos tædio. Vel per sum, es, est, Verbum Neutrum cum duobus datiuis, vt vita est fastidio infælicibus, & vinum est fastidio multis; sed quando refertur ad gustum potest fieri per verbum satio,as, vt il pesce mi fastidisce. Piscis me satiat, vel satietas piscis me tenet, vel ego fastidio piscem. Aſt quando refertur ad animi molestiam per sum, & adiectiuum molestus,a.m. vt tuus sermo est mihi molestus. Reperitur cum genitiuo. Luc.lib.7. *difficiles sumus,fastidimus bonorum*,sed ab aula grammaticorum recessit.

Colo is,significat amare. Nos colimus proximum. Adorare,vt vnum cole Deum. Ornare, vt le donne s'ellettano la faccia. Mulieres colunt faciem. Habitare Neutrum; Anachoritæ colunt cryptas. Coltiuare neutrum,coloni colunt agros,esercitare, vt colo rem militarem.

Fero fers. Significat portare. Quisque suũ fert onus. Producere. Bonæ arbores ferunt bonos fructus. Sopportare, e patire. Nos ferimus duros labores. Dire. Mea lingua fert aliquot verba. Desiderare. Ouid.1.met. *In nouas fert animus mutatas dicere formas*,sed in tertijs personis tantum,numeri singularis, iungiturque infinito. Significat quoque hos dicendi modos: notare adesito ferre expensum. Notare ad introito. Referre acceptum.

Digitized by Google

ptum. Pronunciare la sentenza. Ferre sententiam. Fauorire. Ferre suffragium. Lodare grandemente. Ferre ad astra.

Consulo, is, consigliarsi. Ego consulo amicum. Consigliare. Ego consulo bonum tibi. Domandare consiglio, & præter accusatiuum ablatiuum cum præpositione de, exigit, vt ego consulo medicum de meo morbo. Prouedere, est tertij neutrorum ordinis. Ouid. in epist. Penelop. ad Vlys. *Sed benè consuluit casto Deus æquus amori.*

Capio, is, significat pigliare. Ego cæpi tuum consiliũ. Capire, e la cosa, che cape in nominatiuo, la cosa caputa in accusatiuo, vt cento huomini non capono nella mia camera, meum cubiculum non capit centum homines. Potest fieri per sum, & capax, vt meum cubiculum non est capax centum hominum.

Fallo, is, significat ingannare, cuius Italicum nos decipere solet. Intelligitur, tam de re animata, quàm de inanimata. Per ingannare de re animata, qui decipit in nominatiuo, & deceptus in accusatiuo, vt puer fefellit senem. De re inanimata, res inanimata in nominatiuo, & res animata in accusatiuo ponitur, vt io hò errato doi precetti nell'epistola. Duo præcepta fefellerunt me in epistola. Io hò ingannato la via. Via fefellit me. Vel per aberro, as, vt ego aberraui à duobus præceptis. Ego aberraui à via. Vel per amitto, is, ego amisi viam.

Cogito, as, regit accusatiuum, qui in ablatiuum cum præpositione de, mutari potest, vt nos cogitamus mortem, vel de morte.

Animaduerto, is, significat considerare, vt nos animaduertimus finem rerum. Punire, & accusatiuum cum præpositione in, requirit, vt magister animaduertit in discipulos negligentes.

Pulso, as, significat sonare, battere, vt clerici pulsant campanas, semper nominatiuus animatus esse debet, vnde non valet dicere, campana pulsat, sed pulsatur. Io

Digitized by Google

ſono la cetra. Ego pulſo cithara.

Cano, is, ſignificat cantare, vt muſici canunt cantilenas ſpirituales. Sonare, & ablatiuum tantum poſtulat ratione inſtrumenti, vt cano tuba, cano cithara, & fidibus, &c. Sonare à raccolta. Canere receptui, regreſſui. Sonare à battaglia all'armi. Canere bellicum, claſſicum.



Digitized by Google

DE SECVNDO ORDINE ACTIVORVM.

SEcundi ordinis verba actiua ante se nominatiuũ agentem, post se accusatiuum patientem requirunt, deindè genitiuum pretium incertum, vel crimen speciale, vel ablatiuum pretium certum, vel crimen generale denotantem, vt *accusabo te non auaritiæ, sed magno scelere, dùm non vendidisti prædium talento, sed tanti, quanti non valebat.* Et dicuntur verba iudiciaria, possessiua, & æstimatiua.

Obijcies primò; secundi ordinis verba actiua ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem requirunt, deindè genitiuum possessiuum: sed primi ordinis actiua, vt plurimum habent genitiuum possessiuum: ergò vt plurimum primus ordo confunditur cum secundò. Minor probatur: cum dico, ego legi librum Petri, vtique hoc thema est primi ordinis: sed habet genitiuum possessiuum, nam significat librum possessum à Petro: ergo primus ordo, vt plurimum habet genitiuum possessiuum.

Respondetur: concedo maiorem, & nego minorem, ad cuius probationem, concedo maiorem, & distinguo minorem, habet genitiuum possessiuum communem

Digitized by Google

nominibus concedo minorem; verbis nego minorem; ergò nego consequentiam; Nam datur genitiuus possessiuus communis omnibus nominibus, vt literæ Ciceronis, Equus Cæsaris, liber Catonis, &c. non autem datur omnibus verbis, sed tantummodò illis, quæ denotant bonorum possessionem, vt sunt emo, vendo, loco, &c.

Contra est primò: in secundo ordine actiuorum datur genitiuus, qui nullam possessionem significat: ergò falsum est verba huius ordinis habere genitiuum possessiuum. Antecedens probatur: cum dico, ego accuso Petrum superbiæ, ly superbiæ nullam possessionem significat: ergò datur genitiuus, qui nullam possessionem significat.

Respondetur: nego antecedens, ad probationem distinguo antecedens: ly superbiæ nullam possessionem significat, explicitam concedo antecedens; implicitam nego antecedens: ergò nego consequentiam; Nam genitiuus possessiuus dupliciter accipi potest, vel explicitè, quando clarè patet; vel implicitè, quando potest possessionem significare, licet actu non significet, vt accuso Petrum superbiæ: potest tamen ad primum actiuorum ordinem reduci, vt possessionem, quam implicitè significabat in secundò, explicitè possit demonstrare in primo, vt accuso superbiam Petri, scilicet possessã à Petro.

Contra est secundò: ille genitiuus possessiuus est genitiuus nominis substantiui, & non verbi: ergò nullo modo significat possessionem, neque implicitam, neque explicitam. Antecedens probatur: cum dico, accuso Petrum superbiæ, subintelligitur ablatiuus crimine, peccato superbiæ: ergò iste genitiuus possessiuus est nominis substantiui, & non verbi.

Respondetur: nego antecedens, ad cuius probationem, concedo antecedens, & nego consequentiam; nam nos dicimus, quòd crimen incertum ponitur in genitiuo, in quo tacitè subintelligitur ablatiuus crimine, sce-

Digitized by Google

scelere,peccato,&c.tanquam quid vniuersalius continens particulare: nec per hoc sequitur illum genitiuũ esse nominis substantiui,cum ista verba,accuso,arguo, &c.sint iudiciaria,ad quæ pertinent crimina,tam vniuersalia,quàm particularia, & hoc ex natura talium verborum,non autem ratione nominis substantiui casus ablatiui.

Contra est tertiò; Verba cum casus mutant, mutant quoque regulam,nam grammatici, ita per casus regulas ordinauere,vt prima requirat nominatiuum agentem,& accusatiuum patientem, secunda vltra accusatiuum,genitiuum,tertia datiuum,quarta accusatiuum, quinta ablatiuum,sexta verò ablatiuum cum præpositione a, vel ab:sed hæc verba secundæ regulæ requirunt ablatiuum crimine,peccato scelere,&c.ergò erunt potiùs quinti ordinis,actiuorum,quàm secundi.

Respondetur: concedo maiorem, minorem, & nego consequentiam. Certum est enim verba requirentia nominatiuum agentem,accusatiuum patiẽtem,& ablatiuum esse de quinta actiuorum regula,quia secunda vltra accusatiuum requireret ablatiuum, & confunderetur cum quinta: sed grammatici ob quandam solã conuenientiam, peculiarem regulam tribuunt verbis iudiciarijs,& nè idem verbum ad secundam regulam pertineret ob genitiuum,& ad quintam ob ablatiuum, assignarunt talibus verbis vnam regulam; nec ratione ablatiui talia verba iudiciaria posuerunt in quinta, ne Tyronum ingeniola confunderent,cum quinta contineat verba materialia,causalia,effectiua,&c.

Cõtra est quartò:Verbũ impleo cũ vltra accusatiuũ genitiuum requirat, vt ego impleo crumenã nummorum,est de secundo actiuorum ordine, cum verò ablatiuum,vt ego impleo crumenam nummis, est de quinto:ergò iudiciaria verba,cum vltra accusatiuum genitiuum requirant,sunt de secũdo ordine,cum verò ablatiuum,erunt de quinto.

Respondetur, concedo antecedens, & nego conse-

quen-

Digitized by Google

quentiam; nam grammatici in verbis iudiciarijs non procedunt tanto cum rigore, & hoc vt dixi, nè Tyronum ingeniola confunderent, cum quinta varias verborum significationes contineat, scilicet materiales, effectiuas, causales, &c. Præterquamquòd iudiciaria sunt multa, verba, impleo est vnum tantum.

Contra est quintò: Verbis materialibus, effectiuis, causalibus, &c. potuissent grammatici addere quòd iudiciaria: ergò hoc modo iudiciaria essent de quinta.

Respondetur: quòd grammatici vtique potuissent, sed de facto noluerunt; cum cognouissent, *non esse multiplicanda entia absque necessitate*.

VERBA IVDICIARIA.

Absoluo, is, solui, solutum.	per assoluere, e liberare.
Accuso, as, aui, atum.	per accusare.
Arguo, is, ui, utum.	per riprendere.
Castigo, as, aui, atum,	per castigare.
Culpo, as, aui, atum.	per incolpare.
Damno, as, aui, tum.	per condennare.
Excuso, as, aui, tum.	per escusare.
Punio, is, iui, tum.	per punire.
Reprehendo, is, di, sum.	per riprendere, &c.

Verba iudiciaria vltra accusatiuum in criminibus specialibus genitiuum exigunt, vt ego reprehendi amicum negligentiæ; in generalibus verò ablatiuum, vt ego insimulabo te eodem crimine.

In nominibus specialibus iste genitiuus commutari potest in ablatiuum cum præpositione de Gel. lib. 7. *Qua Timarcum de pudicitia grauiter accusaret.* Sed melius in genitiuo, cum subintelligatur ablatiuus crimine, peccato, scelere.

Quando in supradictis verbis vltra proprios casus, vlterior casus aderit, ille casus vlterior ponitur in accusatiuo cum præpositione apud, aut, vel in ablatiuo cum

cum præpositione coram, vt t'accusarò di ribalderia al maestro. Accusabo te scelere apud magistrum, ante magistrum, vel coram magistro.

Genitiuus, & ablatiuus quandoque poni potest in accusatiuo, si præcipuè his pronominibus, *meus, tuus, noster, & vester*, coniungatur, vt mentre tu m'hai accusato d'ambitione, Io ti reprenderò di defetto. Dum tu accusauisti meum ambitum, ego reprehendam tuum crimen.

In accusatiuo quoque genitiuus, & ablatiuus poni potest, & animatus, qui accusatur, vel reprehenditur, &c. in genitiuo, vt noi reprenderemo li discepoli d'ignoranza, mentre accusano il maestro di sceleraggine. Nos reprehendemus ignauiam discipulorum, dum accusant scelus magistri; attamen erunt primi actiuorum ordinis.

Verba absoluendi, & liberandi cum his nominibus, *pœna, & supplicium* ablatiuo puro efferuntur, vt Rex absoluit fures pœna, & supplicio. Verba *castigandi, puniendi, & condemnandi*, acquirunt ablatiuum sine præpositione, *pœnæ*, cum qua quis punitur, & ad quam quis damnatur. *Torquatus filium morte mulctauit.*

Arguo significat reprehendere. Suet. in Cæs. *Nè hospitem, aut negligentiæ, aut rusticitatis videretur arguere.* Demonstrare. *Degeneres animos timor arguit.* Arguo pro *argumentor* rusticum est.

Corripio significat reprehendere. Corripiam te superbiæ. Abbreuiare, vt corripere syllabam. Pigliare. Virg. 1. Æn. *Archumque manu, celere[q]; sagittas Corripuit.* Leuare. Virg. *corripit è somno corpus.* Corripimur febre, morbo, metu, somno, dolore. Plin. *pedum dolore correptus est.*

Absoluo per assoluere, e liberare. Cic. *Iudex illum absoluit iniuriarum.* Liu. lib. 2. *latæ deindè leges, quæ consulem Regni suspicione absoluerent.* Espedire. Terent. in Adel. *ego ad forum ibo, vt hunc absoluam.* Finire. Plaut. in Milite. *Nauim cupimus absoluere.* Dire idem in Rud.

vno

Digitized by Google

vno verbo absoluam, Ieno est. Paucis absoluam. Dirò in poche parole.

Sunt, & alia huiusce ordinis, vt ago tecum maiestatis, ideſt accuſo te de peccato contra principem, vel Senatum de *Ribellione*. Ago repetundarum, ideſt accuſo de rebus principi, vel populo, vel prouinciæ ereptis, vt repetantur, & ſubauditur rerum. Vel ago repetundis, vel de repetundis, & ſubauditur rebus, & dicitur repetundum, pro repetendum, ſicut faciundum, pro faciendum. Accerſo te capitis, ideſt accuſo de re capitali. Alligo, vel adſtringo me furti, ideſt obnoxium facio, & quaſi ad crimen me ligo. Terent. *hic furti ſe alligat*, ideſt verbis ſuis oſtendit ſe furatum eſſe. Prehendam te mendacij. Ti ſcoprirò per buggiardo. Laudo te virtutis: commendo te pietatis. Probo te honeſtatis. Perdam te capitis: Ti diſtruggerò della vita. Periclitor capitis, Porto, corro pericolo della vita.

VERBA POSSESSIVA.

Conduco, is, xi, ctum.	per pigliare à piggione.
Emo, is, emi, emptum.	per comprare.
Æſtimo, as, aui, atum.	per apprezzare.
Loco, as, aui, atum.	per affittare.
Redimo, is, emi, emptum.	per ricomprare.
Reuendo, is, didi, ditum.	per riuendere.
Vendo, is, didi, ditum.	per vendere, &c.

Pretium, vt eſt pecunia, vel hoc idem ſubſtantiuum *pretium* ſempor in ablatiuo ponitur, vt ego emi equũ centum nummis aureis. Aduerta volo, quòd quando dicitur: Hò comprato doi carlini di pane, fit: emi duos carolenos panis, ſed quando dicitur: Hò comprato il pane doi carlini, fit: emi panem duobus caroleni. Attamen ſi dicatur: Hò comprato doi carlini di pane per vn carlino, fit: emi duos carolenos panis vno carolene. Exceptis quatuor genitiuis ſimplicium, vt *pluris, maioris*

Digitized by Google

ris, non dicitur maiori pretio, *tanti, quanti*; & quinque compositorum, vt *quanticumque, quantuis, quantilibet, tantidem, quantidem*; Hæc cum substantiuo pretio in ablatiuo ponuntur, vt *tanto pretio, quanto pretio, sed pluris, tantidem, & quantidem* ablatiuo carent.

Hæc cum pretio, & absque in ablatiuo. *Paruo, minimo, magno, immenso. Dimidio, vili, caro.* Vili, & caro cum ablatiuo pretio non leguntur. *Plurimo, duplo, quampluri mo, quàm minimo.*

Dicimus etiam aduerbialiter *carè, cariùs, carissimè. Viliùs, vilissimè. Melius, & peius. Tanto pluris, multò minoris, gratis, pecunia numerata, præsente pecunia, soluta pecunia*, di contanti. *Pecunia credita, vel futura*, à credẽza. *Largo pondere, parco pondere.*

Notandum est, quòd pretio solet addi nomen significans pondus, & mensuram. v. g. *Vncia, libra, tripõdium, centipondium, vlna, palmus, digitus, dolium, medimna, &c.* Quod pondus, siuè mensura in accusatiuo cum præpositione in, & in plurali additur singulos, singulas, singula, vt nos ememus carbones septem carolenos in singula centipondia.

Redimo significat recattare, vt redemi agrum pluris, quàm vendideram. Redimere tempus, significat rifare il tempo perduto. Redimere aliquem à carcere, à morte, à periculis, est liberare.

Loco, per dare à piggione, vt carè locasti domum. Locare filiam nuptum, vel in matrimonium est maritare. Cui locasti vineam fodiendam? à chi hai dato à zappare la vigna. Locare est, quasi in loco ponere. Virg. *Hic alta theatri Fundamenta locant alij.*

Conduco per pigliare à piggione, vt conduco domum, seruum, ancillam, &c. conduxi docendum puerũ. Hò pigliato ad insegnare. Conduxi vitulõs pascendos, domum fabricandam, &c. hinc conductiuus, a, m. quod duci solet, vt conductitia domus, conductitius seruus, conductitium iumentum.

Obijcies primò: omnia verba, quæ casus mutant, mutant

Digitized by Google

tant regulam: sed verba possessiua vltra genitiuum ablatiuum pretij certi requirunt: ergò mutant regulam: ergò cum ablatiuum requirant, erunt de quinta actiuorum regula.

Respondetur: concedo maiorem, minorem, & negat consequentiam; nam, vt dixi quinta actiuorum regula continet verba materialia, causalia effectiua, &c. & ne confunderent Tyronum ingenia grammatici, licet possessiua in pretio certo ablatiuum requirant, tamen voluerunt esse de secunda actiuorum regula; Pretium enim incertum est quid vniuersale continês particulare, scilicet pretium certum, & quia vniuersale continet particulare, ideò voluere pretium certum esse eiusdem regulæ, licet sub diuersitate casus.

Contra: Verba dicuntur possessiua, quæ requirunt genitiuum, nam genitiuus significat possessionem: sed hæc verba in pretio certo non requirunt genitiuum, sed ablatiuum: ergò non dicuntur possessiua, cum ablatiuum requirant.

Respondetur: distinguo maiorem, dicuntur possessiua, quæ requirunt genitiuum, si verba significant possessionem concedo maiorem; si non significant possessionem nego maiorem: concedo minorem, & nego consequentiam. Nam illa verba dicuntur possessiua, quæ significant possessionem ex intrinseca eorum natura, vt sunt *vendo, emo, mercor, loco, &c.* non verò quæ requirunt genitiuum. Verba secundi neutrorum ordinis requirunt genitiuum, & non dicuntur possessiua, sed verba copiæ, vel inopiæ, vt *satago, scateo, egeo, indigeo*, &c. sic quoque verba secundi deponentium ordinis requirunt genitiuum, & non dicuntur possessiua intrinsecè, sed tantum similitudinaliter. Hæc verba possessiua dicuntur ex eorum intrinseca natura, siuè post se requirant genitiuum, siuè ablatiuum semper dicuntur possessiua.

Obijcies secundò: pretium cum his quatuor adiectiuis simplicium, *pluris, minoris, tanti, quanti*, & quinque

Digitized by Google

que compositorum, *quanticumque, quantiuis, quantilibet, tantidem, quantidem,* ponitur in genitiuo: Sed cum substantiuo, pretio, in ablatiuo ponitur, vt tanto pretio, quanto pretio: ergò quoq; potest poni in ablatiuo absque pretio, cum subintelligi potest. Maior, & minor est vera. Consequentia probatur, non potest assignari ratio, cur cum hoc substantiuo, pretio, ponitur in ablatiuo, & absque in genitiuo: ergò cum careat pretio, tacitè potest intelligi, dicendo emo, tanto, quanto.

Respondetur: concedo totum argumentum, ad cuius probationem concedo antecedens cum sua consequētia; & ratio est, quia illi genitiui, tàm simpliciùm, quam compositorum semper incertitudinem important, ideò in eodem genitiuo ponuntur; quando verò iunguntur substantiuo, pretio, necessariò in ablatiuo poni debent ob quandam certitudinem, & naturam substantiui nominis, quod quotiescumque expressus habetur in ablatiuo debet poni. Nec potest tacitè subintelligi, cum non de omnibus tacitis grammaticus iudicet, vt in præsenti casu nostro habetur.

VERBA ÆSTIMATIVA.

Æstimo, as, aui, atum.	*Æstimare, fare stima, far*
Duco, is, xi, ctum.	*conto d'uno, tenere in*
Facio is, ci, ctum. Per	*conto, in stima, &c.*
Habeo, es, habui, habitum.	
Pendo, is, pependi, pensum	
Puto, as, aui, atum, &c.	

Hæc verba pro genitiuis habent hæc adiectiua, & non alia, *tanti, tantidem, quanti, quanticumque, magni, pluris, plurimi, maximi, parui, minoris, minimi. Vel substantiua, assis, flocci, nauci, nihili, pili, teruntij, Hili.*

Hæc duo verba consulo, & facio quandoque recipiunt hos genitiuos, æqui, bonique, vt i scolari deuono pigliare in buona parte le riprensioni de maestri. Di-

sci-

Digitized by Google

scipuli magistrorum reprehensiones æqui, bonique facere, seù consulere debent.

Objicies: Verba æstimatiua requirunt nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem: ergò sunt de primo actiuorum ordine, & non de secundo. Antecedens probatur. Illa adiectiua, *tanti, quanti, magni*, &c. & substantiua, *flocci, nauci*, &c. sunt compositiones verborum: ergò verba æstimatiua requirunt nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem. Antecedens probatur, non sunt genitiui: ergò sunt compositiones verborum. Antecedens probatur: si essent genitiui, sequeretur alia verba composita, vt *lucrifacio*, *magnifico*, &c. eodem modo esse huius ordinis: sed hoc est falsum: ergò falsum est esse genitiuos.

Respondetur: nego antecedens, ad cuius probationē nego antecedens, ad probationem cuius nego etiam antecedens, ad cuius probationem nego sequelam maioris, & dico quòd tàm adiectiua, quàm substantiua non componunt verba æstimatiua, sed sunt genitiui talium verborum, cum indifferenter omnibus his verbis adhæreant ad nostrum beneplacitum; quòd non militat in verbis compositis, Lucrifacio, magnifico, &c. quæ ita sunt composita, vt anaticam adepta fuere coniunctionem, & si in partes soluantur non significāt id, quod prius significabant, quòd oppositum est in verbis æstimatiuis.

Dices: verba æstimatiua adhoc, vt essent de secundo actiuorum ordine deberent construi cum nominatiuo agente, accusatiuo patiente, & genitiuo: sed construūtur cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente, & non cum genitiuo: ergò non sunt de secundo actiuorum ordine. Secunda pars minoris probatur, si ego dico: Io faccio gran conto di Pietro. Fit, ego magnifacio Petrum, & non dicitur, ego facio Petrum magni: ergò non construuntur cum genitiuo.

Respondetur concedo maiorem, & nego secundam partem minoris, ad cuius probationem dico, quòd vti-

que

que grammatici dicunt, ego magnifacio Petrum, non quòd *ly* magni componat verbum facio, sed dicunt ità ob elegantiam, non quòd *ly* magni non sit casus genitiuus, cum possit quoque dici: ego facio Petrum magni, & subintelligitur pretij, valoris, &c.

DE TERTIO ORDINE ACTIVORVM.

TErtij ordinis verba actiua ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem, vltra quem datiuum postulant. Cic. ad Her. lib. 4. *Illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparauit*, & acquisitâ dicuntur.

Ago, is, egi, actum.	per fare.
Fero, fers, tuli, latum.	per portare.
Commendo, as, aui, atum.	per raccommandare.
Lego, is, legi, lectum.	per leggere.
Mutuo, as, aui, atum.	per imprestare.
Reddo, is, reddidi, itum.	per rendere.
Scribo, is, scripsi, tum.	per scriuere.
Do, das, dedi, atum.	per dare.
Respondeo, es, di, sum.	per rispondere.
Significo, as, aui, atum.	per significare, &c.

Ago, significat trattare, res de qua agitur ponitur in ablatiuo cum præpositione de, è; cum quo agitur in ablatiuo cum præpositione cum, vt nos agimus de pace cum inimicis. Ringratiare, & additur accusatiuus gratias, vt ego ago tibi gratias. Fare, vt ego egi hanc rem.

Commodo, significat imprestare, quod redditur idē,

Digitized by Google

vt veſtis, liber, domus, iumentum, & ſimile, vt commodani tibi equum, ſeù dedi tibi commodato. Poteſt fieri per do, das, & aduerbium commodatò, vt dedi tibi equum commodatò.

Do, ſignificat attendere, dare operam alicui rei, Patire la pena. Dare pœnas, ſupplicium. Ammazzare. Dare aliquem morti.

Lego, leggere, vt lego lectionem, lego diſcipulo, ſcilicet lectionem, nè dicas lego diſcipulum. Quando dicitur de authoribus, Io lego Ouidio, Virgilio, &c. ſit ego lego opera Virgilij, Ouidij, &c. cogliere. Virgil. *Quis legitis flores, & humi naſcentia fraga.* Rubbare. Virg. 10. Æn. *Quid ſoceros legere, & gremÿs abducere pactas.* Hinc ſacrilegium. Nauigare. Virg. 3. Æn. *Littora Epiri legimus*, Vedere. Legere oculis. Virg. 6. Æn. *Quin protinus omnem perlegerent oculis.* Hinc perlego, ideſt perfectè lego.

Lego, as, laſciare in teſtamento, per heredità, vt Caius legauit centum Titio. Mandare per ambaſciatore. Plaut. *Delegit viros primorum princeps eos legat Thelebois.* Hinc relego, as, per confinare, e sbandire.

Reddo, rendere. Reddam tibi parem gratiam. Fare. Magiſter reddit diſcipulos doctos. Rapreſentare, vt tui patris nomen, mores, vitam ſtudium, habitum, geſtum, vocem, & ingenium reddis. Reddere talionem, ferè in peius capitur, eſt iniuriam iniuria penſare. Reddere verbum verbo, eſt ad verbum transferre voces in diuerſis linguis. Translatare da parola in parola. Dare, conſegnare, portare, Tabellarius mihi literas tuas reddidit.

Soluo, pagare Iuuenal. *Noſſe volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.* Poſt accuſatiuum pretij ablatiuum cum præpoſitione pro requirit de ea re, pro qua pretium ſoluitur, & cui ſoluitur in Datiuo, vt io pagherò la veſte al padrone dieci carlini. Ego ſoluam decem carolenos pro veſte Domino. Sciogliere. Virg. *Soluite me pueri.* Liberare ſoluere aliquem curis, metu, &c. Paga-

re

re vn debito con farne vn' altro. Soluere versuram. Non osseruare, soluere fidem, leges, fadus, testimonia, fare andare del corpo, soluere aluum. Partirsi soluere pedem. Nauigare, solnere oram, vel anchoram, aut vela. Osseruare, attendere, soluere promissa. Corrompere vna vergine, soluere virgineam zonam.

Confero, assomigliare, vt confero te illi, & cum illo. Portare, nè fructum alio conferas. Giouare, exercitium sanitati confert. Andare, conferam me domum, ad præceptorem se contulit. Fare, beneficium non conferetur in inuitum. Inimici consilia conferunt, idest simul faciunt. Raggionare, conferre sermones. Dare la colpa, conferre, & transferre culpam, aut crimen in aliquem. Combattere, conferre, & conserere manus cũ hoste.

Credo, credere, fidare, dare in credenza, vt credidi pecuniam ad lucri dimidium tuo patri. Potest construi absolutè cum accusatiuo, & cum Datiuo, vt *credo Deũ*, & significat, credo Deũ esse, *credo Deo*, idest habeo fidem Deo. *Credo in Deum*, idest commendo me Deo.

Obijcies primò, verba actiua tertij ordinis habent datiuum communem omnibus verbis: ergò construuntur tantum cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente: ergò erunt actiua primi ordinis. Antecedens probatur; datiuus significans commodum, incommodum, vtilitatem, damnum, &c. est datiuus communis omnibus verbis: Sed verba actiua tertij ordinis habẽt hunc datiuum; ergò verba actiua tertij ordinis habent datiuum communem omnibus verbis.

Respondetur nego antecedens, ad cuius probationẽ distinguo maiorem, est communis omnibus verbis, ità vt non possit esse proprius aliquibus nego maiorem; vt possit esse communis omnibus, & proprius aliquibus concedo maiorem, & distinguo minorem, habent hunc datiuum, vt proprium concedo minorem; vt communẽ nego minorem: ergò nego consequentiam; Certum est, Datiuus commodi, incommodi, vtilitatis, damni, &c.

Digitized by Google

est datiuus communis omnibus verbis, vt filius moritur Clodio, nam nunquam morior cum datiuo legitur, & sicuti est communis omnibus ferè verbis, est quoque nominibus communis, vt sententia vtilis libertati, amicus omnibus; attamen aliquibus verbis est proprius, vt sunt actiua tertij ordinis, vt literæ scribuntur Ciceroni. Neutra tertij ordinis, faueo tibi, & deponentia tertij ordinis, *cui legi, cum vestra dignitas aduersaretur*, & sicuti aliquibus verbis proprius est, ità quoque aliquibus nominibus, vt similis tibi, his dispares.

Obijcies secundò: Datiuus in actiuis tertij ordinis potest transire in accusatiuum cum præpositione ad: ergò tunc erunt actiua primi ordinis, & non tertij. Antecedens probatur: dicimus mitto librum tibi, & ad te, Amicus scripsit literas nobis, & ad nos, & sic de reliquis: ergò datiuus in actiuis tertij ordinis potest transire in accusatiuum cum præpositione ad.

Respondetur primò: nego antecedens, ad probationē nego antecedens esse vniuersaliter verum; nam aliqua verba mutant datiuum in accusatiuum cum ad, non ratione regulæ, sed ratione verborum, quia talia verba significant motum, siue explicitum, siue latentem, vt in exemplis allatis in antecedenti; non tamen omnia verba possunt mutare datiuum in accusatiuum cum præpositione ad. Vel

Respondetur secundò: concedo totum argumentum; nam cum verba actiua tertij ordinis requirunt vltra nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem, accusatiuum cum præpositione ad, illa sunt actiua primi ordinis, neque hoc implicat.

DE

DE QVARTO ORDINE ACTIVORVM.

QVarti ordinis actiua verba vltra nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem animatum, poscunt alterum accusatiuum. Cic. in Pison. *Quid nunc te literas doceam?* & dicuntur verba transitiua, quia actio in duos accusatiuos transit.

Celo, as, aui, atum.	per tener nascosto
Doceo, es, cui, doctum.	per insegnare.
Exoro, as, aui, atum.	per pregare.
Oro, as, aui, atum.	per pregare.
Postulo, as, aui, atum.	per domandare.
Rogo, as, aui, atum.	per pregare, &c.

Celo per nascondere, vt celo te hanc rem: celo tibi hanc rem, de tertio ordine. Celo te de hac re, de sexto ordine, absque dipthongo, sed cum dipthongo significat scolpire, vt ego cælaui tuam effigiem in marmore. Hinc cælum, idest quasi cælatum, idest syderibus sculptum. Vel celum, quasi dictum celans hæc inferiora.

Doceo per insegnare, vt doceo te literas. Doceo te latine, græcè, doceo te fidibus, idest canere. Auuisare, bene te valere tuæ me docuerunt litteræ. Sallust. in Iurgur. *legatos miserat, qui Senatum docerent de cæde fratris.* Potest, & quinti esse ordinis Cic. in Brut. *Homo & græcis doctus literis, & latinis.* Sueton. dixit *græcè, & latinè doctus.* Dicitur, qui est doctus ad malè faciendum, ad fraudem, &c. Legitur doceo cum nominatiuo inanimato, Cic. pro Balbo, *nisi forte, quæ nos libri docerent, & Cn. Pompeium regiones ipsæ docere potuerunt,* & cum accusatiuo inanimato, vt doceo grammaticam, & grammatica docetur à me. Plin. lib. 33. *tantus erat docendæ*

Digitized by Google

artis oratoriæ quæstus. Ouid. 4. fast. *causa docendæ mihi est.* Malius lib. 4. *magna est ratio, bruitoque docendæ.* Nec casum pretium notantem reformidat. Plin. lib. 35. *Apelles docuit neminem minoris talenti.* Sic doceo nihilo pluris alijs, dimidio minoris tuo præceptore, magna mercede, grandi pecunia. Nolo ego tanti doceri.

Calceo per calzare, e ferrare. Hò calzato le calze al padrone. Calceaui herum tibialia. Hò ferrato la mula. Calceaui mulã soleas ferreas, vel soleis ferreis, de quinto actiuorum ordine. Il nostro commune amico d'Està si calza le coscioni, & le calzette, ma d'Inuerno le calzette sane. Amicus noster communis æstate calceat se femoralia, & tibialia, hyeme verò femineruralia.

Moneo, auuisare, e consigliare, vt moneo te hac re. Moneo te huius rei, de secundo actiuorum ordine, & moneo te de hac re, de sexto ordine. Eandem constructionem seruant admoneo, commoneo, & præmoneo. Sallust. in Iugurt. *eam rem noi locus admonuit.* Idem *nos tanti viri admonuit.* Cum infinito. Terent. *alij properare tempus nos admonet.*

Induo, vestire, vt induo Cæsarem veste, vel cum datiuo, vt induo vestem Cæsari. Cic. lib. 2. de finibus: *ex huius spolijs sibi, & torquem, & cognomen induit;* quo fit, vt indutas vestes etiam rectè dicamus. Virg. lib. 3. Georg. *vestesque rigescunt indutæ*, vel cum ablatiuo, vt induo Cæsarem veste. Induere vultum pueri, senis, virginis, regis, vt in comœdiis, vestirsi in forma di figliolo, di vecchio, &c. sic induere iudicem, vel personam iudicis. Induere animum virilem, muliebrem puerilem, est accipere.

Peto, domandare cum duplici accusatiuo, vt peto te auxilium, vel de sexto ordine cum præpositione a, vel ab, vt peto auxilium abs te. Petere aliquem ligno, lapide, gladio, assaltare, seù ferire. Petere aliquem calamo, est scriptis inuehi. Petere domum, portum, templũ, andare.

Po-

Digitized by Google

Posco, domandare cum duobus accusatiuis. Virgil. *pacem te poscimus omnes.* Cum ablatiuo a, vel ab, de sexto ordine. Lucan. *Vxor, & à charo poscet sibi facta marito.* Poscere aliquem in certamen, prælia, poculis, ludo, diffidare. Virg. *haud acrem dubites in prælia poscere Turnũ.* Cic. *ludis neminem poscunt*

Obijcies: Actiua quarti ordinis requirunt particulas, *mi, ti, si, ni, vi, li,* quod idem est, *à me, à te, à se, à noi, à voi, à quelli, vel al, alli:* Sed hæ particulæ denotant datiuum: ergò actiua quarti ordinis requirunt datiuum præter accusatiuum.

Respondetur, concedo maiorem, & distinguo minorem, hæ particulæ denotant datiuum, in actiuis tertii ordinis concedo minorem; in actiuis quarti ordinis nego minorem: ergo nego consequentiam; nam certum est has particulas denotare datiuum in actiuis tertii ordinis, non verò in actiuis quarti ordinis, cum denotent accusatiuum.

Contra vnus casus distinguitur ab alio, penès particulas, nam nominatiuus distinguitur à genitiuo, genitiuus à datiuo, datiuus ab accusatiuo, &c. per particulas: sed actiua quarti ordinis habent particulas datiui: ergò requirunt datiuum.

Respondetur concedo maiorem, & distinguo minorem, habent particulas datiui, in idiomate Italico concedo minorem; latio nego minorem: ergò nego consequentiam; nam actiua quarti ordinis habent vulgaria datiui in Italico idiomate, non verò in latino, & hoc quia, Italicum idioma apud nos est ferè corruptum, nam debemus dicere: Io insegno li scolari grammatica, & non dicere: Io insegno grammatica alli scolari; propter quam quòd illæ particulæ denotant patientẽ, qui in actiuis semper in accusatiuo ponitur,

Digitized by Google

DE QVINTO ORDINE ACTIVORVM.

QVinti ordinis verba actiua vltra nominatiuum agentem, & accusatiuum patientem cum ablatiuo puro construuntur. Cic. Academ. 4. *Ea Philosophia spoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus sensibus orbat.*

Dicuntur verba materialia, quando habent ablatiuum significantem materiam, vt spolio, onero, &c. dicuntur instrumentalia, quando habent ablatiuum instrumentum significantem, & sic omnia verba, quæ recipiunt ablatiunm instrumentalem sunt huius ordinis, vt magister verberat discipulos scutica, occidi inimicum ense, &c. dicuntur verba causalia, quando habent ablatiuum significantem causam. Dicuntur effectiua, quando habent ablatiuum significantem effectum.

Alo, is, alui, altum.	per nutrire.
Cibo, as, aui, atum.	per cibare.
Dito, as, aui, atum.	per arricchire.
Exonero, as, aui, atum.	per scaricare.
Fædo, as, aui, atum.	per imbrattare.
Orbo, as, aui, atum.	per priuare.
Priuo, as, aui, atum.	per priuare.
Spolio, as, aui, atum.	per spogliare.
Tego, is, texi, tectum.	per coprire.
Vestio, is, iui, itum.	per vestire, &c.

Orbo, per priuare di cosa cara, vt mors orbauit parentes filio, & filium parentibus, orbare se luce, acciecarsi. Priuo, priuare di cosa non cara, vt il Rè hà priuato i banditi, che non debbiano tornare à lor case. Rex priuauit proscriptos postliminio.

Affi-

Digitized by Google

Afficio, inducere, disponere. Iunctũ ablatiuo accipit significationem ab ipso, vt afficio te gaudio, dolore, voluptate, vulnere dedecore, &c. ideſt induco in te hæc omnia, vel diſpono te ad hæc omnia. Affectus participiũ, ideſt ægritudine correptus, vt es corpore malè affectus, mal diſpoſto, mal ſano.

Augeo, accreſcere, augeo te dignitate, honoribus, imperio, officijs, &c. Auctio eſt publica venditio alicuius rei. Auctionem facere, eſt publicè vendere. Auctuarium, quod præter menſuram datur, la gionta. Dicitur & appendix. Poteſt hoc verbum eſſe de tertio ordine, vt nè ſpem aduerſarijs augeremus.

Figo, ficcare, vt figo parietem clauo, & poteſt eſſe tertij ordinis, vt figo clauum parieti, vel cum accuſatiuo cum præpoſitione, in parietem, figere radices, eſt augere. Figere feram, ceruos, aprum, eſt vulnerare. Figere caſtra, eſt caſtramentari. Figere quidquam animo, eſt ſemper meminiſſe. Figere oculos in aliquem, vnde fixis oculis intueri, eſt attentiùs, accuratiùſque videre, vel conſiderare, Figere oſcula, pro oſculari, poeticum eſt.

Fundo, ſpargere. Fundere preces, pregare. Lacrymas piangere. Fundere vitam cum ſanguine, morire. Fundere copias, exercitum, hoſtes. Fundere aliquem vulnere, ſanguine, telo, enſe, eſt occidere. Fundere aliquẽ humi, eſt extendere. Mera iam mendacia fundis, ideſt dicis. Arbor fundit frondes, terra herbas, pratum flores, ideſt præbet. Sol, vel Luna ſe fundit per feneſtras, ſeu fundit radios, ideſt immittit.

Lacto, allattare, dare la zizza, quod propriè matrum eſt. Lacteo, ſucchiare la zizza, quod propriè infantium eſt.

Leuo, allegerire cum datiuo, & ablatiuo. Plaut. *Memini virgini pauperculæ, ſuæque matri me leuare paupertatem.* Cic. ad Attic. *Epiſtola tua me ægritudine leuauit.* Alleuio non eſt latinum. Leuare ſtomachum, vẽtrem, veſicam, eſt exonerare. Leuare morbum, podagram, fe-

Digitized by Google

febrim, est diminuere. Leuare sitim, curam, dolorem, laborem, est mitigare. *Igne leuatur hyems.*

Onero per caricare. Onerauí mulum sagmate. Nè dicas onerauí ligna, exonerauí sarcinam, leuaui pondera, sed ablatiuo casu ligni, sarcina, põderibus; nam in iis subauditur Iumentum, Mulus, Asinus, &c. sicut etiam nè dicas: spoliauí vestes, instruo mores, & cætera huiusmodi; sed ablatiuo casu, vestibus, moribus; nam subauditur accusatiuus rei animatæ.

Prohibeo, vietare. Prohibeo te domo mea; Prohibeo te à tanta fuste, aqua, ense, prohibere à se vim. Virg. *Prohibe infandos à nauibus ignes.* Prohibere prospectu, est intercipere, vt edita domus, turris, mons, arbor. Sallust. *Prospectum ager arbustis consitus prohibet.* Prohibere linguam à mendacio, dolo. Quid prohibet quominus facias, dicas, abeas. Cum infinito. Horat. *Infans, namque pudor prohibet plura profari.*

Sterno, distendere, vt sternere humum floribus; tabulis, tapetis, & sternere flores, ramos, tapeta humi. Acconciare, vt sterne thorum, sterne mensam. Metti tauola, concia il letto. Sterne equum, metti sella. Sterne asinum, elirellis, poni la barda all'asino. Sternere aliquem humi, idest dejcere. Sternere, prò interficere. Virg. *Sterne pœnos, Gallumque rebellem.*

Hæc possunt esse quinti, & tertij ordinis.

Spargo, enero, fundo, figo, & sterno, leuoque,
Augeo, conduplico, accumulo, atque impertio, dono,
Prohibeo quinti, & terni fecisse licebit.

Ex his verbis excipe tantum verbum Onero, nam ablatiuo, & non datiuo gaudet, licet Virg. dixerit: *quæ deinde badis onerarat Acestes*; nam cum datiuo recessit ab aula grammaticorum.

Obijcies: Particulæ *Di*, & *Del* denotant Italicum genitiui: sed quinti ordinis actiua post accusatiuum habent particulas Di, & Del ergò quinti ordinis actiua post accusatiuum debent habere genitiuum: ergò quado dicimus: Nõ solo m'adorna delle mie lodi, mà

anco-

ancora m'honora di lodi aliene, debemus dicere: non solum ornat me mearum laudum, sed etiam me honorat alienarum, & non meis laudibus, & alienis.

Respondetur distinguo maiorem, denorant genitivum, quando significant possessionem, concedo maiorem; quando non, nego maiorem, sed quinti ordinis activa habent particulas *di, del*, denotantes possessionem nego minorem: denotantes materiam, concedo minoremque nego primam, & secundam consequentiam. Non semper enim *di*, & *del* denotant genitivum, sed tantum quando iunguntur nominibus substantivis, & verbis significantibus possessionem. At quando iunguntur verbis significantibus materiam ponuntur particulæ *di, & del* in ablativo, vt Cic. pro Sex. *Nè Victor multis fortibus ciuibus Rempublicam orbaret.* Acciò vincitore non priuasse la Republica di molti cittadini costanti. Modò verba activa quinti ordinis sunt materialia, ideò particulæ *di, del*, non in genitivo, sed in ablativo ponuntur.

DE SEXTO ORDINE ACTIVORVM.

SExti ordinis activa verba vltra nominativum agentem, & accusativum patientem, cum præpositione a, vel ab construuntur. Cic. ad Att. 14. *Vos præsidium à nobis postulabatis.* Idem in Verr. 6. *à quo pocunbam grandem eripuerat.*

Dicuntur verba separativa, quia separationem, & dinortium denotant ratione præpositionis.

Accipio, is, accepi, acceptum.	Per pigliare.
Audio, is, iui, itum.	Per vdire.

Digitized by Google

Capio,is,cepi,captum.	Per pigliare.
Discо,is,didici,s.s.	Per imparare.
Eripio,is,eripui,ereptum.	Per liberare.
Haurio,is,hausi,haustum.	Per tirare fuora.
Intelligo,is,exi,ectum.	Per intendere.
Libero,as,aui,atum.	Per liberare.
Moueo,es,moui,motum.	Per mouere.
Pello,is,pepuli,pulsum.	Per discacciare.
Sumo,is,sumpsi,sumptum.	Per pigliare, &c.

Accipio. Accipere damnum, vulnus, iniuriam, est pati. Accipere benè, male, indignis modis, est tractare, accipere aliter ac est, ideſt aliter intelligere. Aliorsum mea verba accipis, ac dixi, ideſt in alium sensum intelligis. Audire. Virg. *Accipe nunc Danaum insidias.* Accipere excusationem, cautam est admittere. Accipere aliquem domo, hospitio, lautè, regio apparatu, hilari vultu. Benè acceptus, ben trattato, male acceptus, mal trattato.

Audio, vdire. Audire præceptorem, est se præceptoris disciplinæ tradere, hinc auditor pro discipulo. Audio pro credo, sed ferè cum negatione, vt nec Homerum audio. Audire benè, est laudari, hauere buon nome. Malè audire, vituperari, hauer mal nome.

Discо pertinet ad discipulum. Discо, quod ante nesciebam. Addiscо, cum aliquid addo. Ediscо, cum memoriæ mando. Dediscо, cum obliuiscor, quod sciebam.

Moueo, mouere. Mouere risum, est prouocare ad ridendum. Mouere bilem, stomachum, est prouocare ad iram. *Mouere Camarinam*, est sibi ipsi malum accrescere. *Mouere Crabrones*, est iracundos iracundiores facere. Mouere animo, est cogitare. Virg. *Multa mouens animo.* Mouere animum, est inducere, allicere. Mouere pro terrere. Cic. *Causa euentorum magis mouent, quam ipsa euenta.* Mouere sedes, est alio migrare. Mouere alium, est ciere, laxare, soluere. Hinc composita, amoueo sine D, discacciare; admoueo cum d accostare.

Sumo,

Sumo, pigliare. Sumere mutuum, vel mutuas pecunias. Sumere, ideſt expendere, vnde ſumptus tus tui, & ſumptuoſus, a, um. Sumere ſupplicium, vel pœnas de aliquo, eſt punire.

Exigo, riſcotere. Pro requirere, vt ſtudia otium exigunt. Exigere annos, ætatem, ſæcula, æuum, eſt viuere. Exigere ærumnam, eſt pati. Exigere fabulam, hoſtem, laxitudinem, aliquem ex domo, ex agro, eſt expellere; hinc exacti Reges, ideſt expulſi, vt *Roma exactis Regibus, quotannis bini conſules creabantur.* Exigere vitam, diem, noctem, tempus, eſt finire, vnde exactus, ideſt finitus, vt exacto bello certabimus, à guerra finita, exacto menſe, finito il meſe.

Traho, tirare Trahere colorem, ruborem, eſt accipere. Ouid. 3. Met. *Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem:* Trahere originem, nomen, eſt ducere. Trahere aliquem in ius, in iudicium, eſt coram iudice conuenire. Trahere vitam, eſt incommodè viuere. Virg. 2. Æn. *Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam.* Trahere penſum, ſtamina, fila, linum, eſt filare. Ea res me ab incœpto trahit, ideſt remouet. Trahere diem, noctem, vindictam, litem, tempus, promiſſa, eſt prolungare.

Obijcies primò: actiua ſexti ordinis poſt accuſatiuum patientem, ablatiuum cum præpoſitione *a*, vel *ab* requirunt: ergò etiam poſſunt requirere alias præpoſitione ablatiui, vt *abs, è, ex, de.*

Reſpondetur: concedo antecedens cum ſua conſequentia; nam nos dicimus ſexti ordinis actiua requirere has præpoſitiones ablatiui, *a ab, abs, è, ex, de.*

Contrà primò: ſi recipit has præpoſitiones: ergò poteſt recipere cæteras præpoſitiones ablatiui conſequētia probatur: non eſt maior ratio, cum poſſit recipere has præpoſitiones, & non cæteras, *ſ. abſque, ſine, clam coram, cum, palam.*

Reſpondetur concedo antecedens, & nego conſequentiam, ad cuius probationem negatur antecedens, & aſſignatur ratio, nam hæ propoſitiones dicuntur ſepara-

Digitized by Google

paratiuæ, cæteræ verò non sunt separatiuæ, sed communes omnibus verbis, & nominibus.

Contra secundò, hæ præpositiones, *a, ab, abs, e, ex, de,* sunt etiam communes nominibus; ergò non tantùm competunt verbis separatiuis. Antecedens probatur: *diuersus, alienus, fugitiuus, tutus, incolumis, liber, purus, alius* idest *diuersus, absonus, exul, profugus, degener, securus, immunis, &c.* recipiunt has præpositiones: ergò non tamè competunt verbis separatiuis. Antecedens probatur. Cic. de elect. *hæc à ratione diuersa sunt.* Idem act. 2. *alienus ab ætate.* Idem 6. in Verr. *fugitiui à Domino.* Cæs. bell. Gall. *portus tutus ab austro.* Cic. pro Planc. *incolumis à calamitate.* Idem pro leg. Manil. *prouincia libera à prædonibus.* Idem de Aruſp. *pura ab hac ſuſpicione,* &c. ergò, &c.

Reſpondetur; nego antecedens, ad cuius probationē nego antecedens, ad probationem cuius, dico quòd in tantùm hæc nomina accipiunt has præpoſitiones, in quantùm ortum trahunt à verbis ſeparatiuis, vt *alienus ab alieno, as, liber à libero, fugitiuus à fugio, tutus à tuto, as, verbo antiquo, exul, ab exulo, degener à degenero*; Cætera verò ſunt nomina ſeparatiua, quorū ortum à verbis ſeparatiuis trahunt.

Obijcies ſecundò: Actiui ordinis actiua verba conſtruuntur cum nominatiuo agente, accuſatiuo patiente, & ablatiuo cum præpoſitione *a, vel ab*; ſed ablatiuus cū præpoſitione eſt ablatiuus agens: ergò conſtruuntur cū nominatiuo agente, accuſatiuo patiente, & ablatiuo agente; ſed hoc eſt falſum: ergò falſum eſt conſtrui cū ablatiuo cum præpoſitione *a, vel ab.* Minor probatur: ille ablatiuus à quo prouenit actus eſt agēs; ſed ab ablatiuo cū præpoſitione *a, vel ab* prouenit actus: ergò eſt agens. Minor probatur, cum ego dico: ego audio lectionem à magiſtro, ego facio actum audiendi, lectio patitur, dum auditur à me: ergò etiam à magiſtro fit aliquis actus; nam ſi nullum efficeret actum, ego non audirem lectionem.

Re-

Digitized by Google

Respondetur: concedo maiorem, & nego minorem, ad cuius probationem concedo maiorem, & nego minorem, ad probationem cuius concedo antecedens, & distin. quo consequens, à magistro fit aliquis actus, in hoc themate: ego audio lectionem à magistro nego cõsequentiam; in alio themate, quod subauditur, nempè, quòd dicit lectionem concedo consequentiam, & dico, quòd à magistro nullus fit actus in themate audio.

Contra: omnis casus, vel est agens, vel patiens: Sed ille ablatiuus non est patiens: ergò est agens.

Respondetur: distinguo maiorem, omnis casus à quo prouenit actio, vel passio, est agens, vel patiens concedo maiorem; à quo non prouenit nego maiorem, & concedo minorem: ergò nego consequentiam; nam dantur casus agentes, & patientes, & qui non agunt, neque patiuntur, casus agentes sunt omnes nominatiui in actiuis, & omnes ablatiui cum præpositione *a, vel ab,* in passiuis, qui in actiuis fuere nominatiui; patientes sunt omnes nominatiui in passiuis, & accusatiui in actiuis: Cæteri verò casus non sunt, neque agentes, neque patientes, vt genitiuus in secundo actiuorum ordine, datiuus in tertio, accusatiuus inanimatus in quarto, ablatiuus purus in quinto, & ablatiuus cum præpositione *a, vel ab,* in sexto, qui dicuntur casus minus principales, & posteriores.

DE SEPTIMO ORDINE ACTIVORVM.

SEptimi ordinis actiua verba cum infinito post se, & casu infiniti construuntur, vt *spero auere lætos dies.*

Cu-

Digitized by Google

Cupio, is, iui, itum.	per desiderare.
Desidero, as, aui, atum.	
Existimo, as, aui, atum.	per pensare.
Nescio, is, iui, itum.	per non sapere.
Opto, as, aui, atum.	per desiderare.
Puto, as, aui, atum.	per pensare.
Spero, as, aui, atum.	per sperare, &c.

Notandum, quòd cum sermo non dicit respectum ad eum, qui est agens, sed ad alium facit transitum, necesse est vti obliquo, vt magister sperat suos discipulos amare virtutem: cum verò eadem res, & agit, & patitur, vel obliquo, vel recto vti possumus pro nostro libitu, vt puto me esse bonum, & ego puto esse bonus. Ego puto me amari ab omnibus, & ego puto amari ab omnibus.

Cupio, desiderare. Cupere alicui, pro benè velle. Voler bene, amare. Cic ad Quint. frat. lib. 1. *ego Fundanio non cupio à non amicus sum.* cupitus. a. m. participium oritur. Ouid. *Mars videt hanc, visamque capit, petitumque cupita.*

Desidero, desiderare. Desiderari aliquod dicimus, quando aliquod requiritur, vt hoc desideratur. Questo si ci ricerca. Cic. ad Att. lib. 4. *Sin erit bellum partes meæ non desiderabuntur*, id est non requirentur. Desiderari in acie milites dicuntur, qui in prælio ceciderunt, quod in recensione, quæ à prælio fieri solet non compareant. Curtius *in eo prælio quinquaginta millia desiderata fuere.* Desiderare in aliquo integritatem, est huiusmodi virtutem in aliquo requirere, mancare.

Nescio non sapere, vnde nescius. a. m. ignorante, che non sà. Virg. 1. Æn. *nescia mens hominum fati, sortisque futuræ.*

Despero. Dicimus desperare saluti. Cic. & *simul saluti desperare vetuit.* Desperare salutem, vel de salute. Desperatus in morbo, de quo nulla salutis spes habetur.

Du-

Digitized by Google

Duco, pensare. Ducere animo, est putare. Ducere dignum, consultum, necessarium, operæ pretium, est existimare. Ducere choreas, ballare. Ducere horas, tépus, dies, ideſt terere. Ducere ſuſpiria, ſuſpirare. Ducere vitam, viuere. Ducere ad calcem, metam, finem, Vmbilicum, est finire. Ducere aliquem in ius, in iudicium, est citare, vel accusare. Ducere agmen, copias, exercitum, est gubernare, vnde Dux, & ductor.

Scio, sapere, esser dotto. Scire fidibus, græcè, latinè, hebraicè. Hinc diminutiuum *sciolus, semidoctus, litteris leniter tinctus, qui cum in musarum ædem vix à limine inspexit, nihil tamen audet, falsaque eruditionis opinione intumescit.*

Hæc verba sunt huius regulæ cum post se infinitum requirunt, cum verò casus post se regunt, tunc iuxta qualitatem casuum, mutant regulam.

Aliqui grammatici post septimi ordinis verba actiua, addunt alia verba, & efformant octauum ordinem, & sũt *Audio, auſculto, recipio, benedico, maledico, prouideo, impero, iubeo, inuideo, timeo, metuo, &c.* quæ requirũt post se datiuum; At nos dicimus, quòd quando post se datiuum recipiunt, sunt verba tertij ordinis Neutra, & in ſignificatione paſſiua tantum in tertiis perſonis vſurpantur impersonaliter; & quando post accusatiuũ patientem datiuum recipiunt, sunt verba tertii ordinis actiua.

Nonnulli verò ſtabiliunt noni ordinis verba actiua, quæ ante, & post se cum nominatiuo construuntur, vt *ego doceo ſedens, ego oro adſtans, ego adoro ſupplex,* & cætera huiuſmodi.

Aliqui tandem decimi ordinis verba actiua ſtabiliunt, quæ ante ſe cum nominatiuo, post ſe verò sine vllo casu construuntur, vt *ego amo, ego canto, ego doceo, ego audio, &c.* vt *hei mihi non tuus eſt, iam ſcio, quiſquis amat.*

Iſti grammatici dari has tres regulas tali argumento probant.

Tot sunt regulæ verborum actiuorum, quot modi,

Digitized by Google

verba actiua variant casus: sed præter septem vari
nes, variantur tribus aliis modis; ergò præter sept
regulas, dandæ sunt tres aliæ. Maior patet, minor
batur: præter septem variationes, sunt quædam ver
actiua, quæ post se tantum requirunt datiuum, alia
nominatiuum à fronte, & à tergo; alia tandem
natiuum à fronte tantùm, & post se absolutè con
tur; ergò præter septem variationes, variantur tr
aliis modis; ergo dandæ sunt tres aliæ regulæ, sc
octaua, nona, & decima. Sed

Respondetur: concedo maiorem, & nego minor
ad cuius probationem dico, quòd quando verba
na tantum requirunt post se datiuum, non sunt ac
sed neutra tertiordinis. Quando verba actiua ha
nominatiuum à fronte, & à tergo, non sunt actiua c
latiua, cũ nominatiuus post verbum referatur ad
natiuũà front , vt cum dico: ego doceo sedẽs, ly se
dicit relationẽ ad nominatiuũ, ego, scilicet ego se
doceo, & sic de cæteris exemplis, in quibus subint
gitur tacitè casus iux à qualitatem verbi, vt in ex
plo allato, ego sedens doceo discipulos grammati
Quando verò ante se cum nominatiuo, & post se a
lutè construuntur, semper subintelligitur casus in
qualitatem verbi, vt ego canto, scilicet cantilena

DE VERBIS PASSIVIS.

VErbum passiuum est illud, quod in or definit, vt amor, & dempta R litera redit in actiuum, vt amo.

Obiicies *fœneror*, *mutuor*, *delector* desinunt in or, & dempta litera R redeunt in actiua: sed hæc verba non sunt passiua, sed deponentia: ergò falsum est verbum pas-

Digitized by Google

passiuum esse illud, quod in or desinit, & dempta litera R *in* actiuum redit.

Respondetur concedo maiorem, & minorem, cum hæc verba sint deponentia, & non passiua ob multiplices significationes, quas habent; nam alia est significatio *in o*, alia *in or*, & nè confundantur tot verborum significationes, grammatici hoc fecerunt, vt fusius in actiuis diximus: ergo falsum est, &c. nego consequentiam.

Contra est. A definitione ad definitum valet argumentari; hæc verba fæneror, mutuor, delector desinunt *in or*, & dempta litera R redeunt in actiua; ergò sunt verba passiua. Nec significationum multiplicitas tollere potest definitionis naturam, vt sit verbum quod desinit *in or*, & dempta litera R redeat in actiuum, & non sit passiuum.

Respondetur definitionè illis non competere, quia per illud *in or* desinere, denotamus quoque in passiua significatione collocari debere, quia cum proprium sit verbi passiui *in or* desinere, impropriè Deponentialiter significantium (hanc enim desinentiam deponentia acceperunt à passiuis,) ideò per proprium eius prædicatum tantum, & antonomasticè per desinere *in or* sufficit definire, quòd idem est, ac illud in passiua significatione casus regere. Licet ergò mutuor, adulor, &c. vertantur in actiua, tamen *ly* or habent deponentialiter, non in passiua significatione, ideòque nec definitio, nec definitum competit.

Dicitur passiuum ab hoc verbo patior, vnde passiuus, a, m. quia in hoc verbo semper relucet passio.

Obijcies; In verbo passiuo relucet actio; ergò non dicitur passiuum, quia relucet passio. Antecedens probatur; relucet ablatiuus agens cum præpositione *a*, *vel ab*, ergò relucet actio.

Respondetur; nego antecedens, ad cuius probationè concedo antecedens, & nego consequentiam; Nam actio, & passio stat penès casus rectos, & quia casus rectus denominatur patiens in passiuis, ideò passiuum di-

citur; aſt quia ablatiuus cum præpoſitione non eſt rectus, ideò paſſiuum denominatur, & non actiuum, ſicuti verba actiua, ideò dicuntur actiua ob rectum agentem, & non dicuntur paſſiua ob obliquum patientem.

Contra; *Denominatio fit à nobiliori*: ſed nobilior eſt actiò, quàm paſſio; *nam nobilius eſt agere, quàm pati*: ergò ſi verba paſſiua habent actionem in caſu obliquo, debent denominari potius actiua, quàm paſſiua.

Reſpondetur, concedo maiorem, & diſtinguo minorem, actio realis, & phyſica concedo minorem; metaphorica nego minorem, ergò nego conſequētiam. Certum eſt actionem eſſe nobiliorem paſſione realiter, & phyſicè, non verò metaphoricè; nam metaphoricè inter actionem, & paſſionem nulla intercedit nobilitas. Vnde hoc tantùm diſcrimen inter verba actiua, & paſſiua intercedit, quòd actiua primò proferuntur, quia actiua cauſant paſſiua, & ſicuti cauſa naturaliter ſuum præcedit effectum, ita actiua præcedunt paſſiua; & paſſiua ſunt cauſata ab actiuis. Modò actio præcedit paſſionē, quæ eſſe non poteſt, niſi ſit actio; ergò qui agit, incipit, qui verò patitur ad actionem ſequitur; at in paſſiuis verſa vice ſe habet, nam paſſio præcedit actionem.

Paſſiuorum tot ſunt ordines, quot actiuorum, vnde.

DE PRIMO ORDINE PASSIVORVM.

PRimi ordinis paſſiua verba requirunt ante ſe nominatiuum patientem, ab accuſatiuo patiente actiui factum, & poſt ſe ablatiuum agentem cum præpoſitione *a, vel ab*, mutatum à nominatiuo agente actiui, vt *Boni colunt Deum. Deus colitur à bonis.* Dicuntur verba ſimplicia.

Amor,

Digitized by Google

Amor, laudor, saluter, verberor, timeor, deleor, terreor, odior, spernor, audior, aperior, fastidior, &c.

Quando datur passiuum per verba Supino carentia in præteritis non potest fieri, quia non habent talia tempora, sed resoluuntur in actiua, vel per verba synonima, vt il maestro è stato temuto dalli discepoli, fit; discipuli timuerunt magistrum, vel magister formidatus fuit à discipulis, & sic de cæteris.

Passiua loco ablatiui cum præpositione à, vel ab, possunt requirere octauum casum more græcorum, cum ablatiuo careant. Cic. 5. in Verr. *tibi consulatus quærebatur, Metello paternus honor, & auitus negligebatur:* pro à te quærebatur, à Metello negligebatur.

Casus quos habent actiua vltra accusatiuum patientem non mutantur, cùm in passiua transeunt.

DE SECVNDO ORDINE PASSIVORVM.

Secundi ordinis passiua verba construuntur cum nominatiuo patiente, à tergo verò cum ablatiuo agente cum præpositione à, vel ab, dein cum genitiuo, pretium incertum, vel crimen speciale; vel ablatiuo pretium certum, vel crimen generale denotante, vt *tu accusaberis à tuo inimico superbiæ, vel alio crimine, dum libri empti fuerunt à te non tanti quanti valebant, sed decem nummis aureis.* Dicuntur verba iudiciaria, possessiua, & æstimatiua.

Digitized by Google

VERBA IVDICIARIA.

Absoluor, accusor, arguor, castigor, culpor, damnor, excusor, punior, reprehendor, &c.

Notandum est hic, quod in secundo actiuorum ordine diximus de verbis iudiciarijs, quò ad hæc pronomina, *meus, tuus, suus, noster, vester*, vt io t'accusarò di superbia, potest fieri duobus modis: ego accusabo te superbiæ, & ego accusabo superbiam tuam, vnde sic quoque in passiuis possumus dicere: tu accusaberis à me superbiæ, & tua superbia accusabitur à me. Hinc pro participijs passiuis dici posse firmiter substineo, vt l'auaritia accusata, & la scelleraggine ripresa, ogn'vno la disprezza. Auaritiam accusatam, & scelus reprehensum quisque spernit: Sed tutius dicemus: auaritiam, cuius aliquis accusatus fuit, & scelus, quo aliquis reprehensus fuit, quisque spernit.

VERBA POSSESSIVA.

Conducor, emor, æstimor, locor, redimor, reuendor, vendor, &c. Quidquid in actiuis diximus, sic quoque in passiuis dicimus: pretium certum in ablatiuo, incertum verò in genitiuo poni.

VERBA ÆSTIMATIVA.

Æstimor, Ducor, Habeor, Pendor, Putor, &c. Hæc verba, vt in actiuis, pro genitiuis habent hæc adiectiua, *tanti, tantidem, quanti, quanticumquè magni, pluris, &c.* vel substantiua, vt *flocci, nauci, pili, &c.* sic quoq; in passiuis.

DE

Digitized by Google

DE TERTIO ORDINE PASSIVORVM.

TErtij ordinis verba passiua construuntur à fronte cum nominatiuo patiente, à tergo verò cum ablatiuo agente cum præpositione à, vel ab, deinde cum datiuo, vt *lectiones declaratæ fuere a magistro discipulis.* Dicuntur verba acquisitiua.

Agor, commendor, daris, vel dare, feror, legor, mutuor, reddor, scribor, soluor, &c.

Hic ablatiuus agens cum præpositione à, vel ab, non potest in datiuum mutari propter amphibologiam duorum datiuorum, vt l'elemosina si dà da Francesco à Pietro, dicitur: eleemosyna donatur à Francisco Petro, non dices: eleemosyna donatur Francisco Petro.

Sunt in hoc tertio ordine quædam verba, vt *legor, soluor, dor, agor, significor, &c.* quæ videntur habere ante se nominatiuum patientem, attamen est datiuus, vt il Discepolo, il quale è stato letto dal Maestro, non hà fatto errore. Discipulus, cui lectio lecta est à Magistro non errauit. Il libro, che il libraro è stato pagato da me dieci carlini, nõ vale tãto quãto io l'hò pagato. Liber, proquo bibliopole soluti sũt octo caroleni à me, non valet tanti, quanti ego pro eo solui ei. La morte, che sarà data da me al mio inimico, sarà crudele. Mors, cui meus inimicus dabitur à me erit crudelis. Pietro, il quale era ringratiato dall'amico, spesse volte era auuisato. Petro cui agebantur gratiæ ab amico, sæpè significabatur ei, scil. aliquid. L'amico, il quale è stato scritto da me, nõ s'attristarà. Amicus, cui litteræ scriptæ fuere à me, non mærebit. Se tu mi chiamerai, non sarai resposto. Si tu me vocabis, tibi non respondebitur, &c.

Digitized by Google

DE QVARTO ORDINE PASSIVORVM.

QVarti ordinis verba passiua constituuntur ante se cum nominatiuo patiente, post se cum ablatiuo agente cum præpositione à, vel ab, dein cum accusatiuo rei inanimatæ, vt *ego doceor a magistro rhetoricam*. Dicuntur verba transitiua.

Celor, doceor, exoror, oror, postulor, rogor, &c.

Particulæ *mi, ti, &c. vel a me, a te, &c.* in hoc quarto passiuorum ordine in nominatiuo ponuntur animato, vt à te s'insegna la grammatica da Francesco. *Tu doceris* à Francisco grammaticam. Quod si non aderit nominatiuus animatus, sed tantum aderit accusatiuus rei inanimatæ, semper subintelligitur implicitè nominatiuus, vt la grammatica s'insegna, & la rettorica s'insegnarà, dices in plurali cum hoc nominatiuo, aliqui. Aliqui docentur grammaticam, & docebuntur rhetoricam. Hoc tutius, licet oppositum in verbis actiuis quarti ordinis dixerimus, cum Manilius dicat: *Magna est ratio, breuiterque docenda.* Plin. lib. 33. *Tantus erat docendæ artis oratoriæ quæstus.* Ouid. 4. fast. *Causa docendæ mihi est.*

Quando dicemus: la grammatica insegnata, le gratie domandate, tu le desideri, fit: grammaticam, quam aliqui docti sunt, & gratias, quas aliqui postulati sunt, tu desideras. Si deuono insegnare le cose facili. Aliqui docendi sunt facilia, sed de his fusius in participijs.

Digitized by Google

DE QVINTO ORDINE PASSIVORVM.

QVinti ordinis verba passiua construuntur ante se cum Nominatiuo patiente, post se cum ablatiuo agente cum præpositione à, vel ab, dein cum ablatiuo, vt *tu spoliaberis à me omnibus bonis.* Dicuntur verba materialia, effectiua, instrumentalia, & causalia.

Alor, cibor, exoneror, fædor, orbor, priuor, spolior, &c.

Particulæ, *mi, ti, &c. vel a me, a te, &c.* in hoc quinto passiuorum ordine in nominatiuo ponuntur, vt mi è stata spogliata la veste da Pietro. Ego spoliatus fui veste à Petro. A te si caricheranno cento bastonate dal Maestro. *Tu oneraberis à Magistro centum verberibus.* Quòd si non aderit nominatiuus animatus semper subintelligitur implicitè, vt la tua robba si carica. Oneratur tua supellectile, non tua *suppellex*, & subintelligitur iumentum, vel equus, vel nauis, vel seruus, vel currus. Le vesti si spogliano, e si caricano li trauagli. *Aliqui spoliantur vestibus*, & onerantur anguſtijs.

Quãdo dicimus, le vesti spogliate, le legna caricate, noi le compraremo, fit: Vestes, quibus aliquis spoliatus fuit, & ligna, quibus mulus oneratus fuit, nos ememus. La veste degna d'essere spogliata è buona. *Vestis; qua aliquis dignus est, vt spolietur, est bona.* Si deuono caricare le legna. *Aliquis debet onerari lignis.*

Digitized by Google

DE SEXTO ORDINE PASSIVORVM.

SExti ordinis verba passiua construuntur cum nominatiuo patiente ante se, post se cum dativo, deinde cum ablativo cum præpositione à, vel ab, vt *lectio audita est mihi à Magistro.* Dicuntur verba separativa. *Accipior, audior, capior, discor, eripior, haurior, intelligor, liberor, moueor, pellor, sumor, &c.*

Diximus hunc sextum ordinem post se cum dativo construi, & hoc ratione amphybologiæ duorum ablativorum cum præpositione à, vel ab, quia non posset cognosci ablativus agens cum præpositione, ab ablativo separativo, qui quoque habet talem præpositionem. Hæc amphybologia tamen non cadit in omnibus ablativis; sed dumtaxat in animatis, nam in inanimatis veimur duobus ablativis cum præpositione, vt il povero non sarà bandito da Dio dal Cielo. Pauper non relegabitur à Deo à Cœlo.

Verbum discor caret supino, & consequenter caret præterito, vnde si aliquod thema datur per tale tempus, vertitur in actiuum, vt molte cose sono state imparate da me dalli dotti. Ego didici multa à doctis.

DE SEPTIMO ORDINE PASSIVORVM.

SEptimi ordinis verba passiua construuntur ante se cum ablativo agente cum præpositione, post se verò, vel cum recto, vel cum obliquo, vt *à me erat*

Digitized by Google

creditur esse bonus, vel me esse bonum.

Cupior, desideror, existimor, nescior, optor, putor, speror, &c.

Huius septimi ordinis verba actiua duobus modis in passiua mutantur; vno personaliter, & accusatiuus præcedens infinitum in nominatiuo ponitur, vt multi existimauerunt Æolum tenuisse ventos. A multis Æolus existimatus fuit tenuisse ventos; altero impersonaliter, vt à multis existimatum fuit Æolum tenuisse ventos.

DE VERBIS COPVLATIVIS

PASSIVIS.

VErba copulatiua passiua construuntur à fronte, & à tergo cum nominatiuo, & quandoque adiungitur ablatiuus cum præpositione. Sallust. in coniur. Catilinæ. *Marcus Tullius, & Caius Antonius declarantur Consules. Tu haberis prudens ab omnibus.*

Appellor, credor, dicor, æstimor, feror, habeor, iudicor, nominor, videor, vocor, &c.

Hæc verba pendent à passiuis, & rectius copulatiua appellantur, cum similem casum copulent ante, & post se; & licet habeant aliam constructionem, hic tamen annectuntur, pròut secundum aliquam eorum partem construuntur cum duobus rectis, ergò dici possit: ego celebror à cunctis, quia contingit dicere: ego celebror iustus, &c. ideò ad copulatiua passiua pertinent.

Dicuntur hæc verba ferè ab omnibus grammaticis Vocatiua, sed perperam, cum non omnia sint vocatiua, vt ex ipsorum consideratione patet.

Dices, illa verba dicuntur vocatiua, quæ duos rectos vocant: sed hæc verba duos rectos vocant: ergò dicenda sunt vocatiua. Re-

Digitized by Google

Respondetur: nego maiorem; Nam verba neutra, & Deponentia quoque vocant duos rectos, & tamen falsũ est vocatiua vocari, sed vocantur copulatiua; ità hæc verbá habent duos casus rectos, ideoque copulatiua vocari debent, & cum sint passiua rectius iudicamus copulatiua passiua vocari.

Particula *per* ponitur in nominatiuo, vt tu sei tenuto per dotto. Tu haberis doctus. Le donne di questa Città sono state celebrate per caste. Mulieres huius Ciuitatis celebratæ fuere castæ. *Ly per* in actiua significatione in accusatiuo ponitur, vt io celebro le donne per caste. Ego celebro mulieres castas.

Da quoque ponitur in nominatiuo, vt tu sei tenuto da pazzo, e non da saggio. Tu haberis insanus, & non sapiens. In actiua significatione in accusatiuo, vt io ti tengo da pazzo, e non da saggio. Ego habeo te insanum, & non sapientem.

Quando dicimus, tu ti chiami Francesco, & io Carlo, fit: Tu vocaris, nominaris, appellaris Franciscus, & ego vocor, nominor, appellor Carolus. Tibi est nomen Franciscus, & mihi est nomen Carolus. Tibi est nomen Francisci, & mihi nomen Caroli. Tibi est nomen Frãciſco, & mihi nomen Carolo.

Videor, eris, per esser visto, & parere, res quæ videtur, idest quæ apparet in datiuo, quem referunt illæ particulæ, *mi, ti, ni, vi, á me, á te, á noi, á voi, &c.* vt Che ti pare di me? Quid ego tibi videor? Pietro mi pare pazzo. Petrus mihi videtur insanus. Che ti pare di Frãcesco? quid tibi videtur Franciscus?

Requirit hoc verbum post se infinitum, vt mi pare vedere l'amico molto sconsolato. Mihi ego videor videre amicum multùm infælicem. Vi pare spendere molti danari. Vobis vos videmini impendere multos nummos, sed quando habet particulam, *che*, semper nomen post talem particulam ponitur in nominatiuo, & concordatur cum verbo videor, vt mi pare, che Pietro fà profitto nella grammatica. Mihi Petrus videtur pro-

Digitized by Google

proficere *in* grammatica. Mi pare, che le dõne nel parto hanno la morte auanti gl'occhi. Mulieres mihi videntur habere mortem ante oculos in partu. T'è parso, che le donne habbiano conseruato la robba. Mulieres tibi visæ fuere conseruasse bona. Sed alibi fusiùs.

DE VERBIS NEVTRIS.

VErbum neutrum est illud, quod *in o*, vel *in i*, vel *in um*, desinit, & accepta *r*, littera, latinum non est, nisi impersonaliter, vt seruio, & non dicitur seruior, nisi impersonaliter, seruitur, seruiebatur, seruitum est.

Obijcies primò: *Vapulo, væneo, liceo, exulo, fio* sunt verba neutra, & tamen non se habent impersonaliter: ergò falsa verbi neutri definitio.

Respondetur: distinguo antecedens, sunt verba neutra cum additamento concedo antecedens: sinè nego antecedens: ergo nego consequentiam; Nam hæc verba dicuntur neutra, sed cum additamento, hoc est passiua. Dicuntur neutra, quia neutralem litteraturam habent; Dicuntur verò passiua, ob passiuorum significationem, quam habent: Et hanc ob rationem impersonaliter his vti non possumus, nam non dicitur, *vapulatur, vænitur, licetur, exulatur*, sed sufficit neutraliter passiuo modo, dicere, *vapulat, vænit, licet, exulat*; licet de verbo fio personaliter dicatur: *Rex fletit attonitus, iubet, vt vindicta fiatur*, tamen non est in vsu, & ab aula grammaticorum recessit.

Contra est primò: *gaudeo, mæreo doleo, &c.* sunt verba neutra, & tamen non sunt passiua, nec se habeat impersonaliter; nam non dicimus gaudetur, mæretur, doletur, &c. ergò licet verba neutra passiua non habeant se impersonaliter, tamen hæc quæ non sunt passiua, deberêt se impersonaliter habere: sed hoc est falsum: ergò falsa verbi neutri definitio.

Re-

Digitized by Google

Respondetur: *gaudeo, mæreo, deleo, &c.* sunt verba Neutra concedo, & non sunt passiua nego; nam dicimus quoque esse verba Neutropassiua, cum habeant neutrorum vocem, & passiuorum significationem, & ante se cum nominatiuo patiente construantur, & animi, aut corporis affectus, pathemata, & passiones exprimant.

Contra est secundo: *memini, odi, noui, cæpi,* &c. sunt verba neutra, & non sunt neutropassiua: ergò saltem hæc verba deberent se habere impersonaliter: sed hoc est falsum: ergò &c.

Respondetur: concedo antecedens, & nego consequentiam; concedo minorem subsumptam, & nego cõsequentiam; nàm hæc verba sunt neutra, sed defectiua, & manca, & ob defectum, quem habent non se habent impersonaliter.

Contrà est tertiò: *sum, es, est,* cum compositis est verbum neutrum, & non passiuum, neque defectiuum; ergò saltim hoc verbum se habere deberet impersonaliter; sed hoc est falsum; ergò &c.

Respondetur; concedo antecedens, & nego consequentiam; Nam (vt de impersonalibus passiuæ vocis dicemus) impersonale passiuæ vocis deducitur à verbis desinentibus *in o*, quæ nominatiuum agentem postulant, putà ab actiuis, neutris acquisitiuis, transitiuis, & absolutis; vnde *vapulo, væneo, exulo, liceo, fio. Gaudeo, mæreo, doleo, caleo, tepeo, &c. memini, odi, noui, cæpi, pepigi, & sum, es, est,* licet sint neutra non possunt formare impersonale passiuæ vocis. Concedo minorem subsumptam, & nego consequentiam.

Contra est quartò; Illa verba, quę desinunt *in o*, & habent nominatiuum agentem formant impersonale passiuæ vocis; sed verba neutra, quarti ordinis desinunt *in o*, & habent nominatiuum agentem; ergò verba neutra quarti ordinis, formant impersonale passiuæ vocis; sed hoc est falsum; ergo &c. minor subsumpta proba-

tur;

Digitized by Google

Verba neutra quarti ordinis in passiua significa-

tio-

tione habent personas: sed quod habet personas est personale, & non impersonale, cum impersonale careat numeris, & personis, & semper obliquo casui coniungatur: ergò falsum est verba neutra quarti ordinis formare impersonale passiuæ vocis. Minor probatur: verba neutra quarti ordinis in passiua significatione, sic efferuntur: terra aratur, & terrę arantur: sed hę sunt personæ: ergo verba neutra quarti ordinis in significatione passiua habent personas.

Respondetur, concedo totum argumentum, & nego minorem subsumptam, ad cuius probationem nego maiorem, ad probationem cuius distinguo maiorem; quando sunt passiua personalia concedo maiorem, passiua impersonalia nego maiorem, & concedo minorem, & distinguo consequens in passiua significatione personaliter concedo consequentiam; in significatione passiua impersonaliter nego consequentiam. Verba enim neutra quarti ordinis in passiua significatione dupliciter considerantur, vel vt habent personas, vt terra aratur, & terræ arantur, & sic non neutra, sed passiua personalia sunt; Vel prò vt personis, numerisque carent, vt aratur, arabatur, aratum est, & sic impersonalia sunt.

Verum enim verò inter grammaticos magnum dissidium est, an verba, quæ sunt in quarto ordine neutrorum, sint verè neutra, an actiua primi ordinis? Ast ego, vt veritatem, quam sector, ingenuè fatear, inter verba actiua primi ordinis illa collocarem, cum eorum constructionem seruent, cum habeant in passiuis personas tertias vtriusque numeri, duo participia, actiua arans, & araturus, & duo passiua, aratus, & arādus: nisi primæ, & secundæ personæ in passiuo repugnarent, natura non disposuit nominatiuos animatos pari istorum verborum actus; nam naturæ repugnat dicere: ego aror, tu araris, nos aramur, vos aramini, cum post se hæc verba in significatione passiua non ha-

Gram. error.

habeant accusatiuos animatos, sed tantum inanimatos, quos indifferenter habent actiua, vt amo virtutem, amo Platonem. Et licet quidam Philosophus interrogatus, quidnam ageret? Respondisse fertur: *Planto hominem*. Hæc metaphorica, & impropria fuit responsio. Sed de his suo loco.

Grammaticorum grex considerans Neuter a. m. esse aliquod vtrique contrarium, & significare, nec hoc, nec illud, nemine dissentiente sancitum fuit: Verbum neutrum esse illud, quod non est, nec actiuum, nec passiuum. Sed quàm hallucinatur! nam si verbum neutrum diceretur illud, quod non est, neque actiuum, neque passiuum, sequeretur, quod deponens quoque diceretur neutrum: nam deponens non est, neque actiuum, neque passiuum: sed hoc est falsum: ergo falsum est, verbum Neutrum dici illud, quod non est, neque actiuum, neque passiuum. Hinc

Notandum, quod neutrum dicitur illud, quod est differens ad hoc, vel ad illud, v.g. *homo in puris naturalibus consideratus dicitur neuter ad gloriam, & ad pœnam, quoniam potest habere gratiam, & obicem peccati. Superficies dicitur neutra ad hunc, vel illum colorem. Aqua est neutra ad vinum, & acetum, quoniam potest contrahere saporem vini, & aceti:* Ita à pari verbum neutrum est indifferens ad actiua, & passiua, quoniam potest habere significationem actiuam, & passiuam. Hoc clarè patet, nam neutrum habet desinentiam actiuam, quoniam actiuum habet desinentiam in o, & hanc eandem habet neutrum, exceptis defectiuis. Habet significationem actiuam, vt seruio, aro, eo, &c. exceptis defectiuis, & neutro passiuis. Neutrum habet tantum significationem passiuam, vt discipuli vapulant à Magistro, hoc thema habet passiuam significationem, & non habet passiuorum desinentiam, nam non coniungatur ad passiuorum formulam, non dicitur enim vapulor, sed vapulo. Vnde

Dico

Gram. error.

Digitized by Google

Dico verbum Neutrum dici illud, quod nõ eſt determinatè actiuum, neque determinatè paſsiuum, ſed interdum actiuum, interdum verò paſsiuum.

Probatur primò: Verbum neutrum habet deſinentiam, actiuam, & ſignificationem actiuam, & habet ſignificationem paſsiuam, & deſinentiam actiuam: ergò de ratione in communi verbum neutrum dicitur illud, quod non eſt determinatè neque actiuum, neque determinatè paſsiuum, ſed interdum actiuum, interdum verò paſsiuum.

Probatur ſecundò: Diſcrimen inter verbum actiuum, & neutrum hoc eſt, nam actiuum eſt determinatè actiuum, paſsiuum determinatè paſsiuum; neutrum verò non eſt actiuum, nec paſsiuum, ſed interdum actiuum, interdum paſſiuum: ergò verbum neutrum eſt indifferens ad actiuum, & paſſiuum, ſed interdum ob deſinentiam dicitur actiuum, ob ſignificationem paſsiuum.

Obijcies: omne verbum, vel agit, vel patitur: ergò omne verbum, vel eſt actiuum, vel paſsiuum: ergò non datur verbum neutrum.

Reſpondetur, concedo antecedens, & primam conſequentiam, & nego vltimam. Argumentum magis probat, quam probare deberet. Noſtra concluſio non eſt: An detur verbum neutrum? ſed Neutrum dici illud, quod non eſt determinatè actiuum, neque determinatè paſsiuum, ſed interdum vtrumque, hanc concluſionem argumentum impugnare deberet, & non probare non dari verbum Neutrum; ſatisfaciam tamen obiectioni. Certum eſt omne verbum, vel eſſe actiuum, vel paſsiuum, cum in eſſentiali verbi definitione dicamus: Verbum eſt pars orationis declinabilis, cum tempore, & perſonis, ſine caſu, aut agere, aut pati ſignificans; attamen verbum neutrum dicitur actiuum quò ad deſinentiam, & quò ad ſignificationem, *vt ſeruio, aro, &c.* & dicitur actiuum quò ad deſinentiam, & paſsiuum quò ad ſignificationem, *vt vapulo,*

Digitized by Google

exulo. gaudeo, &c. & sic solum sequitur verbum neutrum non esse determinatè actiuum, neque determinatè passiuum, sed inter vtrumque. Verba communia sunt dupliciter passiua, quò ad desinentiam, & quoad rem, *vt* ego amplector ab amico, & est actiuum quò ad rem tantum, quoniam habet casus, & significationem actiuorum, & est passiuum quò ad desinentiam, *vt ego amplector, osculor*, &c. Verba deponentia deponunt significationem, & casus passiuorum, non deponunt tamen passiuorum desinentiam, *vt sequor, imitor*, &c. Attamen habent actiuorum significationem, & sic nullum dari verbum, quod non sit actiuum, vel passiuum.

Contra est primò: Neutrum dicitur illud, quod non est, nec hoc, nec illud: ergò verbum neutrum dicitur illud, quod non est, neque actiuum, neque passiuum.

Respondetur: distinguo antecedens, neutrum dicitur illud, quod non est, nec hoc, nec illud determinatè concedo antecedens; indeterminatè nego antecedens, & distinguo consequens, non est neque actiuum, neque passiuum, determinate concedo consequentiam; indeterminatè nego consequentiam. Verbum enim neutrum est indifferens ad actiuum, & passiuum, & tamen potest esse vtrumque.

Contra est secundò: Nullum verbum potest esse actiuum, & passiuum: ergò falsum est verbum neutrum posse esse simul actiuum, & passiuum. Antecedens probatur; Nulla res potest esse simul agens, & patiens: ergò nullum verbum potest esse actiuum, & passiuum.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem cuius distinguo antecedens, sub eadem ratione concedo antecedens; sub diuersa nego antecedens; ergò, distinguo consequens eodem modo. Certum est, nulla res potest esse agens, & patiens sub eadem ratione; benè tamen sub diuersa ratione. Modò in casu nostro verbum neutrum sub diuersa consideratione potest esse actiuum quò ad vocem, & quò ad significationem, &

Digitized by Google

quò ad vocem actiuum, & passiuum quò ad significationem. Præterquamquòd verbum commune est actiuum, & passiuum; actiuum quò ad significationem; passiuum quò ad vocem, & quò ad significationem. Verbum deponens est actiuum quò ad significationem, & passiuum quò ad vocem, scil. quò ad desinentiam.

DE PRIMO ORDINE NEVTRORVM.

PRimi ordinis verba neutra ante, & post se nominatiuum expetunt, Plaut. *Voluptas est malorum esca.* Dicuntur neutra copulatiua, quia duos rectos casus copulant.

Ambulo, as, aui, atum.	Per caminare.
Compareo, es, rui, ritum.	Per comparere.
Dormio, is, iui, itum.	Per dormire.
Euado, is, si, sum.	Per diuentare.
Fio, is, factus sum.	Per esser fatto.
Iaceo, es, cui, s.	Per giacere.
Sum, es, fui.	Per essere.
Volo, as, aui, atum.	Per volare.

Sum, es, est, dicitur verbum substantiuum, quia substat cæteris verbis in resolutione, vel quòd est substantia aliorum verborum, vt amo, idest amans sum. Præter hoc reliqua omnia dicuntur verba adiectiua. Cum omnibus casibus construi potest præter accusatiuum transitiuè positum.

Construitur absolutè, & sine casu posteriori, vt

Digitized by Google

Deus est, Troia fuit, Athenæ fuerunt.

Cum duobus nominatiuis, vt *obliuio est remedium iniuriarum. Honor est præmium virtutis.*

Cum genitiuo, & tunc aliàs possessionem significat, vt *vitia, quæ sunt amici, si feras, facis tua.* Alias habitum quendam, vt rosa est iucundi odoris. Puer est bonæ indolis, ideſt habet.

Cum datiuo interdum simplici, & significat habeo, vt *sunt nobis mitia poma*, ideſt habemus. Habens in datiuo, res habita in nominatiuo locatur. Interdum duplici, & significat dare, vt est mihi lucro, damno, honori, voluptati, risui, &c.

Cum ablatiuo puro, & tunc significat habitum, ideſt quod, vel corpore, vel animo habemus, vt puer est acri ingenio, modesto vultu, ideſt habet.

Cum infinito, vt *mortem optare malum est, timere peius. Summa Sapientia est patienter necessitati parere.*

Composita verbi substantiui sunt: *Absum, adsum, desum, insum, obsum, possum, præsum, prosum, subsum, supersum.*

DE SECVNDO ORDINE

NEVTRORVM.

SEcundi ordinis verba neutra cum nominatiuo patiente, & genitiuo constituuntur, Cic. *Si virtutis, & artium egebit.* Dicuntur verba copiæ, vel inopiæ.

Egeo, es, gui. ss.	Per hauere bisogno.
Indigeo, es, gui, s. s.	Per esser bisognoso.
Memini, isti.	Per ricordarsi.
Misereſco, is. s. p. & s.	Per hauere misericordie.
Satago, is, agi.	Per esser curioso, diligente.
Sum, es, fui.	Per essere.

Egeo,

Digitized by Google

Egeo, & indigeo præter genitiuum, vt Cic. Philip. *hoc bellum indiget celeritatis*, etiam ablatiuum requirũt, vt in verbis quinti ordinis dicemus. Admittunt, & infinitum. Gel. lib. 4. *hoc planè indigeo addiscere.*

Memini cum genitiuo. Senec. lib. 5. controuers. *Illa dum meminit nouerca, matris oblita est.* Cum accusatiuo. Virgil. in Buccol. *numeros memini, si verba tenerem.* Per far mentione cum genitiuo, vel ablatiuo cum de, vt memini cædis, vel de cæde. Iungitur infinito æquè præsentis, ac præteriti temporis. vt memini videre, vel vidisse. Per raccordare ad altri fit per verbum memoro.

Misereſco per mouersi à misericordia. Virg. 2. Æn. *His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltrò.* Iungitur cum genitiuo, vt Virg. 8. Æn. *Arcadij quæso miserescite regis*, & cum accus. Apul. *miserescimus omnes.*

Satago, hoc verbum videtur compositum ex sat, & ago, vndè sategi præteritum, satactum supinum facit. Est autem satagere anxium esse, & detorqueri difficultate rei alicuius conficiendæ. Terent. *Clinia hic etsi is quoque suarum rerum satagit.* Questo Clinia, benche esso ancora è trauagliato nelle cose sue. Apuleius lib. 8. de Asin. inquit: *satis agites rerum suarum colono.* Plaut. Bacch. 4. 3. *Nunc agitas sat tuè tuarum rerum*, idest tu satagitas rerum tuarum. Iungitur quoque ablatiuo cũ præpositione de Gel. lib. 9. *instruebatur acies à consultibus de vi, ac multitudine hostium satagentibus.* Cum præpositione in, satagis in congerendis opibus. Inter. *Martha satagebat circa frequens ministerium.*

Sum, vt Cic. 8. epist. 29. *Sum Attici nostri.* Ad hunc ordinem verborum neutrorum pertinent illa verba neutra, quæ habent casus communes æstimationis, pretij, valoris, vel criminis, vt, est, sum, es, est, per essere in stima, in conto, preggio, e valore, habet genitiuos pretij positos in secundo actiuorum ordine, *magni, parui, luris, minoris, tanti, quanti, &c.* Ouid. in epist. Penelopæ ad Vlyſ. *Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit.* Plaut. *oratio vel pluris est huiusce, quàm quanti empta est.* Per Dio il par-

lare di costei vale più, e di più stima, che è stata comprata. Cic. in Verr. act. 5. *in nullo loco frumentum tanti fuit.* Ad Quint. fr. *noli spectare, quam hoc sit, parui pretij est.* Plaut. *fateor me esse præminimi pretij.* Idem *pluris pretij est mortuus, quam ego.*

Consto, as, constiti, constitum, per constare, esser cõprato, venduto, pasciuè semper ad hunc ordinem spectat, vt il libro quanto consta, quanto s'è comprato, quanto s'è venduto? libellus quanti constat? sesquicaroleno. Constat *tanti, pluris, minoris, magno, paruo, &c.* significat esser composto, fatto, cum præpositione ex, vt homo constat ex anima, & corpore. *Fides nostra constat ex auditu.* Significat valere, vt *libra constat duodecim vncijs, vncia constat decem drachmis, drachma constat tribus scrupulis, scrupulus constat viginti granis.*

Valeo, es, lui, litum, per valere, esser di prezzo. Pretium in accusatiuo ponitur, vt meus Equus valet triginta tres aureos. Benè valere, & malè valere, significat star sano, cioè bene, ò star male, absolutè construitur. Cic. *si vales benè est, ego quidem valeo.* Sed quando dicimus, come stette l'amico del suo male, della febre, della disenteria, delli flussi del corpo? An valuit amicus à suo morbo, à febre, à dysenteria, à Diarrhæa? nondum conualuit.

DE TERTIO ORDINE NEVTRORVM.

TErtij ordinis verba Neutra cum nominatiuo agente, & datiuo patiente construi debent. Cic. 4. Catil. *Consulite vobis, prospicite Patriæ.* Dicuntur verba acquisitiua.

Assur.

Digitized by Google

Assurgo,is,exi,ectum,	per alzarsi à far riuerézza
Benedico,is,xi,ctum,	per benedire.
Cedo,is,cessi,cessum.	per dar luoco.
Faueo,es,ui,autum.	per fauorire.
Noceo,es,cui,itum.	per nuocere.
Occurro,is,rri,rsum.	per incontrare.
Parco,is,peperci,parcitum.	per perdonare.
Repugno,as,aui,atum.	per repugnare
Seruio,is,iui,itum.	per seruire.
Studeo,es,dui,s.s.	per studiare.
Vaco,as,aui,atum.	per attendere,&c.

Hæc verba non habent significationem passiuam, vndè si aliquod thema in significatione passiua datur, vertitur in actiuam, & agens in nominatiuo, patiens verò in datiuo ponitur, vt li padroni sono seruiti da i serui. Serui seruiunt dominis. Vel fit impersonale passiuæ vocis, & patiens in datiuo, agens verò in ablatiuo cum præpositione a, vel ab, vt da voi è stato vbedito il maestro. A vobis obeditum est magistro. Le lettioni sono state studiate da Pietro. Petrus studuit lectionibus, non potest fieri impersonale, sed vertitur in actiuã significationem, quia hoc verbum caret supino.

Quando dicitur: s'hà da seruire, è bisogno seruire, hà da essere seruito, si deue seruire il padrone, fit per gerundium casus nominatiui; seruiendum est domino.

Si hæc verba in significatione passiua verbis seruilibus coniungantur, vertuntur in actiuam; le lettioni si cominciano à studiare da noi. Nos incipimus studere lectionibus. Vel fiunt impersonalia passiua, & verbum seruile in tertijs personis singulariter, à nobis incipe studeri lectionibus.

Quando dicimus; hoggi non si può seruire, non si può studiare, &c. fit, nemo potest seruire, nemo potest studere, & subintelligitur datiuus. Attamen si verbis dominantibus in passiua significatione coniungantur, vt io desidero esser seruito dall' amico, fit impersonale

Digitized by Google

passiuum, vt ego cupio mihi faueri ab amico, vel per infinitum, ego cupio amicum fauere mihi. Tu vuoi essere vbedito da tutti. Tu vis tibi obediri ab omnibus, & tu vis omnes obedire tibi.

Quando dicimus in passiua significatione, il seruito, l'obedito, il fauorito, &c. vel resoluitur in actiuam, vt il pouero seruirà, obedito, e fauorito, tutti l'anderà no ad incontrare. Pauperi, cui aliquis seruiuit, obediuit, & fauit, omnes obuiabunt. Vel fit per impersonale passiuum, vt pauperi, cui seruitum est, obeditum est, & fautum est, omnes obuiabunt.

Particula *senza* in hoc ordine iuncta infinito præsenti passiuo fit non cum participio absoluto, & concordat cum agente, vt tu senza essere fauorito dal Giudice, hai vinto la lite. Tu vincisti litigium, iudice non fauente. Tibi. Vel resoluitur, vt tu vincisti litigium, cum iudex non faueret tibi. Si non adsit agens, illa particula *senza*, fit nemine cum participio absoluto. Io posso finire li miei negotij sẽza essere souuenito. Ego possum complere mea negotia, nemine subueniente mihi. Vel resoluitur per cum, ego possum complere mea negotia, cum nemo subueniat mihi.

At particula *senza*, iuncta cum præterito infiniti resoluitur per cum ad præteritum subiunctiui, vt Camillo senza essere stato seruito da te, hà consegnito il suo desiderio. Camillus, cum tu non seruiueris ei, consequutus est suum desiderium.

Quando dicimus, tu sei degno d'essere fauorito, seruito, &c. fit, tu es dignus, cui aliquis faueat, seruiat, &c. Vel per impersonale passiuum, tu es dignus cui fauea tur, seruiatur ab aliquo.

Parco, is, parsi, parsum. Per conseruare, e sparagnare. Parco, is, peperci, parcitum, per perdonare. Tu perdoni l'errore à me. Tu parcis errori meo, sic tuo, suo, nostro, vestro, & alieno. Io perdono l'errore à Francesco. Ego parco errori Francisci, vel per actiua, condono, remitto, ignosco errorem Francisco. Per astinentia

cum

Digitized by Google

tum datiuo, vel ablatiuo, vt parce lacrymis, labori, sumptui, cædibus. Lasciare. Virg. 1. Æn. *Parce metu Cytherea*, & 3. Æn. *Parce pias scelerare manus*. Hauere rispetto. Dido ad Æneam. *Nec mihi tu parcas puero parcatur Iulo*.

Seruio, accusatiuus seruitutem huic verbo quandoq; accidit. Cic. pro Murena: *sapientes, si seruitutem seruiunt reges*. Gel. lib. 2. *Diogenes Cynicus seruitutem seruiuit*. Multaque alia neutra accusatiuum cognatæ significationis asciscunt. *Dormit Epimenidis somnum*. *Edormit crapulam hesternam*. *Gaudeo tuum gaudium*. *Oleo vnguentum*. *Doleo tuum dolorem*. *Duram viuo vitam*. *Pugno pugnam infælicem*. *Curro cursum*. *Decurro spatium*. Ex his autem, eaque sunt absoluta, actiua censeri possunt, cum etiam passiuam interpetrationem recipiant. Ouid. *Tertia viuitur ætas*. Martial. *Tota mihi dormitur hyems*.

Studeo variè construitur, per studiare cum datiuo. Cic. lib. 1. de legib. *Iuri te studere memini*. cum accusatiuo. Cic de reditu suo: *cum verò litteras studere cæpit*. Cum in Gel. lib. 10. *Si quis in ea re studebat*. Cum in Fab. lib. 10. *Poetæ in id solum student*. Per fauorire cum datiuo. Cic ad Att. Pom. *Scauro studet vtrum fronte, an mente dubitatur*. Per ingegnarsi, sforzarsi cum infinito. Cic. in Catil. *quos ego non tam vlcisci studeo, quam sanare*.

Vaco per attendere, vt vaco litteris, gloriæ, diuitijs. Mancare, non hauere, & esser senza, vt vaco pecunia, liuore, odio. Crumena ære vacat. *Culpa vacare maximũ est solatium*, & est de quinto neutrorum ordine. Aliquãdo additur præpositio, *a, vel ab*, vt magister vacat à labore.

Deuoueo, es, ui, uotum, per far voto, votare. Cic. 3. off. *Quid Agamenon? cum deuouisset Dianæ*. Interdum idem est, quòd prætuio voto morti sese dedere. Virgil. 12. Æn. *quorum se deuouet aris*, per maledire. Ouid. *Illi ego deuoueo, quem mens intelligit Ibin*. Hinc *deuotus*, maledetto. Ouid. in epist. *Medeæ*: *Vouite de nato saniæ, virgo, toro*.

Hæ-

Digitized by Google

Hæreo,es,si, sum, per stare accostato. Virg. *hærent parietibus scalæ.* Et quoniam, qui in re aliqua dubitat non mouetur, ideoq; hæreo pro dubito, aliquando ponitur, Terent. in Eun. *hæreo, quid faciam.* Hærere in pictura, in virgine, in alicuius vultu, est eorum aspectu delectari. Hærere immoto vultu, vel fixis oculis, est contemplari. Hærere alicui, est fauere. Hærere pro morari. Terent. *lingua hæret metu.* Virg. *vox faucibus hæsit.* Hærere ossibus de macilentis dicitur. Virg. *vix ossibus hærent.* per accostare admoueo actiuum.

Incumbo, is, bui, bitum, per attendere, vt incumbere virtuti, & præter datiuum, etiam cum accusatiuo cum ad, vel, in. Cic. ad Att. *Incumbamus ad illa clara studia.* Idem lib. 3. *in eam rem incumbis.* Cum datiuo, vel accusatiuo, cum, in, pro violenter irruere. Virg. *Incumbuere mari.* Fabius. *Magna vis venti in mare incumbuit.*

DE QVARTO ORDINE

NEVTRORVM.

QVarti ordinis verba neutra cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente construuntur. Varro. lib. 1. de re ruſt. *Terram arant agricolæ.* Et habent passiuum in tertijs personis vtriusque numeri, vt terra aratur, & terræ arantur ab agricolis. Dicuntur verba tranſitiua.

Aro, as, aui, atum.	per arare.
Bibo, is, bibi, bibitum.	per beuere.
Cæno, as, aui, atum.	per cenare.
Filo, as, aui, atum.	per filare.
Planto, as, aui, atum.	per piantare.
Rigo, as, aui, atum.	per adacquare.

Se-

Digitized by Google

Semino,as,aui,atum.	per semina re.
Texo;is,xui,xtum.	per texere.
Vindemio,as,aui,atum.	per vindemiare.

Differunt hæc ab actiuis, actiua enim possunt facere transitum per accusatiuum, tàm in rem inanimatam, vt amo virtutem, quàm in animatam, vt amo Platonẽ, non repugnante natura. Hæc autem solum in rem inanimatam, vt fodio agrum, semino triticum, nam aro hominem, non verè dicitur, quia natura repugnat: Et idcircò carent prima, & secunda persona in passiuis: sũt enim hæ semper animatæ, quæ his verbis non conueniunt, licet habeant primam, & secundam personam in passiuis figuratè tamen per Prosopopæiam. Ouid. *toto que exerceor anno.* Idemque *quæriturque incendia tellus.*

Ad quarti ordinis verba neutra pertinent verba, quæ licet habeant accusatiuum patientẽ, & aliqua eorum etiam habere possunt accusatiuum personæ, nullatenus passiua fieri non possint, præcipuè in primis, & secundis personis, quia non sunt in vsu, ita sunt omnia anomala, & alia defectiua, vt

Cedo, es, est, comes, quæso quæsumus, volo, malo, nolo, memini, odi odisti, cæpi, cæpisti, noui, nouisti, pepigi, pepigisti, &c.

Aro propriè significat terram iàm proscissam rursus vomere euerto. Per translationem ponitur pro coire. Plaut. *fundum alienum arat, incultum familiarem deserit,* id est alienas mulieres subagitat, vxorem suam deserit. Dicitur arator arat terram bobus, & non cum bobus.

Bibo, is. Plaut. *Vide, quo Cyathos hos bibimus.* Bibere etiam accipitur pro studiosè audire. Horat. lib. Carm. 2. *pugnas, & exactos tyrannos densum humeris bibit aure vulgus.*

Texo, est propriè telam conficere. Tibull. lib. 2. Eleg. 3. *illa gerat vestes tenues, quas fæmina coa texuit.* Per translationem texere ponitur pro componere, scribere, vt texere corollam, texere historiam.

Con-

Condos, is, didi, ditum, per edificare, vt condere Vrbem, Palatium, domum, &c. Per componere, vt condere Carmina. Per riponere, vt formicæ æstate condũt frumẽtum. Per sepelire, hinc *conditorium*, ideſt sepulchrũ. Condo, is, diui, ditum per condire, far saporito.

Decoquo, is, p. c. per paidare, consumare, scemare cuocendo, significat paulatim, & pedetentim diminuere, & coquendo absumere. Plin. lib. 31. cap. 3. *Neronis principis inuentum est decoquere aquam.* Ita decoquere mustum, vel aliud ad tertias, & quartas. Per transmutare. Plin. lib. 22. *omnem succum alienum in venenum decoquit.* Interdum est substantiam consumere, & creditores solutione defraudare, quòd sæpè euenit ijs, qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur translatione sumpta ab ijs rebus, quæ ad ignem diutiùs commoratæ ad nihilum redigi solent. Decoquere creditoribus suis est fidem fallere, hinc *decoctor*, ris, il falluto.

Excerno, is, excreui, stum, per purgare. Colum. lib. 2. *in aream frumenta sic aggerenda, vt omni flatu possint excerni.* Excernere, pro onus ventris deijcere, cacare. Cels. lib. 5. *in inferiores partes, eaque excretura sumus, emittit.* Hinc excrementum, purgamentum, & stercus.

Fodio, is, fodi, fossum. per cauare, fossare. Liuius lib. 8. bell. Pun. *Argentum incolæ fodiunt*, sic fodere metallũ. Hinc fodina. æ. miniera, vt auri fodina, vbi foditur aurum; argenti fodina, vbi effoditur argentum. Significat ferire. Plin. lib. 2. cap 63. *fodere ense iugulum*, hoc est ferire. Significat vccidere. Salluſt. in Catil. *pugnando confoditur.* Transfodio, est ab vno latere ad aliud fodio. Ouid. *Gemino transfodit vulnere pectus.*

Meto, is, messui, messum, per metere. *Qui parcè seminat, parcè, & metet. Tibi seris, tibi eidem metis*, ideſt tuum facis commodum. Mihi isthic, nec seritur, nec metitur, ideſt hoc nihil, vel ad damnũ, vel ad emolumẽtum meũ pertinet. *Alienam messem metere*, est circa laborem alienis frui sudoribus. *Vt sementem feceris, ita & meres,*

ideſt

ſideſt, vt alijs feceris, ita & tibi fiet. *Adhuc tua meſſis in herba eſt*, ideſt immaturam foues ſpem, & quod ſperas longius abeſt. *Meſſe tenus propria viue*, ideſt ſumptum, facito pro modo facultatum tuarum, quod Perſius dixit; *tuo te pede metire.*

Sapio, is, ſapui, ſapitum, per hauer ſapore, propriè pertinet ad ſenſum guſtus, proprièque res ipſa ſapere dicitur, quæ habet in ſe aliquem ſaporem, vt Dapes fumum, vel *empyreuma*, ideſt aduſtionem ſapiunt, per ſapere. Plaut. *Deſiſte, rectè ego rem meam ſapio.* Per eſſer ſauio. Idem, *feliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit. Solus ſapit*, adagium in Sciolum, & glorioſum. *Sapere patruos*, prouerbialiter, pro parentum, aut veterum mores imitari. *Serò ſapit*, in eum dicitur, qui à malo edoctus ſapit. Sapere ſibi, dicitur qui ſuo ſtudet commodo.

Sero, is, ſeui, ſatum, per ſeminare. Cæſ. bell. Gall. *Frumenta non ſerunt, ſed lacte, & carnibus viuunt.* Significat plantare. Cic. 1. Tuſcul. *Serit arbores, quæ alteri ſæculo proſint.* Per translationem ſignificat generare, vndè ſatus, ideſt generatus. Virg. *Satus Hercule pulchro.* Per translationem quoque dicimus, ſerere bella, & ſerere certamina, ideſt mouere lites, & pugnas. Hinc ſator nomen verbale, ſeminatore, qui ſerit, aut plantat, & accipitur pro creatore, vel genitore.

Sitio, is, hauere ſete, vt ſitit aquam. Transfertur etiã ad plantas, quæ tunc ſitire dicuntur, cum æquo ficciores ſunt, humoremque deſiderant, eſſer ſecco. Virg. 5. Geor. *cum ſitiunt herbæ.* Aliquando pro vehementer cupere. Cic. Philipp. 5. *qui ſanguinem noſtrum ſitiebat.* Paſſiuo ſitior vſus eſt. Ouid. lib. 1. Faſtor. *quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Suo, is, ſui, ſutum, per cucire. Vnde ſutores, qui calceos ſuunt. Quidam à ſue hoc verbum deduci exiſtimant, eò quòd huius animalis ſetis in ſuendo ſutores, vtantur.

Volo, vis, volui, volitum, per volere. Terẽt. in Andr.

Quis

Digitized by Google

Quis me vult. Cic. 5. in Verr. *quæ volebatis à Verre*, cum præpositione separatiua. Cum datiuo. Hoc quid sibi vult? questo che significa? Volo te verbis paucis, scil. alloqui. *Velit, nolit*, pro velit, an non velit. Cic. ad Q. fr. lib. 3. *Craſſum Iunianum hominem mihi dedisum per me deterruit, velit nolit, ſcire difficile eſt.*

DE QVINTO ORDINE

NEVTRORVM.

QVinti ordinis verba neutra cum nominatiuo patiente, & ablatiuo agente puro conſtruuntur, vt *gaudent ſudoribus artes.*

Et affectiua dicuntur, quia affectum, ideſt paſſionem expgimunt. Vel effectiua dicuntur, quia cum ablatiuo puro conſtruuntur, qui effectiuus appellatur.

Accuſatiuum cum præpoſitione ob, vel propter non magis hæc ipſa verba, quàm reliqua videntur exigere, vt amo te ob pulchritudinem, canto ob lætitiam, faſtidio ob paupertatem.

Ardeo, es, arſi, arſum.	per bruſciarſi.
Doleo, es, dolui, dolitum.	per dolerſi.
Ferueo, es, ferui, & ferbui, s. s.	per bollire.
Gaudeo, es, gauiſus, ſum.	per allegrarſi.
Langueo, es, langui.	per ſtar languido.
Mœreo, es, mæſtus ſum.	per attriſtarſi.
Stupeo, es, ſtupui.	per ſtupirſi.
Tepeo, es, tepui.	per eſſer tepido.
Turgeo, es, turſi.	per eſſer gonfio.
Vireo, es, virui.	per eſſer verde, &c.

Ardeo, ardere iracundia, amore, deſiderio, cupiditate,

ce, eſt conſumi, teneri. Ardeo puellam, ideſt impatienter amo. Virg. *Corydon ardebat Alexim.* Deſiderare Virg. *Patriæque mori pro mœnibus ardent.* Per ſtraluce re, idem *ardebat murice lana.* Cremo, as, per ardere, e bruggiare actiuum eſt.

Doleo cum refertur ad corpus eſt neutrum tertij ordinis, vt dolent mihi dentes, aures, oculi. Caput mihi dolet. Venter dolet puero. Mihi miſero malæ dolent. Præterquamquòd dici poteſt hæc res dolet mihi. Dicitur & doleo ab animo, ab oculis, ab auribus. Quando refertur ad alia dicimus, doleo tuum infortunium, infortunio, e de infortunio, & tuum infortunium dolet mihi.

Gaudeo varios ſibi copulat caſus, ablatiuum propriè. Terent. *Vt malis gaudeat alienis.* Datiuum Cic. *tibi gratulor, mihi gaudeo.* Accuſatium cum propter. Cic. de finibus. *Nec gaudere quemquam, niſi propter corpus, nec dolere.* Ablatiuum cum de Plin. in Panæg. *Quouſque abſentes de abſente gaudebimus.* Accuſatiuum. Cic. ad Q. fr. *De Brittannicis rebus nihil eſt, nec quod metuamus, nec quod gaudeamus.* Gel. lib. 9. *Latona gaudium gaudebat genuinum, & intimum.* Infinitum, vt iuuentus gaudet laudari, ludere, &c. Gaudere in ſinu, eſt apud ſe lætari, & ſua ſorte contentum eſſe. Allegrarſi di cuore. Ouid. *Qui ſapit in tacito, gaudeat ille ſinu.* Lætifico, & exhilaro, allegrare actiua ſunt.

Stupeo varios admittit caſus. Ablatiuum. Horat. lib. 1. Sat. 4. *Stupet Albius arte.* Cic. Att. 5. epiſt. vlt. *Ob hæc beneficia, quibus illi ſtupuerunt.* Accuſatiuum. *Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.*

Laboro, per faticare. Senec. *Iugiter fodiendo laborat.* Arma laborare, ideſt laborando conficere. Per translationem laborare ſignificat eſſere infermo, vt laborare quotidiana, tertiana, quartana. Laborare podagra, chiragra. Plin. *Succus eius podagra laborantibus prodeſt.* Laborare ex renibus dicimus. Cic. Tuſcul. *Laborare ex dolore puerperij.* Significat componere, lauorare, Virg.

Digitized by Google

Virg. 2. Æn. *Arte laboratæ vestes*, ideſt compoſitæ. Ager laboratus dicitur, qui benè cultus eſt. Laborare re frumentaria, hauere penuria di frumento, Laborare fame, ſiti, &c.

Valeo, es, lui, valitum, Valere potere, eſſer ſano, gagliardo, robuſto. Semper enim in bonam partem ſumitur, niſi aliud addatur, vt malè valeo, æger ſum. Valere ingenio, eſt poteſtate, vel ingenio plurimum poſſe. Cum ad pretium pertinet, ſi pretium exprimatur in ablatiuo ponitur. Imperatiuo vale, in diſceſſu vtimur, aut in calce epiſtolarum, quemadmodum ſalue in acceſſu, aut etiam in principio litterarum.

Notandum eſt primò, quòd quando in his verbis adſunt hæ particulæ, *mi, ri, ſi, ni, vi, li*, thema fit per verba huius ordinis, vt mi rallegro della tua ſalute; Gaudeo tua ſalute, ſed cum hæ particulæ non adſunt, fit per primi ordinis verba actiua, vt il giorno rallegra l'huomini. Dies lætificat mortales.

Notandum eſt ſecundò, quòd pleraque huius ordinis verba habent ſynonima actiua per verbum facio, vt *caleo calefacio, feruco feruefacio, ſtupeo ſtupefacio, tepeo, tepefacio, &c.*

Notandum tertio: Nonnulla ex his ablatiuum cum præpoſitione poſteriorem, proinde, ac vera paſſiua accipere. Cic. lib. 2. de Diuinat. *Et caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu.* Ouid. lib. 1. Met. *Vetus humor ab igne percaluit Solis.* Et lib. 2. Faſt *A vento, qui fuit, vnda tumet.* Lattan. de Phœnice. *Cum Phœtonteis flagraſſet ab ignibus axis.*

Sono, cano, & ludo cum habeant ablatiuum inſtrumenti, ad verba huius ordinis reducuntur.

Ad conſtructionem huius ordinis reducuntur hæc, quæ ſequuntur verba, dum ablatiuo puro gaudent. *Abundo, as. Careo, es. Egeo, es. Indigeo, es. Exubero, as. Scateo, es. Vaco, as.*

Abundo, affluo, & exubero ſignificant idem, vt pauperes abundant miſerijs. Sed quando ſignificat abon-

dare

dare gl'altri, fit per augeo verbum actiuum. Quandoq; abundo inuenitur cum genitiuo. Lucull. lib. 8. *Quarum abundemus rerum, & quarum indigeamus.* Potest etiam dici, hæc res abundat mihi, loco dicendi, ego abundo hac re. Cornel. Cels. *Tenuioribus magis sanguis, pleniorib⁹ magis caro abundat.*

Careo per hauere bisogno, mancare, esser senza, vt careo dignitate, & propriè de eo dicitur, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus, vel de eo quod habere desideramus, vt careo dignitate, nam illam habere vellem, quò circa non benè dicitur, careo febre, quia illam nolumus. Egeo verò, vel indigeo significant semper hauere bisogno illarum rerum, quas nunquam habuimus, & aliquando nunquam vellemus, vt ego egeo pharmaco. Construitur autem aliquando cum genitiuo. Terent. *Nam dum abfte fum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues, præter quam tui carendum, quod erat.* Aliquando cum accusatiuo. Plaut. *Id quod amo careo.* Significat esser lontano. Cic. Att. lib. 9. *Roma caremus.*

Vaco, per star di senza, esser vacante, non hauere, vt *vacare culpa magnum est solatium.* Crumena ære vacat. Esser vacante absolutè construitur. Plaut. *Fac, vacent ædes.* Aliquando cum præpositione à, vel ab. Sallust. in Cic. *Cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat.* Vacare à studijs, hauere vacanza, non attendere agli studij. Hoc carmen vacat: ideſt superfluum est. Per attendere cum datiuo, vt vacare litteris, gloriæ, parsimoniæ, &c.

DE SEXTO ORDINE

NEVTRORVM.

SExti ordinis verba neutra cum nominatiuo patiẽte, & ablatiuo agente cum præpositione à, vel ab construuntur, vt *Discipulus vapulat à Magistro.* Dicuntur verba neutra passiua, quia in actiua voce passiuè, & significant, & construuntur.

Exulo, as, aui, atum.	per andare, ò stare in essilio.
Nubo, is, psi, ptum.	per maritarsi.
Liceo, es, cui, citum.	per essere prezzato.
Vapulo, as, aui, atum.	per esser battuto.
Vęneo, is, iui, vel nij, vęnũ.	per esser venduto.

Exulo habet post se casus communes status, & motus, vt exulo à Regno, Roma. Stò bandito dal Regno, da Roma. Exulo in Regno, Romæ, Càpreis. Stò in essilio, confinato, differrato nel Regno, in Roma, in Capri. Sed quando post se habet ablatiuum agentem cum præpositione à, vel ab animatum, tunc fit per relegor passiuum, vt io sono bandito dal Prencipe dalla Patria. Ego relegor à Principe à patria, & non fit per exulo; dicitur tamen, exulo meo crimine, vel alieno. Dicitur quoque exulo Scipione, significat io son bandito per causa di Scipione, & significat causam occasionalem, non verò agentem.

Nubo refertur ad fœminas, & significat pigliar marito, requirit post se datiuum, vel ablatiuum cum præpositione cum vt Liuia nupsit Cæsari, vel cum Cæsare. Quando refertur ad viros fit per verbum duco, & significat pigliar, vt Cesare si marita con Liuia. Cæsar ducit Liuiam in vxorem. Nubo respuit ablatiuum animatum cum præpositione à, vel ab, vt Liuia nupsit

à suo

à suo Patre, sed fit per verbum collocor, vel dor, daris, & nuptui, vel actiuè colloco, & do nuptui, vt Francesco maritò sua figlia con Pietro. Franciscus collocauit suam filiam in matrimonium Petro. Liuia fù maritata da suo padre. Liuia data fuit nuptui, nuptum, vel ad nuptum à suo patre.

Liceo, per esser incantato, offerirsi il prezzo all'incanto, & apprezzarsi, potest habere omnes casus ad verba possessiua pertinentes, simul etiam cum genitiuis, pluris, minoris, tanti, quanti, &c. vt suus equus quanti licuit, triginta, an quadraginta aureis? Per vendere all'incanto actiuè fit per subijcio voci præconis, vt tu hai venduto all'incanto la vigna di Giouanni. Tu subijcisti vineam Ioannis voci præconis. Liceor, & licitor sunt deponentia per offerire il prezzo all'incanto, apprezzare, incantare. Licet, licebat, est impersonale actiuæ vocis, esser lecito.

Veneo significat vendor, habetque eandem omninò constructionem. Ipsum, quod venditur, in nominatiuo ponitur, & is à quo venditur in ablatiuo cum præpositione, cui autem venditur, in datiuo, vt mancipia veniere mihi à mangone centum aureis: sed nonnunquam venditor, & pretium rei non explicatur, Plaut. *Quibus hic pretijs porci veneunt*, Varr. *Veneunt propter penuriam magno.*

In hoc ordine annumerari possunt, *malè audio*, ideſt vituperor, & *benè audio*, ideſt laudor. Tacit. in Dialog. *legisti Ciceronem à Caluo malè audiſſe*, ideſt vituperatum fuisse. Cic. de finibus lib. 3. *est hominis ingenui velle benè audire à bonis viris*, ideſt laudari.

Insuper, & huius ordinis sunt.

Cado, is, cecidi, casum.
Occido p. c. is, occidi, occasũ. } per esser ammazzato.
Pereo, is, perij, peritum.
Intereo, is, rij, ritum.

Ouid. lib. 5. met. *Magna feres tacitas solatia mortis ad*

vmbras, à tanto cecidisse viro, ideſt interfectum fuiſſe. Idem lib. 12. *Primiſque ſub annis occidit à forti (ſic Dij voluiſſent) Achille.* Idem lib. 3. de Pont. *Diſcipulo perij ſolus ab ipſe meo.* Cic. lib. 2. off. *Phalaris non a paucis interijt.*

Sunt quædam verba, quæ à grammaticis Neutro-paſſiua appellantur, quia in præteritis, & ijs, quæ à præteritis perfectis deriuantur, retinent litteraturam, ſeù vocem paſſiuorum, in cæteris verò neutrorum, & variè conſtruuntur.

Audeo, es, auſus ſum. Fido, is, fiſus ſum. Fio, fis, factus ſũ. Gaudeo, es, gauiſus ſum. Mæreo, es, mæſtus ſum. Nubo, is, nupta ſum. Prandeo, es, pranſus ſum. Cano, as, atus ſum. Soleo, es, ſolitus ſum.

Audeo, accuſatiuo, vel infinito iungitur, vt audeo magnum nefas, & audeo conuiciari tibi. Virg. *Audeat; viris concurrere virgo.* Ouid. epiſt. Penelop. ad Vlyſſ. *Auſus es ò nimium, nimiumq; oblite tuorum, Tracia nocturno tangere caſtra dolo.*

Fido datiuum poſtulat. Virg. 9. Æn. *& fidere nocti.*

Fio, veteres facior dicebant voce paſſiua, vndè apud Catonem legitur: *Græco ritu faciebantur Saturnalia.* Hinc remanſit præteritum factus ſum. Horat. ode 13. *fis anus, & tamen vis formoſa videri.* Componitur fio penè cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur facio, exceptis præpoſitionibus, cum quibus rarò componitur, vt *calefacio, calefio, tepefacio tepefio, &c.* Ponitur quandoque pro æſtimari. Cic. in Cælio. *Ille finis eſtimandi eſt, vt quanti quiſque ipſe faciat, tanti fiat ab amicis.* Fieri poteſt pro poſſibile eſt. Cic. de amic. *Neque fieri poſſit, vt non ſatim alienatio facienda ſit.*

Soleo cum infinito. Virg. *Vndè omnis Troia videri, & Danaum ſolitæ naues, & Achaia caſtra.*

Digitized by Google

DE SEPTIMO ORDINE

NEVTRORVM.

SEptimi ordinis verba neutra ante se nominatiuum agentem, post se nullum casum sine congrua præpositione regunt, vt *eo ad scholam, venio à foro.* Dicuntur absoluta, ideſt perfecta sine obliquo. Possunt esse similium copulatiua, si adiectiuum post se habent, *vt venio ſtratus, tu incedis ſuperbus.*

Accedo, is, essi, essum.	per accostarsi.
Curro, is, cucurri, cursum.	per correre.
Discedo, is, ſi, ſſum.	per partirsi.
Eo, is, iui, itum.	per andare.
Maneo, es, mansi, mansum.	per dimorare.
Nauigo, as, aui, atum.	per nauigare.
Pugno, as, aui, atum.	per combattere.
Redeo, is, iui, itum.	per ritornare.
Surgo, is, rexi, ectum.	per leuarsi in sù.
Transeo, is, iui, itum.	per passare.
Venio, is, ueni, tum.	per venire, &c.

Eo, ire obuiam, siue obuius occurrere. Ire infitias est negare. Ire pilento, naui, equo, pedes, equos, pedester, equester. Ire suspenso gradu, est ingredi pedum digitis. Ire in sententiam alicuius, est esse eiusdem sententiæ.

Nauigo p.c. cum accusatiuum habet est quarti ordinis. Virg. 1. Æn. *Gens inimica mihi Thyrrenum nauigat æquor.* Sed sæpiùs absolute ponitur. Cic. *cum iam in alto nauigarent.* Terent. *ego in portu nauigo*, ideſt à periculo absum. Tutum est in portu nauigare. Cum præpositione. Nauigo ad aliquem locum.

Pugno refertur ad animata. Cic. pro Balbo, *qui cum*

Digitized by Google

hoste non procominus in acie sæpè pugnauit. Pugnare pugnã ideſt manus conſerere. Significat, quandoque eſſer contrario, e differente. Horat. in ſerm. *Quid mea cum pugnat ſententia ſecum?* quãdoque conari. Ouid. de remed. am. *pugnat in aduerſas ire natator aquas.* Dicimus ob varias ſignificationes huius verbi, pugno, in hoſtem, aduerſus hoſtem, cum hoſte, & apud Poetas, hoſti.

Surgo dicitur à ſurſum, & rego. Cic. *ille multò ante lucem ſurrexit.* Hinc ſurgere venti dicuntur, cum veluti ſe erigentes flare incipiunt. Virg. *& ſando ſurgentes demoror Auſtros.* Aliquando ſignificat creſcere, ſeù naſci, vndè arbores cæteraque vegetabilia ſurgere dicũtur cum ſeſe ab humo in altum pedetentim attollunt. Surgere etiam dicuntur ædificia cum paulatim à fundamento ad tecti culmen attolluntur. Quandoque tranſfertur à corpore ad animum. Virg. *Quę nunc animo ſententia ſurgit?* ideſt oritur.

Abeo, is, iui, itum, per partirſi, & andare. Abire in flammas eſt incendio perire, aut nimio amore. Ouid. met. *Sic Deus in flammas abÿt.* Abire pro mutari, Idem met. *In villos abeunt veſtes, in crura lacerti.* Abire in deſuetudinem, in conſuetudinem, in abuſum, in obliuionem, in præceps.

Iaceo, es, cui, s. s. iacere ad pedes, vel ad genua. Iacere graniter, eſt graui morbo laborare, vel decumbere. Iacet oratio, ſtylus, carmen, cum frigida ſunt, & humilia. Iacent ſtudia, ideſt frigent. Iacent pretia rerum, ideſt vili res vendũtur. Ouid. *Pauper vbique iacet,* ideſt contemnitur. Quandoque accipitur mortuum eſſe, aut ſepultum, eò quòd mortuorum cadauera nihil aliud poſſunt, quàm iacere. Luc. lib. 8. *Ille iacet latæ paci, quem prætulit orbis.*

Tendo, is, tetendi, tenſum. Per audare. Virg. 1. Æn. *Per tot diſcrimina rerum, tendimus in latium.* Tendere iter, vel viam, eſt iter facere. Tẽdere pro conari. Virg. *Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.* Tendere brachia, palmas, manus ſupplices ad aliquem, pro extendere.

Digitized by Google

dere. Tendere arcum baliſtam. Pro tentoria ponere. Virg. *Sæuus hic tendebat Achilles.* Tendere inſidias, vel retia hominibus, vel animalibus, eſt inſidiari. Terent. *Accipitri rete non tenditur.*

Volo, per volare. Proprium eſt alas habẽtium. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. *Nempè, quòd hic altè, demiſſius ille volabat.* Virg. lib. 1. Æn. *Volat illa per aera magnum Remigio alarum.* Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter ferũtur, vt nauis volat, *fama volat.* Terent. *Nè me fruſtra illic expectet, vola,* ideſt celeriter curre. Ouid. 10. met. *paſſu volat alite virgo.*

DE VERBIS COMMVNIBVS.

VErbum commune eſt illud, quod *in or* naturaliter deſinens, actiuam, & paſſiuam habet ſignificationem, vt oſculor, io baſcio, e ſon baſciato.

Obijcies. Idem non poteſt agere, & pati: ergò verbũ commune non poteſt eſſe actiuum, & paſſiuum.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens, ſub eadem ratione concedo antecedens; ſub diuerſa nego antecedens: ergò nego conſequentiam; nam commune verbum ſub diuerſa ratione agit, & patitur.

Contra primò: Verbum commune conſtitutum eſt ſub vna ratione *in or* naturaliter, & ſub iſta ratione agit, & patitur: ergò verbum commune agit, & patitur ſub eadem ratione.

Reſpondetur, diſtinguo primam partem antecedentis, conſtitutum eſt ſub vna ratione *in or* naturaliter, quò ad vocem concedo antecedens; quò ad ſignificationem vocis nego antecedens: ergò nego conſequentiam; Nàm verbum commune conſtitutum eſt ſub vna ratione *in or*, quò ad deſinentiam vocis, & ſub iſta ratione habet paſſiuorum conſtructionem; habet quoque

Digitized by Google

significatum actiuum, quòd ad rem, vndè oritur, quòd sub diuersa habitudine dicitur passiuum, & actiuum; passiuũ quò ad vocem, & quò ad rem, & eorum constructionem sequitur; actiuũ verò quò ad rem, & actiuam constructionem sequitur.

Contra secundò: si hoc esset, sequeretur, quòd actiua, & neutra verba dicerentur communia: sed hoc est falsum; ergò falsum quoque erit verbum commune esse passiuum, quò ad vocem, & rem, actiuum verò quò ad rem tantùm. Sequela maioris probatur; actiua formant themata, illaque in passiua mutari possunt, & passiua in actiua. Neutra quoque habent significationem actiuam, & non carent passiua, licet impersonali: ergò cum actiua, & neutra habent actiuam, & passiuam significationem, sequitur dicenda esse communia.

Respondetur, nego sequelam maioris, ad cuius probationem distinguo antecedens, determinatè nego antecedens; indeterminatè concedo antecedens: ergò nego consequentiam. Certum est actiua themata commutari in passiua, & passiua in actiua; Neutra habere significationem actiuam, & passiuam impersonaliter, attamen hoc indeterminatè, & sub duplici vocis prolatione: attamen communia determinatè, & sub vna, eademque voce habere actiuam, passiuamque significationem, & sic communia conueniunt cum actiuis, quò ad rem, ideſt significatum vocis, conueniuntque cum passiuis quò ad vocem, & significatum vocis.

Contra tertiò: Non potest assignari ratio, vnde communia habent, vt sint actiua, & passiua, ergò, &c.

Respondetur, quòd verba communia sunt communia ex natura rei, & vsu Poetarum, & Oratorum.

Verba communia in actiua significatione ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem requirunt, vt *ego amplector amicum*. In passiua ante se nominatiuum patientem, & ablatiuum agentem cum præpositione à, vel ab requirunt, vt *amicus amplectitur à me*.

Am-

Digitized by Google

Amplector,eris,exus,sum. per abbracciare,& essere
Criminor,aris,atus,sum. per incolpare,& essere
Hospitor,aris,atus,sum. per albergare,& essere
Hortor,aris,atus,sum. per essortare,& essere
Largior, iris,itus,sum. per donare,& essere
Osculor,aris,atus,sum. per baciare,& essere
Veneror,aris,atus,sum. per riuerire,& essere

Notandum,quòd omne verbum commune,tàm in actiua,quàm in passiua significatione præter nominatiuum agentem,& accusatiuum patientem, vel nominatiuum patientem,& ablatiuum agentem cum præpositione *a*,vel *ab*,alios casus, quos quæuis regula verborum actiuorum,vel passiuorum requirit,habere potest. vnde hæc verba *amplector,osculor, veneror, hospitor* possunt esse primi ordinis verborum communium.

Criminor potest esse secundi, ut ego criminor Petrum auaritiæ,& scelere, uel Petrus criminatur à me auaritiæ,& scelere.

Largior, interpetror possunt esse tertij,& more tertij ordinis actiuorum, & passiuorum construuntur, vt ego largitus fui eleemosynam pauperibus,& eleemosyna largita fuit à me pauperibus.

Hortor potest esse quarti ordinis,attamen post accusatiuum persona, alterum rei inanimatæ requirit, secum præpositione *ad*, vt ego hortabor discipulos ad grammaticam,& discipuli hortabuntur à me ad grammaticam.

Comitor, dignor, fruitor, possunt esse quinti ordinis,cum ablatiuum sine præpositione requirant, vt *lacrymis comitatur euntem. Vana spe frustratus amantem.*

Dehortor potest esse sexti ordinis,cum ablatiuum cum præpositione *a*, vel *ab* requirat, vt ego dehortatus sum amicum à ludo, & amicus dehortatus est à me à ludo.

Am-

Digitized by Google

Amplector, dicimus, amplector te *amore, odio, &c.* io t'amo, t'odio, &c.

Criminor, dicimus, criminor te furti illi, & apud illum. Vide in actiuis uerba iudiciaria, nam omnes eorum casus recipere potest. Inuenitur *crimino*, sed sapit antiquitatem. Ennius noster lib. 3. Sat. *Falsò criminat apud te.*

Hortor, est uerbis quempiam ad aliquid faciendum impellere, uel consilium dare ad rem aliquam aggrediendam, & differt à moneo; quia monemus authoritate, & consilio: Hortamur rationibus, & precibus, etiã plerumque blandiendo. Præter accusatiuum patientem, admittit alterum accusatiuum cum ad. Cic. 11. Philip. *Galliam totam hortatur ad bellum.* Ablatiuum cum de Cæs. lib. 1. ciuil. bell. *Vt Libonem de conciliandâ pace hortetur.* Alias infinitum. Tacit. lib. 11. *Cæsar Italum auctum pecuniâ hortatur gentile decus magno animo capessere.* Alias clausulam. Cic. pro Milone. *Illa nostra, vt magno animo simus, hortantur.* Contrarium est dehortor, ut dehortor te à uirtute.

Veneror, dicitur quasi ueniam oro. Virg. 1. Georg. *In primis venerare Deos.*

Comitor est proprie minorum erga maiores. Plin. *Quicunque eum comitati fuerant.* Dicitur *comito, as*, actiuè. Ouid. lib. 2. de Pont. *Quem pia nobiscum proles comitauit euntem.*

Depopulor, est destruere, siue deprædari, uastare, & diripere. Saccheggiare. Plin. lib. 18. cap. 20. *Galassi, cum subiectos Alpibus depopularentur agros.* Legitur etiam *depopulo* actiuè apud Hirtium lib. 6. de bell. Hispanicæ. *Agros* (inquit) *vestramque Prouinciam vestro impulsu depopulauit.*

Dignor, dignum iudico. Virg. 1. Æn. *Tum Venus haud equidem tali me dignor honore.* Legitur etiam digno, as actiuè. Pacuuius in fragm. *Quis Deos infernos, qui cælestes dignet decorare honoribus.* Huius passiuum est dignor. Cic. *Homo ex eo numero hominum, qui*

apud

apud nos hoc nomine dignantur.

Dominor, ius & imperium in rem aliquam habeo. Frequentissimè datiuum habet. Virg. 1. Æn. *Victis dominabitur Argis.* Modò accusatiuum cum in Ouid. lib. 1. Met. *Quod dominari in cætera posset.* Modò ablatiuum cum in. Cic. *Casus, & natura in bonis dominatur.* Passiuè uerò. Cic. 1. off. *O Domus antiqua, quam dispari domino dominaris.*

Fabricor, fabrili arte aliquid conficio. Cic. ad Her. lib. 4. *Qui montes belli fabricatus est.* Passiuè Quintil. lib. 3. cap. 2. *Nisi quis dicat gladium fabricatum ab eo. Fabrico* actiuè. Horat. lib. 1. Sat. 3. *Pugnabant armis, quæ post fabricauerat usus.*

Notandum, quod sunt multa verba communia, quæ sunt deponentia, & significant actiuè, vt *hortor, osculor,* &c. & desinunt *in or.* Multa sunt passiua, & proueniunt à verbis actiuis *in o,* quæ aliqua sunt in usu, aliqua verò recesserunt ab usu, *vt crimino, comito, depopulo, digno, fabrico,* &c.

DE VERBIS DEPONENTIBVS.

VErbum deponens est illud, quod *in or* naturaliter desinit, & dempta R. littera latinum non est, vel Verbum deponens est illud, quod aliquid deponit ab actiuis, & aliquid à passiuis.

Obijcies contra primam definitionem: Dantur multa verba, quæ naturaliter *in or* desinunt, & dempta littera R. sunt latina: ergò mala deponentium definitio. Antecedens probatur: mutuor, fæneror, & delector desinunt naturaliter *in or,* & dempta littera R sunt latina; nam dicitur mutuo, fænero, & delecto: ergò, &c.

Respondetur negando antecedens, ad probationem negatur antecedens, quia delector, fæneror, &c. indifferen-

ferentia sunt naturæ; competit enim ipsis, & desinere *in o*, & *in or*, sic non naturaliter desinunt *in or*, nam aliter actiua esse non possunt. Deponentia verò non ob aliud dicuntur naturaliter desinere *in or*, quia propria natura actiua esse non possunt, nec aliam desinentiam ipsorum natura exigit præter *or*. Dicuntur propter hoc delector, adulor, &c. deponentia, quia acquirunt se in deponentiali significatione, & huic significationi alligata hæc verba veluti naturale iptis redditur *or*, & ideò propriè erunt deponentia.

Objicies contra secundam definitionem. Verbum deponens non distinguitur ab actiuis, & passiuis: ergò mala definitio. Antecedens probatur verbum deponens aliquid deponit ab actiuis, & aliquid à passiuis: ergò non distinguitur ab actiuis, & passiuis. Consequentia probatur; Verbum deponens, si deponit aliquid ab actiuis, & aliquid à passiuis: ergò non deponit totaliter actiuum, & passiuum; ergò aliquid habet de actiuo, & de passiuo.

Respondetur nego antecedens, ad cuius probationẽ, concedo antecedens, & nego consequentiam, ad probationem cuius, concedo totum argumentum; & dico, quòd deponens dicitur à depono, quoniam deponit significationem, & casus passiuorum, at non deponit desinentiam passiuorum, nam *prælior*, *miseror*, *auxilior*, &c. quæ sunt deponentia desinunt in litteram *R*. Deponentia igitur conueniunt cum passiuis tantùm in desinentia, cum actiuis dumtaxat in significatione, & non rarò sequuntur actiuorum regulas, vt sequor virtutem, at nõ sequuntur desinentiam. Itaque deponens non distinguitur ab actiuis in significatione, & à passiuis in litteratura, & sic conuenit cum actiuis in significatione, & differt in desinentia; cum passiuis conuenit in desinentia, & differt in significatione.

Contra deponens non differt à verbo communi in actiua significatione: ergò nulla responsio. Antecedens probatur: Verbum commune actiuum habet significa-

tio-

cationem actiuam,& definentiam passiuam:ergò verbũ deponens non differt à verbo communi in actiua significatione.

Respondetur: concedo totum argumentum; Nam verba deponentia antiquitùs omnia erant communia, vnde dicuntur deponentia à deponendo, quia deposuerunt significationem passiuam, quam olim habebant. Itaque in hoc tantùm differre deponentia à communibus possunt,quia communia retinent significationem passiuam,& actiuam, deponentia verò reliquerunt passiuam,retenta solummodò actiua.

DE PRIMO ORDINE DEPONENTIVM.

PRimi ordinis verba deponentia ante, & post se nominatiuum expetunt,vt *ego luctor nudus.* Ideò dicuntur similium casuum copulatiua,& omnia deponẽtia absoluta possunt esse huius ordinis, si adiectiuum post se habent.

Iocor,aris,atus,sum,	per scherzare.
Luctor,aris,atus,sum.	per giocare alle braccia
Prælior,aris,atus sum.	per combattere.
Reuertor,eris,rsus sum.	per ritornare.
Spatior,aris,atus sum.	per spatteggiare,&c.

Digitized by Google

DE SECVNDO ORDINE DEPONENTIVM.

SEcundi ordinis verba deponentia poscunt ante se nominatiuum agentem, & post se genitiuum patientem. Cic. pro Flacco. *Miseremini familiæ, miseremini patris, miseremini filij*. Dicuntur verba possessiua denominatiue.

Recordor, aris, atus sum. per recordarsi, rammentarsi.
Reminiscor, eris, s. p. & s. per recordarsi, rammentarsi.
Obliuiscor, eris, oblitus sum. per scordarsi, dimenticarsi.
Misereor, eris, ertus sum. per hauere misericordia.
Potior, iris, itus sum. per impadronirsi, ottenere.

Recordor, obliuiscor, & reminiscor sunt verba spectantia ad memoriam, & requirunt modò genitiuum, modò accusatiuum. Cic. in Cato. *Vt bella à se gesta recordentur*. Idem pro Planc. *huius meriti in me recordor*. Sed quando significat recordare ad altri fit per commemoro.

Misereor vult genitiuum. Virg. 2. Eclo. *Nil nostri miserere*, & rarò datiuum, vt *miserere nobis*. Miseror, aris accusatiuum quarti ordinis deponentium. Virg. *ò sola infandos Troiæ miserata labores*. Miseror est deplorare, etiam commiserando. Idem 12. Æn. *Et Turni sortem miseratus iniquam*.

Potior cum genitiuo, Tacit. lib. 1. *postquam primi flagitij potitus est*. Sic potior hostis, rerum, &c. cum ablatiuo quinti ordinis, Virg. 3. Æn. *fas omne abrumpit, auro, vi potitur*. Significat possedere, esser Signore. Cic. ad Her. lib. 1. *Athenienſium potiti sunt Spartiatæ*. Idem 1. off. *Omni Macedonum gaza potitus est Paulus*. significat occupare, entrare. Idem de Iuuent. *si eo portu potiti essent*.

Digitized by Google

sent. Construitur cum accusatiuo, sed rarius, & antiquè. Terent. in Adelp. *Ille sine labore patria potitur commoda.*

Verba deponentia non habent significationem passiuam, vndè si aliquod thema datur in tali significatione vertitur in actiuam, & agens in nominatiuo, patiens verò in genitiuo ponitur, vt li poueri non sono misericordiati da ricchi. Diuites non miserentur pauperũ. Sed quando in passiuo desideratur agens, tunc patiens in genitiuo ponitur, & verbum fit in persõna prima, vel tertia numeri pluralis, vt queste regole presto si scordano, se non s'imparano à mente. Harum regularum citò obliuiscimur, vel pueri obliuiscuntur, nisi memoriæ mandentur.

Quando in his verbis per participia resolutiua loquimur, vt le regole dimenticate, si denono tornare ad imparare à mente, sic; Regulas, quarum obliti sumus vel aliqui obliti sunt, debemus, vel debent in memoriã reuocare.

Quando loquimur per participium passiuum futuri temporis, vt queste cose han da essere dimenticate da te, sic: tu oblitus es, vel tu obliuiscēris harum rerum.

In hoc ordine est hic loquendi modus; si deue dimẽticare, s'hà d'hauere pietà, bisogna, è è bisogno hauere misericordia. Nos debemus, vel quisque debet misereri alicuius.

Quando in his verbis loquimur per negatiuam in significatione passiua, si desideratur agens, fit *nemo*, vt non così facilmente si scordano l'ingiurie. Nemo ità faciliter obliuiscitur iniuriarum. Adesso è tempo, che non s'hà compassione de poueri. Nunc est tempus, in quo nemo misereatur pauperum.

Si hæc verba in passiua significatione verbis dominantibus coniungantur, more infiniti fiunt, vt io voglio essere compassionato dall'amico. Ego volo amicum misereri mei, vel per resolutionem, ego volo, vt amicus misereatur mei. Sed per seruilia resoluuntur hoc modo, vt

Digitized by Google

vt io posso essere compassionato. Aliquis potest misereri mei.

Quando dicimus, degno, indegno, meritare, non meritare cum his verbis in passiua significatione, vt questi documenti non sono degni d'essere dimenticati, sic hæc documenta non sunt digna, quorum obliuiscamur, vel aliqui obliuiscantur.

Particula *senza*, cum infinito passiuo præsenti istorum verborum fit participium in *ns*, & agens ponitur in ablatiuo absoluto, vt io non posso viuere senza essere compassionato dall'amici. Ego non possum viuere amicis nō miserentibus mei, & *ly* senza fit non si adest agens, sed si abest fit nemo, vt non viui, senza essere compassionato. Tu non viuis, nemine miserente tui. Sed cum infinito præterito pluſquam perfecto fit eodē modo, vt tu senza essere stato compassionato da Pietro, hai superato la difficolta. Tu superasti difficultatem, Petro non miserato tui. Li poueri viuono senza essere stati compassionati. Pauperes viuunt nemine miserto eorum.

DE TERTIO ORDINE

DEPONENTIVM.

TErtij ordinis deponentia verba cum nominatiuo agente, & datiuo patiente construuntur, Cic. 7. in Verr. *cui legi cum vestra dignitas aduersaretur*. Et acquisitiua dicuntur.

Auxilior, aris, atus sum.	per aiutare.
Blandior, iris, itus sum.	per accarezzare.
Famulor, aris, atus sum.	per seruire.
Insidior, aris, atus sum.	per far tradimenti.

Ira-

Digitized by Google

Irascor,eris,atus sum.	per adirarsi.
Minor,aris,atus,sum.	per minacciare.
Opitulor,aris,atus sum.	per soccorrere.
Suffragor,aris,atus sum.	per dar la voce in fauore.

Minor,aris.Ouid.in epist. *Multa mihi terræ,multæ minantur aquæ.*significat salire,alzarsi. Virg.1.Æn. *geminique minantur In cælum scopuli.*

Nitor,eris. per sforzarsi, quandoque significat appoggiarsi.Virg.6.Æn.*Illa vides pura iuuenis,qui nititur hasta.*Niti gradu legitur pro ambulare. Ardua per loca agresti,& trepidante gradu nititur. Niti alis,volare.Virg.Æn.lib.4. *paribus nitens Cyllenius alis Constitit.* Enitor compositum à nitor significat parere.Varr.lib. 2.de re rust. *facienda septa secreta ab alijs, quò enitentes secludere possis.* Vndè *enixæ mulieres, quæ partus dolore leuatæ sunt.*

Lenocinor significat lenocinium facio. Per translationem pro blandiri ponitur, siue allicere, quod lenones facere solent.Cic.1.in Verr. *tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquando contendet, quam potest.* Interdum gratiam conciliare.Plin.lib.2.epist.*potest tamen fieri, vt quamquam in his difficultatibus libro isti nouitas lenocinetur.*

Si thema erit in significatione passiua mutatur in actiuam,& agens in nominatiuo, & patiens in datiuo ponitur,vt tu sei stato aiutato da mio padre. Tibi auxiliatus est meus pater.Si in themate desideratur agēs, pro agente ponitur persona tertia numeri pluralis, vt l'amico fù tradito. Amico insidiati fuere,scilicet aliqui.

Quando dicimus si deue,si è,si hà da aiutare,hà da essere aiutato,bisogna aiutare,sit gerundium casus nominatiui.vt si deuono accarezzare gl'amici.Blandiendum est amicis,debemus blandiri amicis. Et quisque debet blandiri amicis.

Quando his verbis in significatione passiua copulā-

Digitized by Google

tur verba seruilia, vt si sogliono minacciare l'inimici. Fit nos solemus minari, quisque solet minari, vel aliqui solent minari inimicis. Sed per verba dominantia, vt molti vogliono essere aiutati da me, fit per infinitum, & agens in accusatiuo ponitur, multi volunt me auxiliari sibi. Io spero essere accarezzato. Ego spero aliquos blandiri mihi.

Quando in themate passiuo adest particula negatiua *non*, & non adest agens, illa particula *non* fit *nemo*, vt non si possono aiutare i poueri. Nemo potest auxiliari pauperibus. Vel nos non possumus auxiliari pauperibus. Iddio non si serue, & doueria esser seruito. Nemo famulatur Deo, & quisque deberet famulari illi. Tu non sei minacciato. Nemo minatur tibi. Sed quando adest agens fit *non*, vt li scolrai non sono minacciati dal maestro. Magister non minatur discipulis.

Particula *senza* cum Infinito passiuo istorum verborum fit participium absolutum, si adest agens *ly* senza fit *non*, si desideratur agens fit nemine, vt Pietro senza essere minacciato dall'inimici fugge. Petrus inimicis non minantibus ei, fugit. Tù senza essere stato aiutato da maestri, hai fatto profitto. Magistris non auxiliantibus tibi, profecisti. l'inimici senza essere minacciati han paura. Inimici, nemine minante eis, pauent. Tu senza essere stato accarezzato, hai hauuto troppo ardimento. Tu, nemine blandito tibi, nimium ausus es.

Quando dicimus degno, indegno d'essere aiutato, &c. vt tu non meriti essere parlato da noi. Tu es indignus, cui nos alloquamur. Le donne meritano essere minacciate. Vxores sunt dignæ, quibus aliqui minentur.

DE

Digitized by Google

DE QVARTO ORDINE DEPONENTIVM.

Quarti ordinis verba deponentia cum nominatiuo agente, & accusatiuo patiente construuntur. Cic. 4. in Catil. *Spes sola hominem in miserijs consolatur.*

Adipiscor, eris, adeptus sum. per acquistare.
Contemplor, aris, atus sum. per contemplare.
Detestor, aris, atus sum. per maledire.
Fateor, eris, fassus sum. per confessare.
Imitor, aris, atus sum. per imitare.
Loquor, eris, locutus sum. per parlare.
Meditor, aris, atus sum. per pensare.
Patior, eris, passus sum. per patire.
Sequor, eris, secutus sum. per sequitare.
Testor, aris, atus sum. per chiamare in testimonio.
Vlciscor, eris, vltus sum. per far vendetta.

Hæc verba non habent significationem passiuam, vndè si per talem significationem datur aliquod thema, vertitur in actiuam, & agens in nominatiuo, & patiens in accusatiuo ponitur, vt tu sei stato consolato dall'amico. Amicus consolatus est te. Mio fratello fù assaltato. Meum fratrem aggressi fuere aliqui.

Quando dicitur, si deue, bisogna, &c. imitare, sequire, &c. fit thema per verbum debeo, oportet, &c. vt si deue sequire l'opinione commune. Nos debemus sequi communem opinionem. E bisogno imitarsi li dotti. Nos oportet imitari doctos.

Si his verbis copulentur in passiua significatione verba seruilia, particula *da* denotat nominatiuum, vt molti sogliono essere persequitati da nemici. Inimici solent insequi multos. Sed si desideratur agens, nomi-

Digitized by Google

natiuus ponitur in tertia persona in numero plurali, vt li dotti deuono essere imitati. Doctos debent imitari, scilicet aliqui. Si adesset particula negatiua absque agente fit nemo, vt non si possono imitare li dotti. Nemo potest imitari doctos. Non si sogliono acquistare le scienze senza fatica, Nemo solet adipisci scientias absque labore.

Si verba dominantia in passiua significatione his copulentur, vt tu vuoi essere consolato dall'amici, fit, tu vis amicos te consolari, sed ad tollendam amphibologiam fit, tu vis, vt amici consolentur te.

Quando dicimus, sei degno, indegno, meriteuole, immeriteuole cum his verbis in passiua significatione, vt tu sei degno d'essere imitato da dotti, fit, tu es dignus, quem docti imitentur.

Particula *senza* cum infinito passiuo istorum verborum, fit participium absolutum, tam quò ad tempus præsens, quàm quò ad præteritum, & si desideratur agens, fit nemine *ly* senza, si adest fit *non*, vt tu senza essere persequitato fuggi. Tu nemine insequente te, fugis. Pietro senza essere assaltato dall'inimici grida. Petrus non aggredientibus se inimicis, exclamat. Tu senza essere stato persequitato ti mettesti in fuga. Tu, nemine insequuto te, fugam arripuisti.

AD hunc ordinè reducuntur sequentia verba deponentia, quæ ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & datiuum requirunt. Cic. ad Her. lib. 3. *Vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinantur.*

Confiteor, furor, fæneror, gratulor, interpetror, inficior, impertior, imprecor, loquor, machinor, minor, minitor, polliceor.

Contemplor, ideſt diligenter intueor, & res abditas considero, à templo, ideſt à loco, qui omni parte aspici potest, vel ex quo omnis pars potest videri, quem augures templum nominabant. Cic. pro Deiotaro. *Animo contemplare, quod oculis non potes.* Inuenitur contemplo. Ennius noster. *Contempla, & templum Cereris ad læuam aspice.*

De:

Digitized by Google

Deteſtor, ideſt abominor, execror. Cic. in Verr. *Omnes te tanquam malum auſpicium deteſtantur.* Paſſiuè vſurpatur ab Horat. lib. 1. Carm. *Bellaque matribus deteſtata.* Aliquando pro ſimplici teſtor, ideſt chiamare per teſtimonio. Plaut. *Summum Iouem, deoſque deteſtor.*

Meditor, ideſt quaſi medio animo verto, hoc eſt cogito: Significat interdum exercere. Virg. *Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.* Interdùm ſuauiter canere. Idem. *Siluęſtrem tenui muſam meditaris auena.* Meditari alicui inſidias, vel dolum. Idem. *Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis, Vlla dolum meditantur.* Inuenitur in ſignificatione paſsiua. Terent. in Phor. *meditata ſunt mihi omnia mea incommoda.*

Teſtor, ideſt teſtificare, teſtimoniare. Ouid. 8. met. *Et plauſit pennis, teſtataque gaudia cantu.* Interdùm chiamare per teſtimonio. Virg. 3. Æn. *Vos æterni ignes, & nõ violabile veſtrum, Teſtor numen, ait.* Interdùm ſignificat teſtamentum condere. Cic. de inuen. *poſſit, nè quiſquam de filij Pupilij re teſtari.*

Vlciſcor; dicitur vlciſcor inimicum, cum eum punio, & vlciſcor amicum, cum ab iniuria eum libero. Ouid. 7. met. *Androgeique necem iuſtis vlciſcitur armis.* hinc vltio.

Miror, per marauigliarſi de coſe corporee. Virg. *Miratur molem Æneas magalia quondam.* Interdum ſignificat, non ſapere, quia admiratio oritur ab ignorantia. Plaut. *Ne quis miretur, qui ſim, paucis loquar.* Terent. *miror, vndè ſit.* Conſtruitur cum accuſatiuo, & genitiuo. Virg. 11. Æn. *Iuſtitiæ, nè prius mirer, belli ne laborum.* Interdum abſolutè. Ouid. 13. met. *Dumque moror, mirorque ſimul, fugit omnis in vndas.*

Loquor, per parlare. Dicimus, loquor tibi, tecum, & ad te, pauca, paucis, vel de paucis. Ouid. *Nec dubites illi verba ſecunda loqui.* Idem, *& modò cum chara coniuge multa loquor.* Suet. in Claud. *etiam heroicis locutus eſt verbis.* Plaut. in Mercat. *Decide caput, ſi falſum ad te loquor.*

Digitized by Google

Prosequor, per sequitare. Prosequor te *amore, odio, laude, conuicijs, præmijs, honore,* & huiusmodi.

DE QVINTO ORDINE

DEPONENTIVM.

QVinti ordinis Deponentia cum nominatiuo patiente, & ablatiuo agente puro construuntur, vt *auarus lætatur lucro.* Dicuntur affectiua.

Bacchor, aris, atus sum.	per infuriarsi.
Crapulor, aris, atus sum.	per impirsi de cibi.
Delector, aris, atus sum.	per delettarsi.
Expergiscor, eris, rectus sum.	per risuegliarsi.
Glorior, aris, atus sum.	per gloriarsi.
Gratulor, aris, atus sum.	per allegrarsi.
Indignor, aris, atus sum.	per isdegnarsi.
Lætor, aris, atus sum.	per allegrarsi.
Morior, iris, mortuus sum.	per morire.
Stomachor, aris, atus sum.	per isdegnarsi.
Tristor, aris, atus sum.	per attristarsi.
Soporor, aris, atus sum.	per addormentarsi.
Verecundor, aris, atus sum.	per vergognarsi.

Hæc verba rarò cum accusatiuo ob, vel propter inueniuntur, vt auarus lætatur ob, vel propter lucrum.

Bacchor propriè est Baccharum, quæ magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quamquam & latiùs sumitur pro furere, insanire, vndè Virg. 4. Æn. inquit: *Sæuit inops animi, totamque incensa per vrbem Bacchatur.*

Lætor vult plerumque agentem in ablatiuo puro, interdum in ablatiuo cum de, vel in, perrarò autem in

Digitized by Google

in accusatiuo cum ob, vel propter. Cic. pro Cluent. *Mater squallore filij, & sordibus lætatur.* Idem pro Marcell. *Nam lætari omnes de communi salute sentio.* Idem ad Att. lib. 14. *in quo magnoperè lætemur.* Interdum legitur cum accusatiuo. Idem ad Marium. *Vtrumque lætor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse.* In quo loco intelligitur propter, ita vt sit sensus: lætor propter vtrumque.

Morior. Plin. lib. 10. *Moriuntur contumacia.* Idem lib. 35. *propter fratris amorem morientem.* Recipit, & ablatiuum cum præpositione. Cic. ad Cassium. *Syllam alij mortuum à latronibus, alij cruditate dicebant.* Moriar iurandi verbum. Idem ad Att. lib. 8. *Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset.*

HVius ordinis sunt verba deponentia, quæ ante se nominatiuum agentem, & post se ablatiuum purũ requirunt. Cic. 1. de nat. *Vtatur suis bonis oportet, et fruatur.* Idem ad Her. lib. 4. *Dij nos eſcis, nec potionibus vescuntur.*

Abutor, defungor, epulor, fungor, fruor, potior, pascor, vescor, vtor.

Defungor, vt defunctus est magistratu, vita, labore. Hà finito l'officio, e morto, hà finito l'affanni.

Fungor cum ablatiuo, vel accusatiuo olim. Terent. in Adelp. *& tuo officio fueris functus.* Idem. *Liberalis functus est officium viri.* Suet. in Aug. *Senatoria munera fungerentur.*

Vescor. Virg. 8. Æn. *Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus, perpetui tergo bouis.* Inuenitur etiam constructum cum accusatiuo. Plin. lib. 16. cap. 48. *Aues nonnullæ vescuntur eis, quæ rapuere pedibus.* Vesci aura ætherea, viuere. Virg. 1. Æn. *Quod si fata virum seruant, si vescitur aura Ætherea.*

Vtor te familiariter, vtor Lelio familiarius, tu me familiarissimè vteris. Vtor te amico. Tua vtor amicitia. Vtor te conuictore, confabulatore, præceptore, &c. Vti foro est se accomodare loco, tempori, rebus, &

Digitized by Google

personis. Terent. in Phor. *Nescis uti foro.*

HVius ordinis sunt verba deponentia, quæ ante se nominatiuũ agentẽ, post se accusatiuum patientẽ, vltra quem ablatiuum requirunt. Tacit. *Quos non sermone, non visu dignatus erat.* Cic. *reliquum est, vt tuam profectionem amore prosequar.*

Dignor, Muneror, Remuneror, Prosequor. Dicimus dignus actiuum, & dignor deponens. Munero actiuum, & muneror deponens.

DE SEXTO ORDINE

DEPONENTIVM.

SExti ordinis deponentia cum nominatiuo patiente, & ablatiuo agente cum præpositione *a*, vel *ab*, construuntur, vt *ego natus sum à patre nobili.*

Aborior, iris, ortus sum.	per abortirsi.
Exorior, iris, ortus sum.	
Nascor, eris, natus sum.	per nascere.
Orior, iris, ortus sum	
Renascor eris, natus sum.	per rinascere.

Aborior significat abortire. Sic aborto, & abortio, is, vt mulier aborta est. Abortauit, abortiuit, abortum fecit, partum abegit, abortum passa est.

Nascor. Dicitur natus sum laudi, & ad laudem. Sæpiùs autem orior, vel nascor de vel ex fœmina, quã à vel ab, & sæpissimè sine præpositione. Nascor pistore, consule. *Catilina nobili genere natus. Nate Dea.*

Huius ordinis etiam sunt verba Deponentia, quæ nominatiuum agentem, accusatiuum patientem, & ablatiuum cum præpositione, *a*, vel *ab*, requirunt. Sallust.

Digitized by Google

Iust. in coniurat. Catil. *Neque Vrbem ab insidijs tueri poterat.*

Auspicor, exordior, consequor, deprecor, mutuor, mercor, nundinor, precor, percontor, patior, scisitor, scitor, tueor.

DE SEPTIMO ORDINE

DEPONENTIVM.

SEptimi ordinis Deponentia ante se nominatiuum agentem, post se nullum casum requirunt sine congrua prępositione, *vt gradior per Vrbem.* Et absoluta dicuntur.

Apricor, aris, atus sum.	per stare al Sole.
Cunctor, aris, atus sum.	per tardare.
Digredior, eris, ssus sum.	per partirsi.
Egredior, eris, ssus sum.	per vscire.
Iocor, aris, atus sum.	per scherzare.
Labor, eris, lapsus sum.	per cascare.
Negotior, aris, atus sum.	per negotiare.
Otior, aris, atus sum.	per stare in otio.
Proficiscor, eris, fectus sum.	per andarę.
Queror, eris, stus sum.	per lamentarsi.
Rusticor, aris, atus sum.	per stare alla Massaria.
Vagor, aris, atus sum.	per andar vagabondo.

VERBORVM SPECIES, SEV FORMÆ.

SPecies verborum sunt duæ, *Primitiua*, vt Rogo, *deriuatiua*, vt Rogito. Species deriuatiuorum verborũ sunt quinque, *Inchoatiua, meditatiua, diminutiua, frequentatiua, & desideratiua.*

DE

DE VERBIS INCHOATIVIS.

INchoatiua verba *in ſo* deſinunt, & inceptionem q dam actus corporei ſignificant, atque interdùm primitiuis ponuntur, vt *viſo* amicum, ideſt eo ad v dum, vel video. *Capeſſo* dona, eo ad capiendum, vel pio. *Faceſſo* præcepta, eo ad faciendum, vel facio; In dum recedo, *vt faceſſe hinc laceſſo*, eo ad prouocandu vel prouoco. *Accerſo*, eo ad accuſandum, vel accu quaſi à maleficijs arceo. Omnia ſunt tertiæ coniu tionis, ſed in præteritis, & ſupinis quartæ.

DE VERBIS MEDITATIVIS.

MEditatiua, quæ augmentatiua dicuntur *in ſco*, ſinunt, & meditationem, ideſt exercitationem quandam cum incremento continuo ſignificant. Formantur à verbis cuiuſcumque cõiugationis addẽdo *ſco*, ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui. Primæ, vt *labo, labas, labaſco*. Secundæ vt *albeo albes, albeſco*. Tertiæ, vt *tremo, tremis, tremiſco*. Quartæ, vt *edormio edormis, edormiſco. Hiſco ab hio his* irregulariter formatur pro *Hiſco*. Et non tantum formantur à Neutris, vt *palleo, palleſco*, ſed ab actiuis, vt *concupio, concupiſco, augeo augeſco, integraſco, pertimeſco*.

Quædam à nominibus fiunt, vt *forteſco, ſeneſco, herbeſco, iuueneſco, ſterileſco, grandeſco, miteſco, lapideſco*, &c.

Exponuntur meditatiua per fio, vt *frigeſco, frigidus fio, marceſco, macer fio*. Interdùm pro ſuis primitiuis ponuntur, vt *hiſco, hio; reſciſco, reſcio, præſentiſco, præſentio*.

Quædam habent terminationem tantum meditatiuorum, ſed non ſignificationem; vt *poſco, diſco, aſciſco*, ideſt aſſumo; vt ſapientiæ nomen aſciuit. Conſciſco mihi mortem, ideſt dò. Deſciſco à te, ideſt mi rebello. *Gliſco, ideſt creſco, ſeù pingueo*. Et quæ à neutris affectiuis formantur in hoc à primitiuis differunt, quòd meditatiua

Digitized by Google

ciua per fio exponuntur, vt *areſco, aridus fio*; Primitiua verò per ſum, vt *areo, aridus ſum*. Et ſunt omnia neutra tertiæ coniugationis, ac præteritis, & ſupinis carent. Præterita tamen à primitiuis accipiunt, vt *nigreſco, nigreſcis, nigrui*. Sed à nominibus deducta præterito perfecto penitùs carent.

Conſtruuntur ſicut primitiua, vt adhæreſco bonis', caleſco ſole, concupiſco diuitias.

DE VERBIS DIMINVTIVIS.

DIminutiua in *lo* finiunt, vt *ſorbillo*, ideſt paulatim ſorbeo, *ſugillo*. parum ſugo, *ſcribillo* parum ſcribo. *Hauſtillo*, parum haurio. *Cantillo* parum cano.

Sunt primæ coniugationis, inuentuque rariſſima, & pro ſuis interdum ponuntur primitiuis. *Cauillo*, & *cauillor*. ideſt calumnio. *Scintillo, ſcintillas emitto. Vacillo ideſt tremo. Refocillo, ideſt recreo*. Formam quidem habẽt diminutiuam, ſed à ſignificatione iam pridem receſſerunt.

DE VERBIS FREQVENTATIVIS.

FRequentatiua ſunt, quæ *to, ſo, ſor, vel xo*, deſinunt, vt *Vecto, as, curſo, ſcitor, & nexo*. Et frequentem in agẽdo iterant actum, vt *rogito*, ideſt frequenter rogo. Formantur à priori ſupino mutando *um in o*, vt dormitum. *dormito, as, curſum, curſo, as*. A verbis autem primæ coniugationis habentibus ſupinum in atum, *mutatur a in i breuem*, vt imperatum, *imperito*, clamatum, *clamito*, volatum, *volito*, cænatum, *cænito*. Quædam fiunt à ſecunda perſona præſentis indicatiui abiecta *ſ*, & addita *to*, vt lego, is, *legito, ſic fugito, agito, cogito, quærito, noſcito, fluito, fundito*. Quædam formantur irregulariter, *ægroto, as*, ab ægreo, *pauito* à paueo ſine ſupino. *Sector* à ſequor per Syncopen. *Scitor* à ſcio. Fiunt inſuper frequentatiua ab alijs frequentatiuis, vt *curſito* à curſo, *lectito, ſcripti-*

tos

Digitized by Google

to, dictito, factito, emptito, sciscitor Omnia sunt primæ coniugationis, & genus seruant primitiuorum, vt *scitor, sciscitor, minor, minitor, tueor tutor*. Præter *scitor à scio*. Pro primitiuis sæpè ponuntur. Vtuntur quandoque authores pro desideratiuis.

DE VERBIS DESIDERATIVIS.

DEsideratiua *in rio* exeunt, & desiderium significant vt *exturio* cerasa, ideſt cupio esse, sic *cænaturio, dicturio, nupturio, dicturio, emptutio*. Formantur à posteriori supino addita *rio*, vt lectu *lecturio*. Sunt quartæ coniugationis, & præteritis, & supinis carent, præter *parturio parturiui. Esurio esuriui, esuritum. Nupturio, iui*. Ponuntur aliquando pro primitiuis, vt *cænaturio, ideſt cæno, uel cænare desidero. Scalpturio scalpo, vel scalpere desidero. Parturient montes*, ideſt parient, &c. formam habet desideratiuorum, sed non significationem, ideò desideratiua non dixerim.

Id quidem animaduertendum, quòd in prædictis formis non licet nobis noua verba effingere. sed inuentis duntaxat vti.

DE VERBIS IMPESONALIBVS.

DIco primò, Impersonale esse illud, quod caret numeris, & personis, semperque casui obliquo iungitur. Est communis grammaticorum sententia.

Probatur Definitio ad hoc, vt sit bona debet exprimere naturam rei definitæ, & proprietatem illam sine qua res definita consistere nequit: sed huiusmodi est impersonalium definitio ergò est bona. Minor probatur, in qua tota vis est. Impersonale caret numeris, quia caret persona, caret persona, quia caret casu re-

Digitized by Google

cto: sed hoc exprimit naturam, & proprietatem verbi impersonalis: ergò &c.

Neque dicas primò: Impersonale habere tantum * tertiam personam; nam

Contra est primò: si impersonale haberet tertiam personam, esset personale, & impersonale: sed hoc inuoluit contradictionem: ergò impersonale non potest habere tertiam personam. Sequela maioris probatur: caret prima, & secunda persona, & sic esset impersonale; haberet tantum tertiam, & sic personale: ergò esset impersonale, & personale.

Contra est secundò: si impersonale haberet tertiam personam, sequeretur habere casum rectum à fronte: sed hoc est falsum: ergò & id vndè sequitur. Sequela maioris probatur: persona collocari debet in casu recto: sed impersonale casum rectum non admittit, quia quando recipit casum rectum à fronte est personale: ergò si haberet tertiam personam, haberet casum rectũ à fronte.

Contra est tertiò: si impersonale haberet tertiam personam, haberet quoque numerum: sed hoc est falsũ: ergò falsum est habere tertiam personam. Sequela maioris probatur; persona facit numerum; ergò si haberet tertiam personam, haberet quoque numerum.

Respondent; impersonale habere tantum numerum * singularem, non verò pluralem; sed

Contra est; si haberet numerum singularem, haberet quoque pluralem: sed per aduersarios non habet pluralem: ergò neque singularem. Sequela maioris probatur; non potest assignari ratio, cur possit habere numerum singularem, & non pluralem; ergò, &c.

Neque dicas secundò. Impersonale carere certis numeris, & personis; nam * Contra est; si careret certis numeris, & personis, careret

* *Gramm. error.*
* *Gramm. error.*
* *Gramm. error.*

Digitized by Google

reret aliquibus, sed non omnibus: hoc est falsum; ergò falsum est carere certis numeris, & personis. Minor probatur; si haberet aliquos numeros, & personas esset personale, ergò &c.

Neque dicas tertiò; Impersonale habere numeros, * & personas confusas; nam

Contra est; si impersonale haberet numeros, & personas confusas, sequeretur confuso modo habere primam, secundam, & tertiam personam; sed hoc est falsū; ergò falsum est habere numeros, & personas confusas. Maioris sequela probatur; si haberet primam, secundā, & tertiam personam confusam esset personale, quia haberet casum rectum à fronte confusè; sed hoc est falsum; ergò & id vnde sequitur.

Obijcies primò: Demonstratiuum, seù figura personæ est ipsamet persona: sed figura personæ tertiæ verificatur de impersonali; ergò habebit personam. Consequentia probatur; Non potest aliquod demonstrare aliud à se diuersum, nec de illo verificari; ergò non potest signū personę tertię, quod est ipsamet tertia persona de non personali, quod est à se diuersū verificari.

Respondetur, maiorem esse falsam, quia figura non est figuratum, sicut nec demonstratio demonstratum; nam cum hæc sint in genere signi, semper aliud à se distinctum repræsentare debent; sicut imago Saluatoris nostri non est ipsemet Saluator noster, sed figura, demonstratiuum, &c. Ideoque figura tertiæ personæ non est persona. Vnde est, quod licet impersonale gaudeat figura personæ tertiæ, non tamen erit ipsa tertia persona.

Vltra quamquòd non sufficit alicui verbo, vt dici valeat personale habere figuram personæ, seù vestigiū, sed requiritur, vt persona excurrat per numeros, & casus rectos, quia hæc sunt constitutiua personæ, vt suprà diximus.

Contra: Id per quod vnum ab alio dignoscitur, est con-

* *Gramm. error.*

constitutiuum illius: sed per figuram desinentiæ in *t.* dignoscitur tertia persona; ergò tale signum est tertiæ persona. Minor probatur: figura tertiæ personæ in actiuis dignoscitur per desinentiam *in t.* sed talis figura est tertia persona; ergò &c.

Respondetur, quòd vna persona ab alia dignoscitur ex diuerso fine, cum persona sit accidens, ideòque ea, quę desinunt *in t.* licet habeant signum personæ, tamen tale signum non erit tertia persona.

Obijcies secundò: Impersonalia habent nominatiuũ: ergò habent personam.

Respondetur distinguo antecedens, habent à fronte nego antecedens; à tergo concedo antecedens: ergo nego consequentiam. Dico nominatiuum à fronte non habere impersonalia, quia persona, & numero carent, post verò habent, vt infrà.

Contra est primò: Nominatiuus, siuè ante, siuè post sit, non aufert personam verbo, cui iungitur; ergò si in impersonalibus datur, quomodolibet sit, faciet personale.

Respondetur, nego antecedens absolutè, quia verbũ semper concordat cum nominatiuo ante se, hic enim est, qui personam tribuit.

Contrà est secundò: Ante, & post verbum nominatiuus concordare, vnà cum verbo debet; sed cum concordat cum vtroque debet ab vtroque sumere personam: ergò falsa solutio. Minor probatur: in hoc themate; *Cicero est doctus*, ambo nominatiui concordant cum verbo, & ambo personam denotant; ergò &c.

Respondetur nego minorem, ad probationem distinguo antecedens, concordant prout verbum regulatur à primo nominatiuo concedo antecedens; aliter nego antecedens. Itaque Nominatiuus à tergo non infrequenter adiectiuus est, qui vtpotè accidens inhæret substantiuo nominatiuo, nempè à fronte, & ita hic regulat illum, verbum autem à substantiuo regulari debet, quia etsi regeretur ab adiectiuo, scilicet à tergo,

cum

Digitized by Google

cum hic regatur à ſubſtantiuo, verbum à ſubſtantiuo potius primariò diceretur regi, & ſic iſte faciet perſonam.

Contra tertiò: ergò aliquoties concordabit verbum cum nominatiuo à tergo, quando ſcilicet erit ſubſtantiuum.

Reſpondetur ſubſtantiuum à tergo referri illi à parte ante, quia de aliquo debet dici, licet ipſemet ſit ſubſtantiuus, cum primùm ſubiectiuè ſtat pro ſecundo, v.g. cum dico: *Cicero eſt orator, eſt pater, ly* Orator, & pater licet ſubſtantiui de aliquo dici debent, vt patet, alias imperfecta eſſet oratio, & ipſius ſenſus, dicendo eſt orator.

Contra quartò: ſi dico: *Philoſophus eſt Ariſtoteles*, tunc nominatiuus à tergo concordaret: ergò faceret perſonam; ergò falſa ſolutio.

Reſpondetur; ludere argumentum verbis, quid enim vetat nominatiuum ante ponere poſt? Non per hoc tamen, quòd ſtat poſt verbum ille, qui ante ſtare deberet, tollitur quin ſit anterior.

Obijcies tertiò: Quæ accidunt verbo, accidunt imperſonali; ſed verbo accidunt perſona, numerus, tempus, &c. ergò hæc quoque accidunt imperſonali; ergò habet perſonam, numerum, &c. Maior patet, quia imperſonale eſt quoque verbum.

Reſpondetur, diſtinguo maiorem, omnia nego maiorem; aliqua concedo maiorem, & diſtinguo minorem, verbo perſonali concedo minorem; imperſonali nego minorem cum ſua conſequentia. Præter numerum, & perſonam, quæ imperſonali denegantur, par eſt ipſius cum perſonali verbo conditio.

Contra eſt primò; Verbum definitur, quod ſit pars orationis declinabilis per tempora, & perſonas abſq; caſu, &c. ergò imperſonale habebit perſonas.

Reſpondetur: falſum eſſe totum enthymema, ſi intelligatur etiam competere hanc definitionem verbo imperſonali. Præterea illa definitio generica eſt verbi,

ſpe-

Digitized by Google

species tamen participant aliquid de genere, quod cõstituat earum differentiam specificam; sicut animal cõtinet rationale, & irrationale, vtrumque tamen non imbibit quælibet species scilicet homo.

Contra secundò; constitutiuum definitionis verbi æquè competere debet personali, & impersonali; ergò falla responsio.

Respondetur; Verbum constitui per esse declinabile secundum tempora, quod non denegatur impersonali, reliqua verò, vel accidunt verbo, vel sunt rationes differentiales sub ipso veluti genere contentæ, sicut agere, & pati, quod dicitur de verbo, impropriè dicitur de impersonali.

Obijcies quartò: Cum dico, *me, te, illum, nos, vos, illos*, decet talia peregisse, omnes personæ exprimuntur, & numeri; ergò impersonale habet numeros, & personas.

Respondetur; Nego suppositum antecedentis; supponit obliquos casus facere personas.

Obijcies quintò: Etymon impersonalis descendit ab in, scilicet valdè, & persona, nempè valdè personale: ergò vel frustrà imposita fuit talis Etymologia, vel falsum est esse sine personis.

Respondetur; nego antecedens, quia dicitur tale à negatione personæ, *ly*, *in*, non stat pro valde, sicut impudens, impiger.

Contra: si dicerem, *inhumanus fuit Tiberius*, non omninò humanitas denegatur, sicut languidus sermo, qui parum habet spiritus; ergò ita in impersonali non omninò persona carebit, quia negatione est affectum.

Respondetur assignando disparitatem, quia inhumanus non dicitur de aliquo per totalem receſſum ab humanitate, sed quia minus habet humanitatis, ideò non importat priuationem, vt impersonale ponitur ex diametro oppositum personali, ideò caremtiam personæ dicit, sicuti frigidum cum contrario aduersatur calido.

Dicimus secundò; Impersonale denominari ab *in*,

& *persona*, nempè sine, & persona; Omnium voto adstipulatur.

Probatur: Impersonale est illud, quod primò, & per se personis caret; ergò dicitur ab in, & persona, scilicet sine, & persona.

Vrgebis ex Virg. *in* denotat valdè 12. Æn. *Turnus, vt infractos aduerso marte latinos.* & alibi. *Nosco crines, incanaque menta*, scilicet valdè fractos, vt voluit Asseſius; & valdè cana; ergò impersonale significat valdè personale.

Respondetur, admissa authoritate, distinguo antecedens, & ex hoc exemplo ad omnia, ità sit discurrēdum nego antecedens: ad aliqua concedo antecedens. Dicimus varia esse significata huius particulæ *in*, sicut sensus occasio demonstrabit ita accipienda est. Etenim etiam *ly* infractos exponit Seruius semper infractos, per hæc verba: *Postquam Turnus in bello deficisse videt Latinos ante semper infractos, namque ità maior est sensus, quam si infractos valdè fractos acceperis.* Quandoque stat pro supra. Liu. lib. 4. *retulerant imminere volscum bellum.* Quandoque intra. Virg. 11. *Incluſus muris, hoſtilique aggere ſeptus.* Liu. lib. 3. *Citari iubent in Curiam Patres, haud ignari quanta inuidia immineret ſtepeſtas.* Quandoque aliquo ritu solenniter facere. Liu. lib. 1. *Vt tamen quoniam Numa in pace religiones inſtituiſſet, ad ſe bellicæ ceremoniæ proderentur, nec gererentur ſolum, ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu,* & lib. 3. *Iuſſi Græciæ inſtituta mores, ſuaque noſcere.* Vel significat valdè. Cic. proœmio in Verr. *Hanc inuidiam ſenatus inflammare conantur.* Et Liu. lib. 1. *Incaluerunt vino.* Vel ponitur pro contra. Curt. lib. 4. *Clypeo impulſos præcipitauit,* & lib. 5. *obortis lachrymis terram intuebatur.* Denique pro fine, vt in casu nostro. Virg. 11. *Nos animæ viles inhumataque inflectaque turba.* Et innumera apud bonos auctores inuenies.

Dico tertiò: Impersonale duplex est, actiuæ, & passiuæ vocis. Ita fatentur omnes grammatici.

Pro-

Digitized by Google

Probatur: Illud verbum est actiuæ, & passiuæ vocis, quod desinit *in t*, & *in tur*: Sed impersonale desinit *in t*, & *in tur*: ergò impersonale duplex est, actiuæ scilicet, & passiuæ vocis. Minor patet, nam *tædet*, *pœnitet*, &c. desinit *in t*. & *feratur*, *itur*, &c. desinit *in tur*: ergò &c.

Obijcies; Impersonale non fundatur in actione, & passione; ergò falsa conclusio. Antecedens probatur; Impersonale non regit à tŕote casum rectum: sed actio, & passio verbi prouenit à casu recto ante se; ergò &c.

Respondetur, totum hoc procedere in verbis personalibus, nam impersonalia ratione desinentiæ cum illis assimilantur, verùntur tamen casibus obliquis à quibus agere, & pati ipsorum descendit.

Contra est primò; à persona, quæ in casu recto ponitur, descendit agere, & pati verbi; ergò non à casu obliquo.

Respondetur, distinguo antecedens, vniuersaliter nego antecedens; quandoque concedo antecedens; ergò nego consequentiam. Cum enim dicimus, *me pudet inertiæ*, adest actio pudoris, sed à casu obliquo oritur, sicut si dico, *à me colitur ingenium ly* à me licet sit obliquum, actionem tamen denotat, & passionem ingenium.

Contra secundò; Ideò hoc exemplum benè stabit, quia idem est, ac ego colo ingenium, & sic obliquus stat pro recto; ergò impersonale aget, & patietur, quia obliquum loco recti stabit.

Respondetur; Totum hoc verum esse in Neutris, quæ impersonaliter facta verùntur benè ad suum primitiuum esse, non in verbis per se impersonalibus, & ad aliud esse diuerti nefas est, cum si dico, *me tædet laboris* nonnullo pacto aliter dici valet, possem nè dicere, *ego tædeo laboris?* Argumentum probare deberet, Neutrum prout impersonaliter stat, & non alio modo retinere obliquum loco recti.

Quæres primò; quare impersonale inuentum fuit?

Respondetur, Causa vniuersalitatis; nam impersonale

nale iungitur nominibus, tàm vniuersalibus, quàm particularibus, ad quæ ex natura sua indifferens est, cum omnia ex se aptum sit recipere sub eadem desinentia.

Quæres secundò: Cur dicitur impersonale, & non innumerale, cum vtroque caret?

Respondetur, quia persona est nobilior numero, & *denominatio semper fit à nobiliori*; nam persona est causa numeri, & non numerus personæ, & *cum causa sit nobilior suo effectu*, sequitur dici impersonale, & non innumerale.

DE IMPERSONALIBVS PASSIVÆ VOCIS.

IMpersonale passiuæ vocis est illud, (vt diximus) quod desinit *in tur*, vt seruitur, formatur à tertia persona cuiuscumque temporis *addita ur*, vt seruit, addita ur, fit seruitur.

Dices: Impersonale in præteritis desinit *in um*: ergò falsum est formari à tertia persona cuiuscumque temporis, addita *ur*.

Respondetur: concedo antecedens, & nego consequentiam. Hoc est discrimen inter præterita, & alia tempora, nam præterita formantur à primo Supino, & est, vt lectum est, & est vna dictio composita, & non duæ, quia tunc esset passiuum personale.

Dices prior est significatio actiua, & posterior est passiua: ergò prius agendum est de impersonale actiuæ vocis, & posterius passiuæ.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, & dico quòd impersonale passiuæ vocis significat actionem, licet vox sit passiua; Impersonale verò

Digitized by Google

verò actiuæ vocis non omnia actionem significant, vt dicemus, cum significatio sit prior voce, ideò prius agimus de significato, quàm de voce: licet impersonalia passiuæ vocis habeant vocem passiuam, tamen habent significationem actiuam, vt ex constructione patebit.

Formatur impersonale passiuæ vocis ab omnibus verbis desinentibus *in o* nominatiuum agentem ante se habentibus, scilicet ab actiuis, neutris acquisitiuis, eransitiuis, & absolutis.

Construuntur impersonalia passiuam vocem habentia cum ablatiuo agente cum præpositione *a*, vel *ab* ante se, à tergo verò cum casibus verborum, vt à me seruitur magistro, persequentius tamen absolutè ponũtur. Ouid. *Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.*

Amatur, batur, tum est.	si ama.
Ambulatur, batur, tum est.	si camina.
Aratur, batur, tum est.	s'ara.
Seruitur, batur, tum est.	si serue.
Venitur, batur, tum est.	si viene.

Ab actiuis fit impersonale passiuæ vocis, quoties priuantur casu recto, vt à me amatur, legitur; sed si talem rectum habet expressum, fit passiuum personale, vt da tutti si teme la morte. A cunctis timetur mors. Verùm enim verò in quarto, & quinto ordine, siue sit expressus, siue tacitus, semper fit passiuum personale, vt s'insegna. Docentur aliqui. Si spoglia la veste à Paulo, veste spoliatur Paulus.

Aduertendum, si verbum careat supino (cum impersonale passiuæ vocis in præteritis suam formationem à supino habeat) non potest fieri impersonale passiuæ vocis, sed vertitur in actiuam significationem, vt s'è temuto, s'è studiato. Timuerunt, studuerunt.

A neutris copulatiuis prouenit impersonale passiuũ, cum non gaudeant recto, vt da voi s'è caminato; A vobis ambulatum est; quod si habeant rectum non possunt

Digitized by Google

impersonale formare, nisi rectus mutetur, vel in aduerbium, vel in ablatiuum cum præpositione, vel sine præpositione dicentem respectum ad ablatiuum agentem, vt da me li camina afflicto. A me ambulatur afflictè, vel cum afflictione, vel afflicto.

A possessiuis, ab effectiuis, & Neutropassiuis non deducuntur impersonalia, cum potiantur recto patiente à fronte.

Acquisitiua Neutra cum casu verbi efformant impersonale, vt à me seruitum est Deo.

Transitiua Neutra absolutè, vt à colonis aratur, sed si daretur patiens, tunc non esset impersonale, sed personale, vt à me aratur terra.

Dices: Impersonalia construuntur cum ablatiuo agente à fronte, à tergo cum casu verbi, ex quo pendent; ergò quodcumque verbum absquo formatur impersonale, potest frui suo casu à tergo: ergò verba actiua, & neutra transitiua cum fiunt impersonalia, debent frui suo casu: ergò possumus dicere impersonaliter *à me amatur Deum, & ab agricolis aratur terram*. Patet prima consequentia: valet dicere à me seruitur Principi; sed Principi est casus verbi; ergò quodcumque verbum potest frui suo casu. Consequentia probatur; non magis est casus *principi* respectu seruitur, quàm *Deum* respectu amatur, & *terram* respectu aratur; sed possumus dicere, à me seruitur principi; ergò quoque à me amatur Deum, & ab agricolis aratur terram.

Respondetur: concedo antecedens, & nego primam, secundam, & tertiam consequentiam, ad probationem primæ consequentiæ, concedo maiorem, & nego minorem, & consequentiam, ad probationem cuius, nego maiorem, & ratio est, quia tàm verba actiua, quàm neutra transitiua habent post se accusatiuum, qui potest mutari in nominatiuum. At verò verba acquisitiua post se regunt datiuum, qui nullo modo potest mutari in nominatiuum.

Neutra absoluta quoque impersonale passiuum efficiunt

Digitized by Google

ciunt cum casu præpositionis, vt à me itur ad rura.

A communibus non proueniunt impersonalia passiua, quia non desinunt *in o*, sed *in or*, vndè quando datur aliquod thema habens similitudinem impersonalis passiuæ vocis, fit passiuum, vt s'esorta alla virtù. Hortatur ad virtutem, subintelligitur aliquis.

Deponentia, quia desinunt *in or* non formant impersonale passiuæ vocis, vndè si datur aliquod thema habens similitudinem impersonalis passiuæ vocis, confugitur ad tertiam personam numeri pluralis, vt si combatte, s'hà misericordia de poueri, si aiutano li pupilli, s'imitano li dotti, s'abusa la buona creanza. Prælian-tur, miserentur pauperum, auxiliantur pupillis, imitantur doctos, abutuntur bona vrbanitate, subintelliguntur aliqui.

Quoties impersonalibus seruilia verba adiunguntur, impersonalia euadunt, vt da noi si deue seruire Dio. A nobis debet seruiri Deo. Non ita de Dominatibus dicendum est, nam non euadunt impersonalia, sed personalia perseuerant, vt sunt. Il Prencipe vuole esser seruito dal Vassallo. Princeps vult sibi seruiri à subdito. Li Signori non vogliono essere nociuti dalli villani. Domini nolunt sibi noceri à rusticis.

Denique non prætereundum, quòd quando his verbis adiunguntur verba seruilia, & dominantia, seruilia induunt naturam impersonalium, & impersonalia euadunt; at non ita dominantia, nam non euadunt impersonalia, sed semper personalia permanent, vt naturaliter sunt. Noi potemo, e volemo essere seruiti dagl' amici. Nobis potest, & nos volumus ab amicis seruiri, vel commutando dicere possumus: Nos volumus, & nobis potest seruiri ab amicis. Vel potest resolui quoque per vt, vt nobis potest, & nos volumus, vt ab amicis seruiatur nobis.

Ad hanc regulam hæc tria verba reducuntur.

Benefit, bat, ctum est.	per farsi bene.
Malefit, bat, ctum est.	per farsi male.

Digitized by Google

Satisfit, bat, ctum est. per sodisfarsi.

Quæ eandem constructionem, quam impersonalia ex neutris acquisitiuis, requirunt, vt à nobis malefactũ est illis, absquibus benefactum est, & satisfactum est omnibus.

Dices, Impersonale actiuæ vocis desinit *in t*. Sed hęc tria verba desinunt *in t*; ergo sunt actiuæ vocis, & non passiuæ vocis impersonalia; ergò non debent reduci ad impersonalia passiuæ vocis.

Respondetur distinguo maiorem, quò ad vocem, & quò ad significatum vocis concedo maiorem; quò ad vocem tantum nego maiorem; sed distinguo minorem eodem modo, hæc tria verba desinunt *in t*, quò ad vocem concedo minorem; quò ad significatum vocis nego minorem; ergò nego consequentiam. Nam hæc tria verba desinunt quò ad vocem *in t*, non quò ad significatum vocis; nam quò ad significatum vocis habent naturam impersonalium passiuæ vocis.

Hæc tria verba possunt fieri personalia, vt hæc malè fiunt à te.

DE IMPERSONALIBVS ACTIVÆ VOCIS,

DE PRIMO ORDINE IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

HVius ordinis verba exceptæ, vel exemptæ actionis appellantur, quia eius actio non omnibus natu-

Digitized by Google

turaliter tribuitur, & sine casu tertiæ personæ actum significant, licet tantùm Poeticè, non oratoriè dicatur, *Ego Iuppiter fulmino, pluo, &c.* sic quoque *ò Iuppiter fulmina, plue, &c.*

Hæc verba absolutè construuntur, vt *Tonat, pluit.*

Pluit, ebat, pluit.	per piouere.
Tonat, abat, nuit.	per tuonare.
Grandinat, abat, auit.	per grandinare.
Ningit, ebat, ninxit.	per neuigare.
Fulgurat, abat, auit.	per balenare.
Coruscat, abat, auit.	per lampeggiare,
Gelat, abat, auit.	per agghiacciare.
Rorat, abat, auit.	per cader la rugiada.
Lucescit ebat, xit.	Per farsi giorno
Diescit ebat. s. p. & s.	Per farsi giorno,
Noctescit ebat s. p. & s.	Per farsi Notte
Adueſperascit, ebat s. p. s.	Per farsi Sera.
Serenat, abat, auit.	Per farsi buon tempo
Vernat, abat auit	Per far primauera.
Hyemat abat, auit.	Per Inuernare

Quando hæc verba absolutè construuntur sunt impersonalia, at verò quando adest nominatius expressus, vel tacitus, vel numerus pluralis, & hic nominatiuus subintelligitur *Deus*, vel *Natura*, tunc sunt personalia. Virg. *Cælum tonat omne fragore. Rorate Cæli desuper.*

Præter hunc nominatiuum post se quandoque accusatiuum, vel ablatiuum sibi asciscunt Liu. *Inter alia prodigia carnem pluit. nubes pluant Iustum. Pluit lacte, & carne.*

* Quidam grãmatici asseuerãt in recto casu poni id, quod pluendo cadit, vt *saxa pluunt*; sed.

Contra: Hæc verba habent nominatiuum, vel tacitum, vel expressum, quem *Deum, Naturam, & Cælum* agentem intelligimus: id quod cadit pluendo ha-

* (*Gram. error*)

bet

bet rationem patientis; nam Deo, siue Cælo inest pluendi actio; id quod pluendo cadit, patitur: ergò res, quæ pluendo cadit non potest poni in nominatiuo: ergò malèdicitur *saxa pluunt*, *Sanguis pluit &c.* & licet Virg. 4. Georg. dicat: *Nec de concussa tantum pluit ilice glandis*. Tubull. *Multus, & in terram deplueretq. lapis. &c*; tamen nihil officit, cum impropria sit locutio; nam nec glandis, nec lapis est proportionata materia pluuiæ.

Dices: Impersonalia carent numeris, & personis: sed verba hujus ordinis habent numeros. & personas: ergo non sunt impersonalia. minor probatur quo ad primam partem: *Cælum tonat*, *est numeri singularis*. *Rorate Cæli desuper*, est numeri pluralis: ergò habent numeros. probatur quò ad secundam partè minor: per vos in istis verbis subintelligitur nominatiuus, vel tacitus, vel expressus: sed nominatiuus, tam tacitus, quàm expressus facit personam: ergo habent personas: ergò sunt personalia.

Respondetur concedo majorem, & nego minorem, ad probationem, & præcipuè quò ad primam partem, dico, quòd quando habent numeros sunt personalia; quò ad secundam vero partem, dico, quòd quando hæc verba habent nominatiuum, siue tacitum siue expressum, sunt personalia, quando absolutè construuntur, vt pluit, absolutè cõsiderando hanc actionem pluendi, non considerando, neq; Deum, neq; Naturam, neq. Cælum, tunc sunt impersonalia.

Animalium, volucrumq; voces ad hunc ordinem referri possunt, quæ sunt.

Anguis sibilat. Anes blaterat. Aper frendit Asellus oncat. Asinus rudit. Barrus barrit. Bos boat. Canis latrat. Catulus glaucitat. Ceruus glocitat. Elephas barrit. Equus hinnit. felis maumat. Infans vagit. leo rugit lepores vagiunt. lupus ululat. lynces corcant. Mus mintrat. Mustellæ drintit. Onager glocitat. Ouis balat. Panther caurit. Pardus felit. Rana coaxat. Serpens sibilat. Sorex desticat.

Digitized by Google

deſticat. Sus grunnit. Taurus mugit. Tygris raucat. Verres quiritat. Vitulus mugit. Vrſus uncat. Vulpes gannit.

Accipiter pipat. Acredula miſitat. Anas trenitit. Anſergratitat. Apis bombilat. Aquila glancit. Bubo bubulat. Buteo bubit. Cicada frinitit. Ciconia gloterat. Columba gemit. Coruus crocitat. Cuculus frigulat, cuculat. Cygnus drepſat. Gallina gracillat. Gallus cucurit. Graculus cuculat. Grillus grillat. Grus gruit. Hirundo trinſat, Merops Zinxulat. Miluus lipit Noctua cucubat. Palumbus plauſitat, Pauo pupillat. Paſſer pipit. Perdix cacabat. Progne Zinxulat. Regulus zinxulat. Strix ſtridit. Sturnus piſitat. Turdus tritulat. Turtur gemit. Veſpertilio ſtridit. Vlula vlulat. Vultur pulpat.

Aqua murmurat. æs tinnit. tuba glangit.

Dices animalium, volucrumque voces habent ante ſe caſum rectum, & vtróſq; numeros: ergò non poſſunt referri ad Imperſonalia.

Reſpondetur diſtinguo antecedens, quando ſunt perſonalia concedo antecedens, quando ſunt imperſonalia nego antecedens: ergò nego conſequentiam. Nam nos dicimus, quòd quando hæc verba habent caſum rectum, & numerum pluralem ſunt perſonalia; quando verò abſolutè conſiderantur abſq; caſu recto, & in ſimilitudine figuræ tertiæ perſonæ ſingularis, ſũt imperſonalia.

Contra: non poteſt dici *crocitat*, vel *hinnit*. quin tacitè non intelligatur caſus rectus, nempè *coruus crocitat*. & *equus hinnit*: ergò quomodocumque conſiderentur ſemper habent caſum rectum, & conſequenter ſunt perſonalia.

Reſpondetur diſtinguo antecedens, ſi conſiderentur cum caſibus concedo antecedens; ſi abſolutè nego antecedens: ergò nego conſequentiam, & dico, quòd omne verbum dupliciter capi poteſt, vel abſolutè, vel cum caſibus. modò animalium, volucrumq; voces in hac regula abſolutè à nobis conſiderantur, & ſic ad imperſonalia pertinent.

DE

DE SECVNDO ORDINE

IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

HIc ordo conſtruitur ante ſe cum genitiuo patiente, poſt ſe verò cum infinito agẽte, & ſi illo caret, eſt perſonale. Cic. 2. off *Iudicis eſt, ſemper in cauſis verum conſequi.*

Intereſt, erat, fuit. Per appartenere. (ſer vtile.
Refert, bat, tulit. Per importare, appartenere, eſ.
Eſt, erat, fuit. Per appartenere, eſſer officio.

Verbo intereſt iunguntur hæc pronomina, *mea, ſua, tua, noſtra, veſtra, & cuia*, vt noſtra intereſt rempublicam gubernare. At ſciendum, quòd hæc pronomina in hoc verbo ſunt caſus ablatiui, quia intereſt componitur ex *in*, & *re* mutata *re in er*, & interpoſita littera. *t*; dicimus namq; intereſt mea *i.* in re mea *i.* vtilitate eſt mea: quia intereſt inter cærera ſignifi. cata, vtilitatem ſignificat. Quando cõponitur verbum intereſt ex *inter*, & *eſt* vt interſum, es, intereſt, tunc quatuor ſignificat, primò eſſer preſentè. Cic. ad Brut. *Qui noſtro ſermoni interfuit*. Secundò eſſer in mezzo, vt *ablaqueabis arbores, quæ interſunt. Dicenti paſſus intererant caſtra punica, & Romana.* tertiò, eſſer differentia intertijs perſonis tantum cum duobus accuſatiuis cum inter. vt *inter hominem, & belluam hoc hoc intereſt*. Et cum ablatiuo cum præpoſitione, vt *Sapiens intereſt à ſtulto.* Quartò eſſer lontano, ſpatiũ in nominatiuo, vt *à templo ad forum ducenti paſſus interſunt.*

Si verbum intereſt cum dictis pronominibus, & nominibus iungatur ſubſtantiuis, æquè per genitiuũ, ac per *qui, quæ, quod* loqui arbitramur, vt Cælius apud Marcell. *Vide mea hominis, quid referat.* Terent. in Adelp. *Id mea minimè refert, qui ſum natu maximus. Intereſt itaque mea oratoris, & intereſt mea qui ſum orator.*

Quan.

Digitized by Google

Quando nomina substantiua sunt propria, & personæ primæ ponuntur in casu recto cum relatiuo *qui, quæ, quod*; vt mea, qui sum, vel vocor *Carolus* interest res alienas componere; Quando verò secundæ personæ, ponuntur in vocatiuo, vt *tua Petre interfuit lachrymari*.

Dices: hæc regula constituitur cum genitiuo: ergò debemus dicere, *mei, sui, nostri, &c.* interest, & non *mea tua, sua nostra, &c.* interest.

Respondetur distinguo antecedens, semper nego antecedens, vt plurimum concedo antecedens: ergò nego consequentiam, & dico, quòd constituitur etiã cum ablatiuo deriuatiuorum, *mea tua, sua, nostra, vestra, cuia,* pro genitiuis primitiuorum *mei, tui, sui, nostri, vestri, &c.*

Contra: hæc regula constituitur cum genitiuo patiente: sed genitiuus primitiuus significat passionem: ergò, in hac regula vti debemus genitiuo, & sic dicere debemus: *mei interest*, & *non mea interest*.

Respondetur concedo majorem, minorem, & nego consequentiam. Dico, quòd hi genitiui tripliciter capiuntur, vel actiuè, vt *amor tui* scil. quem ego habeo de te; vel passiuè, vt *desiderium mei* scil. quo ego desideror, vel possessiuè, vt *doctrina nostri magistri*, scilicet, quam possidet noster magister: ergò si diceretur, *mei, tui, nostri, &c.* interest, oriretur ambiguitas, an actiuè, an passiuè, an verò possessiuè esset thematis sensus, & ad tollendam istam ambiguitatem, deriuatiuorum ablatiuis vtimur pro genitiuis, qui ablatiui tantum passionem significant.

Admittunt quoq: accusatiuum inanimatum cum *ad*, vt *ad decus. ad laudem nostram, ad disciplinam interest, vel refert sanctè viuere*.

Non potest dici *nostra solorum, nostra vnorum* interest. seù refert, sed *nostra solum, vestra tantum* interest, seu refert, & hoc in plurali numero; in singulari, verò dicitur, *mea solius, mea vnius*.

Omnia

Digitized by Google

Omnia participia,& adiectiua nomina in genitiuo ponuntur,vel per relatiuum *qui, quæ, quod,* resoluuntur, vt *nostra legentium,vel qui legimus. Vestra omnium interest parui æstimare vitia.*

Refert componitur ex substantiuo *res*, vel *re*, vt *discipulorum refert studere idest res discipulorum, vel in re discipulorum fert studere.* Constituitur etiam, cum ablatiuo possessiuorum, *mea,tua, vestra, &c.*

Adiectiua, quæ infinitum sequuntur copulatiuorũ ponuntur in accusatiuo, vt *Iudicis interfuit, vel retulit esse iustum senum est esse auaros.*

Dices; quotiescumq; ante verbum substantiuum, præcedit casus rectus,debet quoque sequi casus rectus; & quotiescumque præcedit obliquus, debet sequi obliquus: ergò possumus dicare, *Iudicis interfuit, vel retulit esse iusti,& senum est esse auarorum.*

Respondetur concedo antecedens, & nego consequentiam; nam in hac regula antecedit in verbis copulatiuis obliquus, & subsequitur quoq; obliquus, & iste obliquus est accusatiuus, non vero genitiuus, non quòd repugnet rationi, & authoritati,cum ratio id probet, authoritas adstipuletur, sed tantum est, quia ab aula grammaticorum recessit.

Contra est. In tertio ordine impersonalium licet dici: *mihi conuenit esse docto*: ergò quoq; debet dici: *Iudicis interfuit esse iusti,& senum esse auarorum,* aliter esset incongruum dicere, *Iudicis Iustum, & senum auaros*: ergò sicut illud non recessit ab aula grammaticorum, nec istud.

Respondetur,concedo totum argumentum,& dico, quod nihil obstat, cum ratio suffragetur,attamen recessit ab vsu, si verò vis vti tali loquendi formula, per tales casus, non erit vtique hæresis in grammatica.

Interest, & refert his genitiuis iunguntur, *magni, parui,tanti, quanti,nihilo pluris,*& aliquibus aduerbijs, vel nominibus, *magis,minus,plus,parum,satis,maximè, mi-*

Digitized by Google

minimè, vehementer, nihil, quid. aliquid, siquid, & alia id genus.

Est quoque requirit genitiuum patientem à fronte, & infinitum agens à tergo, vt *patris est alere filios*, qui genitiuus non regitur à verbo est, sed ex nomine substantiuo, *officium*, expresso, vel tacito.

In illis pronominibus dicitur, *meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, & cuium* in nominatiuo, quia subintelligitur officium, & tunc personale. Vel quia concordat cum infinito neutri generis, vt *tuum est tueri patriam*, & tunc est impersonale. Id quod diximus de verbo interest, & refert suo modo de verbo *est*, dicendum putamus.

Ad hanc regulam hæc tria verba reducuntur. *Attinet, bat, nuit. Pertinet, bat, nuit. Spectat, bat, auit. Per apparinere*.

Non quia eadem constructione poriantur, sed quia, eandem significationem habent, quæ construuntur ante se cum accusatiuo præpositionis ad, & infinito, vt *ad milites spectat hanc ciuitatem expugnare*. Si verò careant infinito sunt personalia in tertijs personis, & requirunt ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem cùm ad, vt *virtus pertinet ad bonos, vitia verò pertinent ad malos*. *Quorsum spectant tua verba nescio*.

DE TERTIO ORDINE

IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

TRrtij ordinis Impersonalia verba à fronte cum datiuo; à tergo verò cum infinito construuntur, vt *mihi non licet ducere vxorem*. Si infinito careant, sunt personalia neutri acquisitiui, vt *nummi placent omnibus*.

Ac-

Digitized by Google

Accidit, bat, accidit. Per accadere, Interuenire.
Conducit, bat, xit. Per essere vtile.
Constat, bat, tit. Per esser manifesto.
Contingit, bat, git: Per interuenire.
Conuenit, bat, nit. Per conuenire.
Euenit, bat, nit. Per accadere.
Expedit, bat, expediuit. Per esser espediente.
Libat, bat, buit. Per piacere.
Licet, bat, licuit, & licitum est. Per esser lecito.
Placet, bat, cuit. Per piacere.
Præstat, bat, stitit. Per esser meglio.
Sufficit, bat, cit, Per bastare.
Vacat, bat, vit. Per hauere otio, e tempo.

Quando post hæc verba sequitur infinitum verbi copulatiui, & posteà adiectiuum, adiectiuum concordare debet cum suo antecedente substantiuo, vt *mihi conducit esse docto*, qui datiuus mutari quoque potest in accusatiuum, vt *mihi conducit esse doctum*.

Datiuus requisitus in hac regula mutari potest in accusatiuum, vt *licet mihi ducere vxorem*, & regitur à verbo *licet*; & *licet me ducere vxorem*, & accusatiuus regitur ab infinito.

Verbum licet cum accusatiuo præpositionis per, potestatem rei alicuius faciendæ significat, Cic. Tir. *Expectassem Brundusij, si esset licitum per nautas*. Absolutum miram habet elegantiam. Cato in re rust. *Et si licet voles insuper vinum vouum mistum bibere, licet bibas*. Cic. ad Mem. *Totam hominis vitam rationemque desideremus, licet*.

Ad hanc regulam reducuntur hæc cõposita à sum, vt *Arduum est, consentaneum est, decorum est difficile est, durum est, æquum est, facile est, fas est, indecorum est, iniquum est, longum est, mirum est, nefas est, nefarium est, pulchrum est, rectum est, satis est, superuacaneũ est, Turpe est, Turpissimum est*,

DE

Digitized by Google

DE QVARTO ORDINE

IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

QVarti ordinis impersonalia verba accusatiuum patientem, & infinitum agens poscunt, vt *discipulos oportet studere regulis.* Si infinito carent personalia euadunt, vt *boni mores decent omnes.*

Decet, bat, cuit.	per conuenire.
Dedecet, bat, cuit.	per disconuenire.
Delectat, bat, auit.	per delettare.
Iuuat, bat, iuuit.	per giouare.
Oportet, bat, tuit.	per bisognare, far bisogno

Verbum oportet semper est impersonale, vt *oportet Cæsarem legere*, vel *Cæsar legat, oportet*, & subintelligitur particula, *vt*. Nunquam potest fieri personale, licet Terent. in Andr. dixerit: *Quæque oporteat.* Quintil. *dicere, quæ oportent.* Si tamen italicum per personale detur, fiat per verbum *egeo, eges*, vt ho bisogno di danari. *Ego egeo nummis, vel opus sunt mihi nummi.*

Verbum videor iunctum cum infinito huius quarti ordinis, est verbum dominans, vt *discipuli sibi videntur se delectare ludere.*

Ad hanc regulam referri possunt hæc alia verba, fallit, fugit, latet, præterit, scordarsi, vscir di mente.

Quando adiunguntur infinito, construuntur, vt suprà. *Neapoli morans non me ad amicos dare epistolas præterit, fugit, latet, fallit.*

Digitized by Google

DE QVINTO ORDINE

IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

QVinti ordinis impersonalia verba semper sunt impersonalia, & accusatiuum à fronte exigunt patientem, à tergo verò genitiuum agentem, vel infinitum, vt *me paniteț peccatorum, vel peccasse.*

Miseret, ebat, ertum est.	per hauere misericordia
Misereiscit, ebat I. p.	idem.
Pœnitet, ebat, tuit.	per pentirsi.
Pigret. ebat, guit.	per rincrescersi.
Pudet, ebat, duit.	per vergognarsi.
Tædet, ebat, duit.	per rincrescersi.

Hæc verba quinti ordinis antiquitùs erant personalia, & nil mirum, si apud antiquos authores personalia leguntur, vt apud Terent. *Hei mihi non te hæc pudet?* Lucanus. *Quem sæua pudebunt,* & sic de reliquis verbis passim apud antiquos occurrunt exempla.

Dices: Impersonalia actiuæ vocis desinũt in *t:* sed verba huius ordinis in præsenti, præterito imperfecto, & futuro desinunt in *t*, in præterito verò in *um* impersonalium passiuæ vocis more: ergò simul erunt actiuæ, & passiuæ vocis: sed hoc est falsum; ergò & id vnde sequitur.

Respondetur, vt supra diximus, quòd antiquitùs, non solum hæc verba erant personalia actiua, vndè antiqui dicebant: *pudeo, pigeo, misereo, &c.* Sed etiam personalia deperentia fuisse legimus, vndè postquàm ex personalibus in impersonalia transiuere, retinuerunt præteritum tantum in *um*, vt *misertum est, pigitum est, puditum est, pertesum est.*

Si aliquod thema datur per significationem passiuã ver-

Digitized by Google

vertitur in actiuam, vt li pentiti dalli rincrescíuti saranno misericordiati dal maestro rincrescíuto. *Illorũ quorum pœnituit illos, quorum piguit alios, magistrum, cuius alios piguit, miserebit.* Quattro misericordiati dalli trè pentiti si rincrescono delle loro fatiche. *Quatuor, quorum tres, quorum alios pœnituit, misertum est, piget eorum laborum.*

Sunt hi modi loquendi, cum Italicum istis gaudet particulis, *mi. ti. si, ui, ni*, fit impersonale, vt io mi pento hauere imitato l'orme di questo scelerato. *Me pœnitet imitatum esse vestigia huius scelesti.* Quando verò absunt prædictæ particulæ fit per verbum afficio, vt il maestro misericordia gli discepoli. *Magister afficit discipulos misericordia.* Io vi farò pentire, vergognare, rincrescere della vostra ignoranza. *Ego efficiam, vt vos pœniteat, pudeat, & pigeat vestræ ignauiæ.* Io ti pento, ti rincresco, e ti misericordio. *Ego afficio te pœnitentiæ, tædio, & misericordia.* Voi v' hauete da rincrescere delli vostri errori. *Futurum est, vt vos pigeat vestrorũ errorum, vel vos pigebit, vel video fore, vt vos pigeat.* Li scolari senza rincrescersi, vel non rincrescendosi dell'otio, non potranno acquistare virtù. *Discipuli, nisi priùs eos tædeat otij, non poterunt acquirere virtutem.*

DE SEXTO ORDINE

IMPERSONALIVM ACTIVÆ VOCIS.

Seù de Verbis Seruilibus.

SExti ordinis Impersonalia verba dicuntur seruilia, quæ sunt

Digitized by Google

Debet,bat,debuit.	si deue.
Desinit,bat,desiniuit,vel desiit.	si cessa.
Incipit,bat,incepit.	s'incomincia
Potest,erat,potuit.	si può.
Solet,bat,solitum est.	si suole.

Et dicuntur seruilia, ex eo, quia constructioni infinitorum, quibus adhærent, inseruiunt. Cum infinitis personalium personalia fiunt, quorum constructionem habent, vt *tu incipis vacare studio*. Cum infinitis impersonalium impersonalia euadunt, & illorum constructionem sequuntur, vt *me solet tedere studij*.

Hæc verba, quando coniunguntur infinitis personalium, si sunt actiuæ significationis, nominatiuum agentem, si passiuæ, patientem à fronte requirunt, vndè si dicatur: la Grammatica si può insegnare, e la veste si deue spogliare, non potest fieri; *Grammatica potest doceri, & vestis debet spoliari*, quia tàm grammatica, quàm vestis non est nominatiuus patiens, vndè dices: *aliqui possunt doceri grammaticam, & debent spoliari veste*.

Non ità in verbis neutris acquisitiuis in significatione passiua, nam non habent nominatiuum patientē, & sic in vtraque fieri potest significatione, vt *Princeps desinit fauere malis. A magistro solitum est faueri discipulis diligentibus*.

At verò in deponentibus secundo, tertio, & quarto ordine, si datur thema aliquod in passiua significatione, cum fieri nequeat, debet in significationem actiuā verti, vt gli soliti essere misericordiati dalli potuti essere agiutati, deuono essere consolati. *Illos, quorum soliti sunt misereri illi, quibus potuerunt auxiliari aliqui, ab ij debent consolari*.

DE

Digitized by Google

DE VERBIS DOMINANTIBVS.

AD supradictum sexcum ordinem reducuntur quædam verba, quæ infinitum sibi adsciscunt, quæ dicuntur dominantia, vulgò *signorili*, ex eo, quia dominantur constructioni, & sæpe persona volens, desiderans, &c. ponitur in nominatiuo, siuè adhæreat infinito verborum personalium, siue impersonalium, v. g. *Tu potiùs vis perseuerare in peccato, quàm ais te pœnitere*

Cupio, is, iui, itum.	
Desidero, as, aui, atum.	(per desiderare.
Opto, as, aui, atum.	(
Despero, as, aui, atum.	per disperare.
Nescio, is, iui, itum.	per non sapere.
Nolo, non vis, nolui, nolitũ.	per non volere.
Spero, as, aui, atum.	per sperare.
Volo, vis, volui, volitum.	per volere.

Hæc verba dominantia recipiunt infinitum, tàm à verbis personalibus, quàm impersonalibus, vndè sit exemplum in actiuis. Io voglio honorare chi m'honora. *Ego volo honorare honorantem me*. Eodem modo procedunt exempla in passiuis, vt la virtù sà esser tenuta in molta stima. *Virtus scit magni haberi*. Verum enimuerò quãdo casus ante verbũ nõ est reanimatę, tũc subintelligitur *aliquis, vel aliqui*, in quarto passiuorũ ponitur in accusatiuo, in quinto verò in ablatiuo, vt la Virtù vuole essere insegnata. *Virtutẽ aliqui volũt doceri*. La veste lacera desidera essere spogliata. *Veste lacera aliquis desiderat spoliari*.

In neutris, & deponentibus suam seruant constructionem hæc verba. Gli Giudici vogliono perdonare gli rei, & non vogliono hauere misericordia degl' innocenti. *Iudices volunt parcere reis, & nolunt misereri*

Digitized by Google

innocentium. Attamen si thema detur in significatione passiua, in Neutris potest fieri, vel impersonale passiuæ vocis, vt Io voglio esser seruito da te. *Ego volo mihi seruiri abs te*, vel resoluitur, vt *volo mihi tu seruias*. In deponentibus verò vertitur in significationem actiuã, si detur in passiua, vt voglio essere misericordiato, aiutato, & non persequitato. *Volo aliquos mei misereri, mihi auxiliari, & non me persequi, vel volo aliqui mei misereantur, mihi auxilientur, & non mẽ persequantur.*

In communibus potest fieri per vtramque significationem.

In impersonalibus tandem semper personalia sunt. vt li Prencipi vogliono rincrescersi concedere gratie à Vassalli. *Principes volunt se pigere concedere gratias subditis.*

Si in vno themate concurrent seruilia, & dominantia, quorum infinitum erit impersonale, tunc seruile induet naturam impersonalis, dominans verò non, vt Io voglio, e posso rincrescermi de'miei peccati. *Ego volo, & me potest pœnitere meorum peccatorum.*

DE ADVERBIIS LOCALIBVS.

DIco primò: Aduerbium locale est, quod verbum determinat, atque implet significatione loci. Dicitur à loco.

Dico secundò: Duo sunt aduerbia localia *In*, & *Ad*, si status, & motus specificatiua tantum accipiantur; si tamen modi mouendi considerentur, & species materiales, sunt quatuor *de, per, versus, & vsque*; Si verò vt interrogationes, sunt sex, *in, ad, de, per, versus, et vsque*.

Probatur quò ad motum (nàm certum est apud omnes grammaticos vnum esse aduerbium status) motus essentialiter, & intrinsecè respicit tantum termi-

Digitized by Google

minum ad quem, & ab ipso specificatur; Sed si aduerbia motus in ordine ad solum specificatiuum motus sumantur nō possunt accipere, nisi terminum ad quē: ergò tantum accipient aduerbium *ad*, localia. Minor probatur: specificatiuum essentiale motus est terminus *ad quem*: sed terminus ad quem non importat, nisi conceptum *ad*: ergò clara minor.

Probatur secundò eadem pars: si aliquis moueatur, intantum *discedit de loco, transit per locum, &c.* inquantū tendit in finem motus, qui *est acquisitio termini ad quē*: ergò omnia hæc aduerbia ordinantur ad motus specificatiuum: sed quod ordinatur ad finem, cum *habeat rationem medij, non potest esse finis*: ergò localia motus accepta respectu specificatiui motus non sumentur, nisi respectu *ad*. Vltra quàmquod, *siue quis discedat, siue transeat, &c.* moueri tantùm propriè dicitur ad acquirendum terminum, cum motus essentialiter vnicus sit, licet variè considerari possit.

Confirmatur: Certum est, *ad, per, vsque, &c.* esse distincta: ergò vel hæc quoque specificant essentialiter motum, vel tantum *ad*, si primum: ergò plura specificatiua essentialia distincta vnum motum specificarēt; si secundum, vera erit sententia.

Quod, si dicas esse distincta materialiter, ideò cum stare possint sub eodem genere, etiam stabunt sub eodem motu, & specificabunt illum.

Nam falsum est specificatiua materialia posse specificare essentialiter, siue formaliter motum, nos loquimur de hoc.

Probatur vltimò: Illa diuisio potior est, quæ seruat rigorosas normas rectæ diuisionis: sed hæc per, *ad*, & *in*, ita se habet: ergò hæc potissimùm admittetur. Minor probatur: *Recta diuisio debet esse bimembris*: sed localia per *ad*, & *in* diuiduntur: ergò per duo membra æqualiter appellantia supra statum, & motum: ergò, &c. Nec inconsultò fit, cum motus, & status sint duo solùm, & contraria, vndè fit aliam normam rectæ diui-

Digitized by Google

sionis obseruari, quæ est, vt fiat per affirmationem, & negationem, quod totum est in nostra sententia; nam *in* negat motum, *ad* statum.

Probatur secunda pars: *de, per, versus, & vsque*, materialiter specificant motum: sed hæc sunt quatuor ergò adverbia localia in ordine ad has species sùpta sunt quatuor. Major patet; nam essentiale specificatiuum motus est *ad*, nec aliud dari potest essentiale specificans, vt supra vidimus.

Non negauerim tamen, quòd si consideres, *per*, ordinatum solum ad motum per locum, huc ad suum dumtaxat terminum, *per*, non se immiscens ad essentiale constitutiuum motus esse essentiale specificatiuum illius motus tantum, quia illum pro suo termino respicit, vt separatum ab omni alio, & ita de tribus reliquis dic; adhuc tamen quatuor erunt licet specificatiua essentialia singula singulorum motuum.

Quòd si dicas, *ad*, ità quoq; accipi posse, vt specificatiuum tantum motus, *ad* &, *in*, status in loco, & per consequens sex esse aduerbia.

Minus rectè dices, cum *ad* appellet supra motum, vt completum specificatiuum totius motus, non partis motus, vt ità dicam, & implicat id quod ex se est cõpletum, & totale specificatiuum consideretur per modum partis. Idem dic de statu.

Probatur tertia pars: Potest quis interrogare, per *vbi, quò, vndè, quà, versus, & vsque*: sed hæc sunt sex. ergò sex sunt aduerbia, si interrogatiuè accipias.

Obijcies primò contra primam partem: possunt dari motus diuersi: sed ex diuersitate motus, sumitur diuersitas termini specificantis motum: ergò quot modis sumi potest diuersitas motus, tot erunt aduerbia: sed aliis modis præter datos, quis moueri potest: ergo non erunt duo localia. Minor subsumpta patet, *de, per, versus, & vsque locum*, moueri constituunt diuersum motum à reliquis.

Re-

Respondetur; distinguo minorem, ex diuersitate motus, &c. tendentis ad diuersum terminum ad quem concedo; aliter nego minorem. non enim ex quacumque variatione motus oritur termini essentialis diuersitas, nisi illa sit, quæ constituat motum per ordinem ad diuersum terminum ad quem, sicut motus calefactionis diuersus est ab illo frigefactionis. non ex diuersitate motus vtcumque, sed ex diuersitate termini ad quem.

Contra primò: potest quis moueri per *locum*, *de*, *versus*, &c. sed tunc acquiret diuersum terminum essentialem: ergò ex diuersitate motus oritur illa termini. Minor probatur: terminus motus *per locum* non est terminus motus *de*, *siue ad*, quia non est idem cum *de* & *ad*: ergò sunt diuersi essentialiter.

Respondetur ad probationem minoris distinguendo antecedens, si sumatur terminus motus *per* vt specificatiuum sui tantum motus transeat, motus vt motus nego antecedens. Dico nos considerare nunc aduerbia in ordine ad motus assentiam, & specificatiuè, non ut quælibet ad sui ipsius motum ordinata, vt supra diximus, & hoc modo vnus motus ab alio materialiter distinguitur, cum sub eodem genere motus stet.

Contra secundò; Etiam pro vt stat motus *per*, v. g. sub eodem genere motus respicit terminum essentialiter diuersum: ergò nulla solutio. Probatur antecedens: motus *per* non habet pro termino tendere ad locum (quia hic est motus *ad*) etiam prout stat sub genere motus: ergo, &c.

Respondetur: non venire sub consideratione terminum motus *per locum* prout stat sub motu, vt motus est. cuius est respicere terminum ad quem, nam dum est animo petere Romam, licet *discedam*, *transeam*, &c. tamen hæc non considero, quia finis, siue terminus ad quem Roma seil. per se à mouente prætenditur.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies secundo contra eandem partem: *de, per, versus, & vsque* diuidunt motum in distinctas species tendentes in terminos distinctos formaliter: ergo non materialiter specificant motum. Antecedens probatur: licet calefactionis, & frigefactionis motus fiet sub eodem genere, cum tamen distinguitur, acquirit distinctos terminos formaliter specificantes motum: ergò sic à pari in casu nostro. consequentia aliò patet, quia moueri *per locum, de loco, &c.* simul stare non possunt, & vnum essentialiter non est aliud.

Respondetur: hæc vera esse, si accipiantur tantū, vt inter se distincta, non prout primariò ordinata ad motum, pro vt motus est ex tradita ratione, nè plura specificatiua formaliter, & essentialiter distincta eandem rem specificarent, & ex hoc disparitas patet, quia calefactio, & frigefactio sumuntur primariò, vt inter se distincta specificantia motum calefactionis, & frigefactionis, non motum, vt motus est. Complura argumenta, quæ hic potuissem afferre, ex ijs, quę vobis proposuimus extricare poteritis, si benè omnia perpendetis, & licet hæc quæstio à discipulorum intelligentia videatur tantisper aberrare, tamen ludimagistri solertia subnixus hæc in medium considerāda libentius proposui.

DE STATV LOCALI.

VErba statum in loco significantia sunt hæc, *maneo, sum, habito, exulo, æstiuo, hyberno, hyemo, quiesco, iaceo, negotior, moror, studeo, philosophor, rusticor, &c.*

Aduerbium locale status construitur. vel cum aduerbijs, *vt Dessi est vbique*, vel cum nominibus, quæ sunt in duplici differentia, vel propria, vel appellati.

ua,

na. Nomina appellatiua cuiuscumq; sint declinationis efferuntur in ablatiuo cum præpositione *in*, vt *magister moratur in platea*.

Notandum est, quod sub appellatiuorum nomine veniunt quoque. *Insularum, Regnorum, Regionum, Prouinciarum, fluminum, montium, vallium, cætera nomina huius farinæ*, quæ licet propria sint, & non appellatiua, tamen in ablatiuo cum præpositione *in* ponuntur, vt *nostri mercatores non tantum negotiantur in Hispania, Gallia, & Germania, verum etiam in Sicilia, & in Apulia*.

Obijcies: *Sardinia* conuenit vni: ergò est nomen proprium: ergò construetur sine præpositione.

Respondetur: nego secundam consequentiã, quia Sardinia licet sit nomen proprium, est tamen Insulæ, cuius est sicut fluminum, &c. poni cum præpositione; propria Ciuitatum sunt, quæ præpositionem non admittunt.

Contra est primò: *Id quod est tale semper est tale*: sed nomen proprium non stat cum præpositione: ergò vbicumque ponatur non habebit: ergò siue sit insulæ, siue Ciuitatis, quia nomen proprium est, carebit illa.

Respondetur distinguo minorem, si sit illud quod prolatat se per varia loca nego; quod non se prolatat concedo minorem: ergò nego consequentiam.

Contra secundò: *Neapolis* est nomen proprium, & prolatat se per varia loca: sed stat sine præpositione: ergò falsa distinctio. Secunda pars maioris probatur: multa sunt *suburbia Neapolis*. ad quæ se prolatat: ergò prolatat se per varia loca.

Respondetur: distinguo antecedens probationis majoris, & alias considerantur, vt distincta nego antecedens; vt constituunt, & sunt vna Ciuitas concedo antecedens. Suburbia Neapolis licet inter se distincta sint loca; tamen connotant, & concurrunt ad constituendum vnam Ciuitatem, ideò sequitur vnum totum venire.

Con-

Digitized by Google

Contra est tertiò: sicut suburbia considerantur in ordine ad vnã Ciuitatem, ità plures Ciuitates possunt considerari in ordine ad vnam Insulam: sed in primo tollitur præpositionis ablatio: ergò etiam in secundo poterit.

Respondetur: assignando disparitatem; quia Ciuitati insunt suburbia, vt partes componentes ipsam; Ciuitas verò est totum in ordine ad Insulam, nec Ciuitates communicantur insulæ, licet è contra.

Nomina propria *Ciuitatum, Oppidorum, pagorum, & castellorum*, si sint primæ, vel secundæ declinationis numeri singularis in genitiuo ponuntur, vt *tu studes Romæ, ego verò Panormi.*

Si verò tertiæ declinationis, vel numeri pluralis, siue primę, siue secundæ declinationis fuerint, ponuntur in septimo casu, vt *Lucius philosophatur Venetijs, & Petrus Syracusis. Ego habito Neapoli, ille verò Carthagine.*

Notandum est primò, quod nomina propria *Ciuitatum, oppidorum, pagorum, terrarum, & Castellorum*, si iuncta fuerint his pronominibus, *meus, tuus, suus, noster, vester, & alienus*, si primæ, vel secundæ declinationis numeri singularis fuerint, genitiuo efferuntur, vt *nos nostræ Romæ sumus, & illi sunt alieni Surrenti*; Si verò tertiæ, vel secundæ declinationis numeri pluralis in ablatiuo puro, vt *nos negotiamur vestris Venetijs, vos nostris Puteolis, & illi meæ Neapoli.*

Notandum secundò, quòd quamuis diximus, quòd propria Ciuitatum nomina, cum pronominibus partim in genitiuo, partim verò in ablatiuo puro ponũtur, tãmen quando copulata sunt nominibus adiectiuis, ponũtur in ablatiuo cum præpositione *in*, sint cuiuscumque declinationis, vt *meus pater negotiatur in pulchra Neapoli, ego dego vitam in Sancta Roma.*

Obijcies: Propria Ciuitatum, &c. primæ, & secundæ declinationis numeri singularis absolutè sumpta

gau-

Digitized by Google

gandent genitiuo: ergò etiam cum consortio aliorū nominum in genitiuo debent poni. Consequentia probatur: Pronomen idem est, ac nomen, cum loco nominis ponatur: ergò si ponuntur cum pronomine in genitiuo, debent etiam cum consortio aliorum nominum in genitiuo poni. Consequentia probatur: Nequit assignari ratio, cur ponuntur in genitiuo cum pronomine, & cum adiectiuo nomine nō? Ergò si cum pronomine ponuntur in genitiuo, etiam cum nomine adiectiuo in eodem casu poni debent.

Respondetur concedo antecedens, & nego consequentiam, ad cuius probationem concedo antecedēs, & nego consequentiam ad probationem cujus nego antecedens cum sua consequentia, & assigno ratione; Nam pronomen sequitur naturam nominis proprij, & quia nomen proprium ponitur in genitiuo, etiam pronomen poni debet in eodem casu: At vero adiectiua nomina sequuntur naturam nominum appellatiuorū, & quia nomina appellatiua ponuntur in ablatiuo cū præpositione, etiam quando iunguntur propriis, ponuntur in ablatiuo cum præpositione.

Notandum est tertiò, quòd nomina *Ciuitatum oppidorum, &c.* composita ex duobus nominibus ponuntur in ablatiuo cum præpositione, vt ego *ortus sum in Monte Herculeo, & tu in Marsico noue.*

Obiicies: Nomina propria status si sint secundæ declinationis gaudent genitiuo: ergo Sanctus Angelus cum sit nomen proprium secundæ declinationis gaudebit genitiuo.

Respondetur: Nomina composita gaudere ablatiuo cum præpositione, vti est Sanctus Angelus, quia non est secunda declinatio, quæ exquirit genitiuum, sed simplicitas nominis proprij.

Contra est primò: Tàm simplicia, quàm composita sunt nomina propria: ergò eodem in casu ponentur. Consequentia probatur: Ambo habent eandē naturam: ergò eadem ratio determinabit vtrumque

que

quæ alias diuersitas assignanda erit.

Respondetur ad probationem consequentiæ ob cõpositionem nomina simplicia non deponere esse proprij, licet constructionem proprij deperdant, hoc ex eò quia, cum sint appellatiuis iniuncta secundum illa regulantur, simplicia ex se reguntur.

Contra secundò: constructio non mutatur, si componantur simplicia: ergò & si hoc nomen S. Angelus nunc sit compositum, tamen non mutabit constructionem, quia simplex erit, & proprium. Antecedens probatur: esse nomen proprium primæ, vel secundæ declinationis petit constructionem genitiui: sed hoc quod est esse nomen proprium per compositionẽ non mutatur: ergò &c.

Respondetur ad probationem antecedentis, distinguo minorem, non mutatur, quò ad prædicatum nominis concedo; constructionis nego minorem. Verum est prædicatum primæuum nominis scil. esse nomen proprium non variari, tamen quia mutatur simplicitas, vnde prouenit constructio, ideòque, hæc variatur.

Contra tertiò: Primæuum prædicatum remanet: ergò & constructio. consequentia probatur; quoties datur primæuum prædicatum nominis scil. proprij, datur genitiuus: sed non tollitur hoc prædicatum quoties componitur: ergò datur genitiuus.

Respondetur distinguo majorem tantùm nego; si datur etiam simplicitas concedo majorem. quia hæc est ratio vnde prouenit genitiuus, cum faciat, vt se ipso regatur.

Contra quartò: Non est simplicitas, quæ hoc agit, sed esse proprium, & primæ, vel secundæ declinationis: ergò falsa responsio. Antecedens probatur: Si à simplicitate nominis proueniret, sequeretur reliqua nomina simplicia licet non propria, & non primæ, vel secundæ gaudere genitiuo; hoc est falsum: ergò &c.

Ref-

Digitized by Google

Respondetur ad probationem antecedentis, distinguo sequelam majoris, si proueniret tanquam à sola hac ratione, & vt intrinsecè constitutiua, concedo; aliter nego. Simplicitas tantum remouet impedimentū, nè nomen proprium appellatiuo immixtum ab illius regi debeat casu, non verò illud ipsa sola constituit, & regit; nam hoc habet quia proprium primæ, vel secundæ declinationis.

Notandum quartò: quando dicitur, habito in Roma Città santa, fit *habito Romæ Ciuitate Sancta, vel in Sancta Ciuitate Romę* Cic. pro Rabir. *Neapoli in celeberrimo oppido*. Quandoque non vtitur præpositione: pro Arch. *Natus est Antiochiæ loco nobili.* Plin. lib. 2. antepositum præpositionem, vsusque fuit ablatiuo. *In Nea oppido Troadis*.

Ex nominibus appellatiuis quinque hæc, *Domus, humus, Rus, Militia, & bellum* propriorum constructionē sequuntur, idcircò genitiuo efferuntur, *Rus* verò, quia est tertię declinationis in octauo casu, vel septimo, vt *Diues manet domi, pauper iacet humi, colonus habitat ruri, vel rure, miles verò militiæ, vel belli viuit.*

Obiicies. In omnibus aduerbiis localibus stant appellatiua cum præpositione; sed hæc sunt appellatiua, *domus, humus, rus, militia, & bellum.* ergò debet competere præpositio in hoc aduerbio status.

Respondetur: distinguo majorem omnia nego; aliqua concedo maiorem, & distinguo minorem, & sunt separata à regula appellatiuorum concedo; non separata nego minorem cum sua consequentia; *Omnis enim regula suam patitur exceptionem*, hæc nomina separata sunt à communi appellatiuorum norma.

Contra primò: Rectè concipitur, ad *multam noctem manfit in ruribus*: ergò licet *ly* rus sit exceptuatum, præpositionem admittet.

Respondetur: Rectè stare in plurali numero, secus in singulari.

Contra secundò: Numerus non variat naturam nomi-

Digitized by Google

minis: ergò semper manebit exceptuatum. An dens patet, nam nihil addit nomini, vt tale est: ficut in plurali habet, ità in singulari, vel in n præpositionem,

Respondetur: Hæc nomina pari passu incedere proprijs, cum illorum proprietate sint nduta, illa rent pluràli, ista quoq; carebunt.

Contra tertiò: *Venetiæ, arum. Puteoli, orum.* sunt mina propria pluralem habentia: sed præpositio his competit: ergo neque nominibus, *Rus. Domus, &c.* plurali acceptis.

Respondetur: has voces significare vnam Ciuitatem licet vox pluralis sit, ideòq; quò ad vocem licet plurales, tamen quò ad importatum per vocem singulares sunt.

Dubitabis, si exceptuata ponuntur in secundo casu dicemus *commoror Domus*, non verò *Domi*.

Respondetur: Nomen *Domus* duos genitiuos habere *Domus*, & *Domi*. primus significat ædificiũ ex lapidibus, calce, cæmentis, tecto, &c. constructum, vnde malè dicemus *partem domi sum demolitus, sed partem domus*. Secundus significat habitationis locum, vt ex Terent. in Adel. *Quid ais bone vir est frater Domi?* Ideoque cum hic loquamur de loco illum genitiuũ dare debemus, qui locum significat, non qui ædificiũ. Congruit etiam, quia cum hoc nomen syntaxim nominum Ciuitatum imitetur, quæ nulla reperiuntur quartæ, vel quintæ declinationis, ideoque, vt in omnibus assimiletur, nec à declinationis desinentia aberrabit. Vltra quàm quòd fit vt amphibologia euitetur, *Domus* enim potest esse casus nominatiui, & genitiui.

Hæc quinque nomina appellatiua, quæ propriorum constructionem sequuntur in numero plurali nõ gaudent tali priuilegio, sed in ablatiuo cum præpositione *in*, vt *Vos habitatis in Domibus, nos verò in ruribus.*

Mea, tua, sua, nostra, vestra, & aliena his nominibus adiun-

Digitized by Google

adiuncta in genitiuo ponuntur, rus verò in septimo, vel octauo casu, vt *ego maneo domi meæ, tu verò ruri, vel rure tuo.* Quandoque cum *in* iunguntur, vt apud Plin. *Ille in domo mea sæpè conualuit.* Attamen cum nominibus adiectiuis in ablatiuo cum præpositione *in*, vt Ouid. *Sustinet in vidua tristia signa domo.* Et substantiua si sint nomina gaudere præpositione, & carere illa potuerunt. Cic. lib. 2. ad Att. *Cum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit.* Et lib. 1. *Clodius deprehensus domi Cæsaris.*

Nomen *domus*, quandoque adiunctum habet nomen proprium Domini domus, tunc tacemus domum, & nomen proprium domini ponitur in accusatiuo cum præpositione *apud*, vt hò dormito in casa di Cesare. *Apud Cæsarem dormiui.*

Ecclesiarum verò nomina in genitiuo cum præpositione *in* ponuntur, & subintelligitur hoc nomen, *Templum, Phanum, Ecclesia, &c.* Vt ho intesò Messa in S. Anna. *Audiui Sacrum in Diuæ Annæ, scilicet in Templo.*

Verbum ambulo, eiusque composita, licet motum significare videatur, tamen in statu ponitur, quia qui deambulat non progreditur vltra terminos illius loci, in quo deambulat, vndè quando dicitur, Passeggio per Roma, sic, *ambulo Romæ.* Sic quoque dicendum est de verbo vagor, quòd quamuis motum significare videatur, tamen ad statum pertinet, vt *tota in vrbe vagatur.*

Obijcies. Ambulo est verbum pertinens ad motum; ergo non ad statum. Probatur antecedens: Ambulatio importat motum: ergò non attinet ad statum.

Respondetur, negando antecedens, ad probationem distinguo antecedens, motum, qui fit in loco determinato concedo antecedens, indeterminato nego antecedens; Qui enim ambulat, cum sit in determinato loco, ideò non excludit verbum à regula status.

Contra primò. Ambulare est deferere terminum à

quo,& petere terminum ad quem licet locus sit determinatus: sed hic est modus mouendi constituens motum ad locum: ergò &c.

Respondetur, falsam esse minorem, cum motus ad locum respiciat adeptionem tantùm termini ad quē: hic verò intra eundem locum, & confinia iam adepta, & determinata versatur.

Contra secundò. Hæc ambulatio, vel stat sub genere status, vel motus: si primum, nec gressum quidem quis mouere debebit, si secundum, non potest pertinere ad statum.

Respondetur, stare sub genere status, sed

Contra tertiò Status, & motus sunt contraria: ergò non potest effectus vnius sub alio contineri. Consequentia patet: quia effectus status est quies, motus est exercitium actuale mouendi; ergò ad hoc, vt contineri possit sub statu ambulatio, nullo modo motum admittere debebit.

Respondetur, posse contineri sub statu, quia motus, quem importat ambulatio non imbibit de per se cōstitutiuum motus; ideoque cum sit motus, qui magis accedit ad statum, poterit contineri: *sub frigido stare potest non intensus calor.*

Contra quartò. Idem constitutiuum motus acquirit, qui ambulat: ergò falsa responsio. Antecedens probatur: *Qui petit Romam*, non minus respicit hanc pro termino, quàm qui ambulat in loco determinato hunc pro termino respicit: ergò idem est amborum terminus.

Respondetur, quòd qui ambulat, cum non acquirat nouum terminum, sed semper in eodem determinato loco versetur, non mirùm si talis locus determinatus non se habeat per modum termini circa hoc.

Contra quintò. Qui petit Romā nō uersatur in loco indeterminato: ergò si hic habetur locus acquisitus, vt terminus etiam in nostra specie erit idem.

Respondetur, explicando quæstionis, & argumento-

torum nodum, cum dico: *Ambulo Romæ*, nullo modo motum importare poteſt, licet ambulando faciam motum, & hoc quia ambulo in loco, vbi iam mango, nec ambulando nouiter acquiro terminum, ſcilicet Romam, meritò non rectè dicemus: *ambulo Romam*, quia tunc denotat, & Romæ non adhuc me manere; Motus enim *ad*, vel conſideratur per interrogationem, quæ fieri poteſt de eo, vt quò petis, & tunc apertum eſt terminum non adhuc attactum eſſe; vel conſideratur ſpecificatiuum motus, & tunc apertius idem patet, quia conſtitutiuum motus eſt eſſe ad terminum, & hic cum eſt attactus iam ceſſat motus, vnde Philoſophi dicunt. *Habito fine ceſſat motus*. Si igitur ambulando verificari nequit acquiſitio noui termini, iam ſum in loco determinato, nec ab illo diſcedo, & per conſequens ibidem ſemper ſtò, hæc omnia ad aduerbia ſtatus attinent, non mirùm ſi ſtatus ambulo ſit verbum.

Obijcies ſecundò. Iam quòd per vos, qui ambulat mouetur in loco determinato, & non pertinet ad motum ad locum congruentius deberet dici ſpectare ad motum in loco: ergò non ad ſtatum ſimpliciter.

Reſpondetur, ex noſtra Theſi nullum oriri abſurdum, ſicuti ſi daremus motum in loco oriretur apud omnes grammaticos incognitum; non enim ex arbitrio effingendæ ſunt res, tunc præcipuè cum aliter dicendo ſecundum probatas regulas rectè dicimus, optimèque: ſuperfluum præter enumerata aduerbium dare ab omni ratione, congruetia, authoritateque aberrat, vt ex dictis colligi poteſt.

Aduerbia ſtatum in loco ſignificantia ſunt. *Vbi? hic, iſthic, illic, alicubi, alibi, vbique, nuſquam, vbicumque, ibi, ibidem, vbiuis, vbilibet, vtrobique, neutrobi, ſicubi, necubi, vbinam? intus, foris. Domi, ruri, humi, peregrè, militiæ, vbigentium? ubiterrarum? ubinam gentium? ubi loci, ubiq; terrarum, ubique itineris, ubiuisgentium, nuſquam gentiũ, nuncubi, uſquam, uſpiam, inibi, &c.*

Digitized by Google

DE MOTV AD LOCVM.

ADuerbia motus ad locum construuntur dupliciter, vel cum aduerbijs, vel cum nominibus. Verba motum ad locum significantia sunt: *eo, tendo, uenio, accedo, pergo, mitto, nuncio, curro, diuerto, declino, deflecto, vedeo, reuertor, regredior, ingredior, proficiscor, peto, &c.*

Cum aduerbijs, vt Quid. in epist. *Nunc huc, nunc illuc, & vtroque sine ordine curro.*

Cum nominibus, quæ adhuc sunt in duplici discrimine, vel propria, vel appellatiua.

Appellatiua nomina ponuntur in accusatiuo cum præpositione *ad*, vel *in*, *ut ad flumen ibimus, si in uiridarium uenietis.* Sub nomine appellatiuorum (vt diximus) veniunt *Regnorum, Insularum, Regionum, Prouinciarum, Fluminum, montium, vallium. &c.* Nomina, quæ ponuntur in accusatiuo *ad*, vel *in*, vt *in Calabriã, & ad Apuleam ibimus.*

Propria nomina *Ciuitatum, Oppidorum, Castellorum, &c.* Sint cuiuscumque declinationis, & numeri, in accusatiuo sine præpositione ponuntur, vt *eo Bononiã, Venetias, Puteolos, Byzantium, & Carthaginem.* In eodẽ casu, si adiuncta sint pronomina, *mea, tua, &c.* vt *ego pergo Neapolim nostram.* Si vero adiuncta fuerint nominibus adiectiuis, in accusatiuo cum præpositione *ad*, uel *in*, vt *petimus ad doctas Athenas, si ibitis in superbam Carthaginem.* Sic quoque si talia nomina fuerint composita, vt *si uenis ad Sanctam Agatham deflecte ad Montem Herculeum.*

His quinque nominibus appellatiuis, *Domus, humus rus, militia, & bellum*, accusatiuum absque præpositione ponimus, cum propriorum constructionem sequãtur, vt *proficiscar domum, rus, &c.* In plurali verò in accusatiuo cum præpositione *in*, vel *ad* ponuntur, vt *ibimus ad rura, curremus ad domos.*

Si

Digitized by Google

Si verò iuncta fuerint pronominibus, *meus, tuus, etc.* in accusatiuo sine præpositione collocantur, vt *eo domum meam, & ibo rus tuum.*

Attamen si iuncta fuerint nominibus adiectiuis in accusatiuo cum præpositione *in*, vel *ad*, vt *petam in, vel ad domum nouam, & ad, vel in rus delitiosum.*

Domini domorum in accusatiuo cum præpositione *ad*, ponuntur, vt *ibo ad amicos.* Andarò in casa degl'amici.

Loca sacra, vt *Templum, Ædes, phanum*, & similia ponuntur cum præpositione *ad*, vel *in*, & nomen illius numinis, cui locus dicatus est, in genitiuo ponitur, vt noi andaremo à San Martino. *Nos ibimus in, vel ad Diui Martini.*

Aduerbia motum ad locum significantia sunt: *huc, illuc, istuc, intrò, foras, quò: quonam? siquò, nequò, aliò, aliquò, quoquam, quocumque quoquò, deorsum, quouis, quolibet, quopiam, eò, eodem, nusquam, vtrò, vtròque, neutrò, alterutrò, peregrè, supra, superius, inferius.*

DE MOTV DE LOCO.

ADuerbijs motum de loco denotantibus hæc, & similia verba accedunt: *Venio, discedo, recedo, disto, migrò, digredior, proficiscor, absum.*

Dupliciter construitur hoc locale, vel cum aduerbijs, vt discedam hinc; vel cum nominibus; vndè appellatiua in ablatiuo cum præpositionibus ponuntur, vt *venio à studio, ab vrbe, à Nilo, ex Gallia*: Sub appellatiuis comprehenduntur (vt diximus) *Regnorum, Prouinciarum, Regionum, insularum, &c.*

Propria *vrbium, pagorum, castellorum, &c.* cuiuscumque declinationis, & numeri in ablatiuo puro ponuntur, & in eodem casu cum pronominibus, vt *reuersus*

Digitized by Google

sum Brunduſio, Cauis, Meſſana noſtra, Pariſiis, & Carthagine.

Obijcies. Motus de loco vno modo conſtruitur; ergò non dupliciter. Antecedens probatur: conſtruitur cum præpoſitione tantum: ergò uno modo.

Reſpondetur ad probationem antecedẽtis: hoc verificari in nominibus appellatiuis, non proprijs.

Contra. Etiam verificatur in proprijs: ergò nulla ſolutio. Antecedens probatur: ex Cic. ad Att. lib. 9. *à Brunduſio nulla adhuc fama venerat.* Liu. lib. 3. primæ deca. *Legati ab Ardea venerunt repetitum res*: ergò præpoſitio competit proprijs.

Reſpondetur: Admitto authoritatem Cic. & Liu. & dico, tunc nomina propria præpoſitione gaudere, cum non Ciuitas ipſa, ſed Ciuitatis propinquitas exprimitur.

Si adiuncta habeant nomina adiectiua, vel fuerint nomina compoſita, in ablatiuo cum præpoſitionibus ſeparatiuis, *vt diſcedam nobilibus Venetijs*, & *venio à Marſico nouo.*

Hæc nomina appellatiua, *domus, humus, rus*, propriorum habent conſtructionem, vt *venio domo, ſurgam humo, redeo rure*; at non ita in plurali numero; ſed cum præpoſitionibus, vt *non diſcedam de domibus, neq; ruribus*. Cum pronominibus propriorum ſequuntur conſtructionem, vt *diſcedam domo mea, ſi diſcedes rure tuo*; At cum adiectiuis præpoſitiones requirunt, vt *diſceſſi à pulchra domo.*

Domorum domini in ablatiuo cum præpoſitione *a*, vel *ab*, ponuntur, vt *redeo ab Antonio*, ideſt *redeo domo Antonij.*

Eccleſiarum nomina in genitiuo cum præpoſitione *ex*, vt *redeo ex Diui Iacobi*, ideſt ex Templo, vel Eccleſia.

Aduerbia motum de loco ſignificantia ſunt: *Vndè, hinc, illinc, iſtinc, alicundè, aliundè, vndique, vndecumque, vndeunde, nuſquam, indè, indidem, vtrinque, alterutrinq;*

vn-

Digitized by Google

vndeuis, ſicunde, necunde, vndenam, intus, foris, peregrè, ſuperne, inferna, funditùs, radicitùs, ſurſùm, cominus, eminus, cælitùs, longè.

DE MOTV PER LOCVM.

IN hoc aduerbio locali ſignificatur per aliquem locum tranſire, cuius verba ſunt. *Tranſeo, quæro, curro, circumcurſo, veho, duco, vagor, peregrinor.*

Dupliciter conſtruitur, vel cum aduerbijs, vt *illac ego tranſibo, qua carris,* vel cum nominibus appellatiuis, vel proprijs.

Appellatiua in accuſatiuo cum præpoſitione *per*, ponuntur, & ſub eodem caſu *Regnorum, Prouinciarũ, Inſularum, regionum, &c.* nomina militant, vt *tranſiui per Galliam, per prædia, per vrbem.*

Propria *vrbium, oppidorum, &c.* cuiuſcumque declinationis, & numeri in ablatiuo puro ponuntur, & in eodem caſu cum pronominibus, *meus, tuus,* &c. vt *trãſibo Roma, Patauio tuo, Neapoli, & Puteolis.* Si adiuncta habeant adiectiua nomina, vel fuerint Ciuitatum cõpoſita in accuſatiuo cum præpoſitione *per*, vt *tranſiui per pulchrum Salernum, & Marſicum nouium.*

Hæc appellatiua, *domus, humus, rus, & militia*, tàm per ſe, quàm cum pronominibus adiuncta in ablatiuo puro ponuntur, *vt ſi tranſis rure, tranſi domo noſtra.* Cũ nomminibus verò adiectiuis, & in plurali numero in accuſatiuo cum præpoſitione *per*, vt *tranſiui per damũ nouam, & crudelem militiam, tranſipo quoque per domos, & rura.*

Loca ſacra, vt Eccleſia, templum, &c. cum præpoſitione *per*, & illius numinis nomen, cui locus dicatus eſt in genitiuo, & ſubintelligitur templum, Eccleſia, &c. vt *tranſiui per Diuæ Mariæ de Concordia.*

Digitized by Google

Nomina propria virorum, cum significant eorum domos, accusatiuum cum præpositione *per*, requirũt, vt *per magistrum transibo.*

Quando dicimus: passerò per Palermo mia Patria, fit, *transibo Panormo per meam patriam.*

Huius localis aduerbia sũt: *qua, hac, iſtac, illac, aliquac, alia, vſquaquaque, quacumque, quaqua, ea, eadem, vtraque, quauis, qualibet, ſiqua, nequa, intus, foris, ſupra, ſuperius, infra inferius, terra, mari.*

DE MOTV LOCVM VERSVS.

VErba huius localis sunt omnia illa, quæ motum significant, vt *eo, proficiſcor, curro, &c.*

Dupliciter constituitur, vel cum aduerbijs, vt *quorſum ſpectant tua verba ſcio.* Vel cum nominibus, quæ vel appellatiua, vel propria sunt.

Appellatiua cum duabus præpositionibus, scilicet ad: & ſe cum præpositione *ad*, & post ipsum nomen appellatiuum cum præpositione *verſus*, construuntur, vt *petam ad foram Cæſar noui verſus.* Sub appellatiuis *Regnorum, prouinciarum, inſularum, &c.* nomina veniunt, quæ eandem constructionem admittunt, vt *proficiſcar ad Sardiniam verſus.*

Propria *vrbium, oppidorum, pagorum, &c.* post ipsum nomen proprium præpositionem versus requiunt, vt *profectus ſui Romam verſus, Salernum verſus, Puteolos verſus, Neapolim verſus.* Si verò nominibus adiectiuis copulata fuerint, vel si fuerint composita, appellatiuorum sequuntur constructionem, vt *eo ad delitioſam Neapolim verſus, & cutro ad Marſicum nouum verſus.*

Hæc nomina appellatiua *domus, humus, rus, &c.* propriorum requirunt constructionem, tam sola, quam pronominibus copulata, vt *petam domum verſus, tu rus*

alte-

Digitized by Google

alienum uersus; at non ità in numero plurali, sed dicessed *ad rura uersus*. Si verò copulata fuerint adiectiuis, dicemus: *tu ibis ad domum pauperem uersus*.

Nomen domini domus in accusatiuo cum præpositione versus ponitur, vt *petam iuris peritum uersus*.

Nomina numinum, quibus locus dicatus est ponuntur in genitiuo inter præpositionem *ad*, vel *in*, & *versus*, vt *ego peto ad*, *uel in Diui Francisci de Paula uersus*.

Aduerbia huius localis sunt: *Quorsum, horsum, istorsum, illorsum, aliquorsum, aliorsum, quocumque uersum, quòquò uersum, quorsumquorsum, quorsumcumque, quorsumuis, quorsumlibet, utrorsum, utroque uersum, siquorsũ, deorsum, deorsumuersus, dextrorsum, sinistrorsum, leuersũ, introrsum, extrorsum, retrorsum, sursumuersus.*

DE MOTV LOCVM VSQVE.

VErba, quæ ad hoc locale pertinent sunt omnia illa, quæ motum significant.

Construitur, vel cum aduerbijs, vt *quousque tendis?* vel cum nominibus, vel proprijs, vel appellatiuis.

Appellatiua requirunt accusatiuum cum præpositione *usque, ad, et, usque, in, ut, profectus fui usque ad agrum, & profectus sum usque in Vesuuium*. Eodem modo nomina *Regnorum, Prouinciarum, &c.* construuntur, ut *Camillus petet usque ad Galliam, & usque in Germaniã*. Hæ præpositiones variari possunt, vt *petam ad usque plateam, & ad plateam usque*.

Propria Ciuitatum, oppidorum, &c. cuiuscumque declinationis, & numeri accusatiuo efferuntur solum cum præpositione *usque*, siue ante, siue post, vt *usque Caietam tu petis, & ego Puteolos usque*.

Si compositæ fuerint, vel adiectiuis adiuncta in accusatiuo cum *ad*, & *usque*, ponuntur, vt *petam, usque ad*

Digitized by Google

ad Montem Herculeum, & usque ad doctas Athenas.

Appellatiua *domus, humus, rus*, &c. tàm sola, quàm pronominibus adiuncta propriorum sequuntur constructionem, vt *proficiscemur domum vsque, & rus nostrũ vsque.* Non ita in plurali, sed dices *vsque ad rura.* Sic quoque cum adiectiuis, vt *vsquè ad domum nouam.* Eodem modo dicimus, *vsque ad Petrum.*

Nomina Sanctorum in genitiuo cum duabus præpositionibus, vt *amicus noster iuit vsque ad Diui Laurentij, & ego ibo vsque in Diuæ Mariæ Lauritanæ.*

Huius localia aduerbia sunt: *quousque, hactenus, huc vsque, istucusque, illucusque, alioquousque, introusque, forasusque.*

COROLLARIVM.

PRopria *Ciuitatum, oppidorum*, &c. nomina absque præpositionibus construi communiter diximus, attamen apud optimæ notæ viros cum ipsis quandoq; relegendo inuenies, & in compositis Ciuitatum nominibus absque, vt Cic. *Nauis est in Caieta parata tibi.* Idem. *Ad Capuam, & Luceriam iturus putabatur.* Salust. *Ab Roma aberat.* Cic. *Terrestres per Megaram excursiones fiebant.* Idem: *Demissus passim ad frumentum coemendum vsque ad Cumas.*

Sic quoque *Prouinciarum, Insularum*, &c. nomina, statum significantia aduerbialiter in genitiuo posita sine præpositione quandoque leguntur. Cic. ad Att. lib. 5. *Corcyræ epulati essemus hilarem in modum.* Varr. libro primo de re rust. *Creta dicitur esse platanus, quæ folia byeme non amittat.* Cic. *Sicilię cum essem.* Ad locũ in accusatiuo sine præpositione. Cic. ad Att. lib. 11. *Filius Corcyram venit.* Idem pro Pompeio. *Siciliam adijt, inde Sardiniam venit.* Idem in Verr. *Cum legati ad Neronem Asiam Samo venissent.* De loco in ablatiuo. Cic. ad Att. lib. 9. *Si Gneus Italia cedit.* Per locum Plin. lib. 26. *Nec tota Italia vagatos.* Idem dic de domo,

Digitized by Google

mo, militia, & bello. Curt. lib. 7. *Adiecit in domo eius venenum esse.* Salust. in Catil. *Compertum est in bello plurimum ingenium posse.* Sed quod raro apud bonos authores inuenitur: parcè nobis vtendum.

DE INFINITIS.

Dico; Infinitum est modus verbi carens numeris, & personis, genera non discernens, atque indigens verbo finito, vt perfectum compleat sensum.

Obijcies primo. Infinita diuiduntur in impersonalia, & personalia: ergò infinitum personis non caret: consequentia probatur: Impersonale negat personã, personale admittit: ergò non caret personis. Antecedens patet, quia hæc est intrinseca distinctio vnius ab alio.

Respondetur, distinguo antecedens, ratione verbi concedo; ex se, & ratione personæ nego antecedens cum consequentia. Diuisio euenit non ratione personæ, sed quia à verbo personali dependet, ideò personale dicitur infinitum.

Contra est primò. Per hoc, quòd infinitum impersonale non habet personas, ideò dicitur impersonale: ergò etiam per hoc, quòd habebit personas dicetur personale infinitum. Consequentia probatur. Infinitũ personale oritur à verbis personalibus: sed hæc habẽt personas: ergò etiam infinitum. Consequentia probatur. Quòd nascitur ab alio sapit naturam illius: sed natura verbi personalis est habere personas: ergò &c.

Respondetur ad probationem consequentiæ distinguo maiorem, tantum nego; à verbis ratione modorum concedo maiorem. Licet verba habeant personas, tamen stant sub modis indicatiuis, imperatiuis, &c.

Digitized by Google

&c. Infinitum oriuntâ verbis, sed ratione modi efficientis, verbum quia infinitum propriè, & per se non est aliud nisi modus verbi, siuè personalis, siuè impersonalis: docere, v. g. est modus infinitiuus verbi doceo.

Contra est secundò. Infinitiuus est modus, sicut optatiuus, coniunctiuus, &c. sunt modi: sed hi non carent personis: ergò neque infinitum. Consequentia patet; ambo enim stant sub prædicato modi.

Respondetur assignando disparitatem; quia persona non competit verbo ratione modi, sed temporum, cum modus ratione temporum gaudeat personis, infinitiuus verò non est, nisi modus, ideò non gaudet personis, quia temporis est illis gaudere.

Contra tertio. Quod habet tempus, habet personas: Sed amare habet tempus: ergò personas.

Respondetur. Infinito inesse tempus, amare, v. g. præsens, & imperfectum, amauisse præteritum perfectum, & pluſquam perfectum, amaturum esse futurū, amaturum fuisse futurum præterito mistum: sed hæc tempora stant in confuso, non separata.

Contra quartò. Tempora per se habent personas: ergò sicut tempora distincta habent personas distinctas; ita confusa personas confusas: ergò admittet personas infinitum licet confusas.

Respõdetur, hoc totũ verũ esse, nec quidquã infinito personã carenti officit. Quid enim vetat, nos dicere, legere, v. g. esse primæ, secundæ, & tertiæ personæ, & esse adhuc infinitum? Etenim sicut te legere! Est singularis numeri, & temporis præsentis, vel imperfecti, absque eo, quod derogetur, vel quidquam infinito, ita erit absque scrupulo secundæ personæ, &c.

Contra est quintò. Hæc responsio arguit definitionem: ergò nulla responsio. Antecedens probatur. Infinitum est, quod caret personis: ergò vel simpliciter habet, vel non simpliciter: ergò non inconfuso habet. Probatur hæc vltima consequentia. Tùm quia absolutè

Digitized by Google

lutè ponitis in definitione carere personis, tùm quia definitiones debent absolutè explicari, nec obscuræ, vel mutilæ esse debent: ergò si bona est definitio, non habebit inconfuso.

Respondetur, definitionem explicare naturam infiniti, quæ est, vt simpliciter personas excludat.

Contra sexto. Ergò responsio contradicit definitioni. Consequentia probatur. Vos dicitis in responsione habere inconfuso in definitione simpliciter non habere: tùm sic, quòd caret simpliciter personis omnimodo excludit confusionem personarum: sed in responsione dicitis in confuso habere, in definitione simpliciter: ergò contradictoria est.

Respondetur, nego consequentiam ad probationē distinguo minorem, quia in definitione exprimimus essentiam, in responsione, quæ accidunt infinito concedo minorem, aliter nego minorem. Essentia infiniti est personas excludere, quod in definitione explicanimus, nec definitio debet superuacua admittere, & quæ ad exuberantem rei claritatem ponuntur, quæ omnia in responsione meritò posuimus, quia cum in infinito appareat persona prima, secunda, & tertia, ideò debemus perscrutari, an ex ipso infinito proueniat, vel alio. Habet siquidem in confuso personas, vtique verum est, sed pronominis ope, & ab hoc regunctur, ità quòd ablato verbo finito, cuilibet tempori aptari poterit, nec infinitum reddit primas, secundas, tertias personas, quia ✕ se sunt tales. & licet in confuso retineat, non mirum, quia ingrediuntur constructionem suimetipsius.

Contra septimò. *Quæ repugnant inter se simul esse non possunt;* sed hæc pronomina sunt personæ, quæ cōtrariantur infinito: ergò non possunt stare cum infinito, quod à nemine probatur.

Respondetur, distinguo minorem, si adhiberentur in casu recto concedo minorem; obliquo nego minorem. Persona enim suè prima, secunda, tertia sit propria

pria à casu recto proficiscitur, non etiam ab obliquo. Pronomina enim *me, te, se, &c.* quia in casu recto non stant propriè conceptum personæ excludunt, ideoque non officiunt constructioni infiniti. Sicut impersonalia gaudent hisce pronominibus, & tamen, quia in casu obliquo gaudent nil derogant impersonalitati, alias, quia casus rectus non obliquus facit verbum personale? Quidni ergò in nostra specie?

Objicies secundò. Genera discernuntur in infinito: ergò falsò dicitis, genera non discernere. Antecedens probatur. Si dicam: *Spero Consules iussuros legem*, apertè genera dignosco: ergò &c.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem distinguo antecedens, quia non est infinitum concedo antecedens; aliter nego antecedens. Certum est hic genera discerni, quia iussuros stat loco participij in *rus*, vt esset infinitum dicere deberet, iussurum, & sic falsò supponit.

Contra est primò. Participium non gaudet verbo finito, sed infinitum: ergò falsa responsio. Consequentia tenet, alias confunderentur simul, & esse vnius cũ alio misceretur.

Respondetur. Implicare hoc quoties *ly* iussuros regeretur à verbo finito, non cum nomine consules.

Contra est secundò. Regitur à verbo finito: ergò &c. Antecedens probatur. Participium, siue vt rectum, siue vt absolutum, & si admitteret verbum finitum non ita se habet: ergò &c. Antecedens probatur. Quando eadem persona agit in verbo, & participio, participium est rectum; quando vna agit in verbo, & alia in participio est absolutum: sed in nostra specie non ita stat verbum finitum: ergò non est participium: ergò regitur à verbo finito.

Respõdetur ad vltimam probationem, in illo exẽplo stare verbum finitum, vt habeat nomen id, à quo regatur, non stat, vt participium regat. Parum enim officit, si reperitur verbum finitum diuersõ modo hic re-

Digitized by Google

reperitur, ac in participio propter assignatam rationem.

Contra est tertiò. Ex hoc sequitur stare etiam, vt participium regat: ergò &c. Antecedens probatur. *Ly* iusturos regitur à *ly* consules: sed *ly* consules regitur à verbo finito, quod per vos ad hunc finem ponitur: ergò etiam *ly* iusturos regitur à verbo finito. Consequentia probatur. Participium stat in illo casu, quia nomen stat in eodem casu; sed nomen habet hunc casum, quia regitur à verbo: ergò etiam participium, mediante nomine habet regulam à verbo.

Respondetur ad vltimam probationem. Tale participium per se regi à nomine, sed quia verbum finitum reperitur fit, vt impropriè, & assimilatiuè participium vocetur, nam ex eo tantùm, quia ponitur verbum finitum, infinitum esse nequit, quia personis, & generibus caret infinitum, nec adiectiuè stare potest vti participium; Attamen, quia in præsenti themate stat adiectiuè, & habet uerbum finitum, sequitur assimilatiuè dici participium.

Contra quartò. Italicum dicti thematis est infinitum: ergò etiam cum in latinum vertitur, erit infinitum. Consequentia probatur. Thema italicum vnius regulæ cum conuertitur in latinum non spectabit ad aliam: sed non esset ita in casu nostro: ergò &c.

Respondetur ad probationem consequētiæ, distinguo maiorem, si absolutè esset conuersio concedo maiorem; si assimilatiua nego, & distincta minori eodem modo negatur consequentia. Conuersio non est absolutè per participium facta, sed assimilatiua, ut diximus. Vtraquàmquòd hoc thema italicum infinitum latinè versum purum, quis negat fieri infinitum? dicēdo: spero consules iusturum legem. Sufficit enim, ut saluetur, quod dicit argumentum, ut per se tale italicum thema vertatur in latinum per infinitum, & hæc versio propriè ipsi competat, licet aliquandò uelint diuertere, per accidens erit.

Obij-

Digitized by Google

Obijcies tertiò. Si infinitum careret numeris, & personis, sequeretur, quòd nulla differentia esset inter infinitum, & impersonale: sed hoc est falsum; ergò, & id vndè sequitur. Sequela maioris probatur. Tàm impersonale, quàm infinitum caret numeris, & personis: ergò nulla differentia esset inter infinitum, & impersonale.

Respondetur, nego sequelam maioris, ad cuius probationem concedo antecedens, & nego consequentiam; Nam differentia inter impersonale, & infinitum hæc est: Impersonale cum carentia numerorum, & personarum habet ex se completum, & perfectum sensum, vt cum dico: me pauperum miseret; Infinitum verò cum tali carentia nunquam completum, perfectumque sensum habere potest, nisi verbo finiti modi, à quo pendet, coniungatur.

Obijcies quartò. Communiter Philosophi negant infinitum: ergò non datur infinitum.

Respondetur. Hic nos nõ loqui de infinito, prout Philosophi philosophantur, quod ex Arist. 3. phys. cap. 6. tex. 63. *Infinitum est, cuius semper aliquid extra rationem quantitatis accipi potest,* & cap. 4. tex. 33. Infinitum definit esse id, quòd *impossibile pertransire*: sed grammaticaliter loquimur, quia indeterminatè significat; sub vna enim voce, vt amare significat præsens, & imperfectum, modò vnum, modò alterum.

Infinitum dicitur ab *in*, & *finitum*, id est non finitũ, quia non est distinctum genere, numero, & persona.

Inuentum fuit gratia breuitatis, & ornatus, quia eius proprietas est duas excludere coniunctiones, *vt*, & *quòd*.

Infinitum duplex est personale, & impersonale; personale pendet à verbis personalibus, complectiturque actiua, passiua, neutra, communia, & deponentia; Impersonale à verbis impersonalibus, omnia impersonalia, tàm actiuæ, quàm passiuæ vocis complectitur, de quibus singillatim infrà agemus.

Tres

Tres habet terminationes, *amare, amauisse, & amaturum esse* in actiuis; in passiuis quoque, vt *amari, amatum esse, vel fuisse, & amandum esse.*

Amare formatur à secunda persona imperatiui modi, vt ama, addita *re*, fit amare. Doce, addita *re*, fit docere. Lege, addita *re* fit legere, & sub se comprehendit omne præsens, & præteritum imperfectum.

Amauisse formatur a prima persona præteriti perfecti indicatiui, vt amaui addita *sse*, facit amauisse. Docui addita *sse*, facit docuisse, &c. Vel formatur à præterito pluſquam perfecto optatiui, vel coniunctiui modi, vt amauissem, ablata *m* facit amauisse. Docuissem, ablata *m* facit docuisse, &c. & sub se complectitur omnia tempora præterita perfecta, & pluſquam perfecta.

Amaturum esse, formatur à supino actiuo amatum mutando *m, in rum*, fit amaturum, & addita *esse*, fit amaturum esse, & omnia futura comprehendit.

Amari formatur à secũda persona imperatiui modi, vt ama, addita *ri*, fit amari.

Amatum esse, vel fuisse à supino passiuo, vt amatu, addita *m, esse, vel fuisse*, fit amatum esse, vel fuisse.

Amãdum esse à genitiuo singulari participij amãtis, mutando *tis in dum*, & addita *esse*, fit amandum esse.

Infinitum verborum personalium ante se cum verbo modi finiti, & accuſatiuo agente conſtruitur, ſi actiuæ ſit ſignificationis; patiente verò ſi paſſiuæ, & poſt ſe verborum conſtructionem ſeruat, vt *firma fide teneo peccatores daturos esse pœnas ſuorum errorum. Vellem Imperatorem timeri à cunctis.*

Obijcies. Infinitum poteſt conſtrui cum nominatiuo: ergò falſum eſt abſolutè conſtrui cum accuſatiuo. Antecedens probatur. Cum dico: *Fertur Diogenes vitam duxiſse in dolio*, eſt verè infinitum: ſed habet nominatiuum: ergò infinitum poteſt conſtrui cum nominatiuo.

Digitized by Google

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationem distinguo minorem, habet nominatiuum dicentem respectum ad verbum finitum, concedo minorē; ad verbum infinitum nego minorem. ergò negatur consequentia. Casus ante infinitum quoties pro verbis finitis habet verba passiua copulatiua potest habere duplicem respectum, vnum ad verbum finitum, & sic potest in nominatiuo collocari, vt patet in argumento; alterum ad infinitum, & sic in accusatiuo, vt *fertur Diogenem vitam duxisse in dolio.*

Contra. *Videor eris* est etiam verbum passiuum copulatiuum, & quoties est uerbum finitum infinitum, seu per nominatiuum, & non accusatiuum requirit; nam dicimus: Videtur mihi Diogenes vitam duxisse in dolio, & non dicimus: Videtur mihi Diogenem vitam duxisse in dolio: ergo in verbo videor infinitum debet construi cum nominatiuo, & non cum accusatiuo dicente respectum ad infinitum, licet sit verbum copulatiuum passiuum: ergò infinitum potest construi cum nominatiuo.

Respondetur primò. concedo antecedens, & primam consequentiam & nego vltimam. Verbum videor est verbum dominans, & dominantium sequitur constructionem; maximum licet inter grammaticos versetur litigium, an verbum *videor* sit dominans, an seruile respectu impersonalium? & adhuc sub iudice pendet, tutiorem partem tamen sequimur nos dicendo psum esse verbum dominans, siue immobile, tum ob rationes, tum ob vsitatiorem modum, tum quia maxima authorum pars hanc tuetur sententiam.

Respondetur secundò. Nego antecedens; nam vtroque modo dicere possumus: *Videtur mihi Diogenes vitam duxisse in dolio*: & *videtur mihi Diogenem vitam duxisse in dolio*, & ratio est, quia passiuum copulatiuum nominatiuo, & accusatiuo frui potest. Nec desunt authoritates, nam Cic. 5 Tuscul. *Non mihi videtur ad beatè viuendum satis posse virtutem.* Idem primò

de

de Diuin. *Visum est in somnis pastorem ad me appellere duos sanguineos arietes, inde elegi, &c.* Salust. *videtur alia omnia futura esse.* Plaut. *Video me vidisse hanc.*

Maximum, & perenne iurgium est inter grammaticos, *an amatum ire, seruitum ire, auxiliatum ire, & cætera huius farinæ significet tempus præsens, an futurum?* vnaquæque sententia suos habet fautores, sed perpauci tempus præsens, omnium fere grammaticorum * grex vnanimiter tempus futurũ significare asserũt. Nos perpaucos sequentes.

Dicimus. *Amatum ire, seruitum ire, auxiliatum ire,* importare tempus præsens. Et

Probatur primò rationibus Amatum ire est infinitum supino actiuo coniunctum, quod genera non discernit: sed tam infinitum ire, quam amatum significant tempus præsens: ergò amatum ire significat tempus præsens Maior est certa. Minor probatur. Ire certum est significare tempus præsens, quod pro indubitato fateri tenentur aduersarij. Amatum, est supinum: sed supinum significat tempus præsens: ergò amatum significat tempus præsens. Maior est certa. Minor probatur. Quando supinum resoluitur, resoluitur ad coniunctiuum præsens, vt eo amatum, ideſt vt amem: ergo supinum in *um* significat tempus præsens. Præterquamquòd minor confirmatur. Quotiescumq; datur thema supini per verbum supino carens, resoluitur per præsens cõiunctiui: ergò supinum significat tempus præsens.

Vlterius, si more poetarum vtamur supino, possumus efferre illud per infinitum præsens, exemplo sit Statius. *Forsitan Aujonias ibis frenare cohortes*: ergò supinum in *um*, significat tempus præsens.

Insuper, quando supinum mutatur, uel fit per Gerundium, vt *eo lectum*, *eo ad legendum* quoque significat tempus præsens: ergò &c. Cum dicitur eo lectum, eo ad legendum, & grammatici resoluunt per participium, vt eo lecturus, est ridicula prorsus transmu-

tatio à supino, & gerundio in participium, quia lecturus significat futurum tempus, cuius italicum est, io vò per douere legere in tempore futuro non in præsenti; ergò &c.

Neque dicas cum quodam puro grammatista insulsè absque fundamento, & ratione; Certum est, tùm infinitum *ire*, tùm supinum in *um* præsens tempus significare; attamen illa vnio inter infinitum, & supinum efficit, vt significet tempus futurum; nam

Contra est. Vnio non potest dici propriè pars, sed tantum nexus partium. quia vt apud omnes scholasticos non tres, sed duæ dicuntur partes compositi, Nempè materia, & forma, & non dicitur compositum constare ex materia, forma, & vnione, sed ex materia, & forma vnitis; & quando partes dicuntur debere vniri ad faciendum totum non apponitur vnio tanquam noua pars, sed tanquam nexus partium; sed illa vnio inter supinum, & infinitum non est pars, sed nexus partium, & huius compositi duæ dicuntur partes, nempè supinum, & infinitum, nec apponitur vnio tanquam noua pars, sed vt partium nexus; ergò talis vnio non potest efficere, aliud, quam partium causalit as; ergò si tàm supinum, quàm infinitum significant tempus præsens, non potest vnio efficere, vt significent tempus futurum.

Probatur secundò authoritate Fab. lib. 11. *Sed illa quoque bonum uirum decent, malos malè odisse, publicæ uoce commoueri, ultum ire scelera.* Pro vlcisci Gell. lib. 14. *Homo nobis familiaris adiutum inquit, ornatumque uolo ire noctes suas, &c.* pro adiuuare, ornareque ergò significat tempus præsens.

Amarum ire, seruitum ire. auxiliatum ire, &c. huius modi sunt indefinita, & nullis numeris, vel generibus præseru unt, sed vndique sunt libera, & impermiscua, vt *certum est mulieres amatum ire pudicitiam. Bonum est subditos seruitum ire, & auxiliatum ire principi.*

Nulla

Dan. Grammatistæ error.

Nulla lis, nulla controuersia inter grammaticos est circa *amatum iri, doctum iri, lectum iri*, &c. nam vna voce, vno ore, vnoque consensu, vnanimiter ferè * omnes nemine discrepante futurum tempus describere fatentur, sed qua ratione, quo fundamento id dicunt, penè ignorant, sed (vt Senecæ verbis vtar) *eunt quò itur, non quò eundum est*. At contra omnes grammaticos velint, nolint.

Dico, quòd amatum iri, doctum iri, lectam iri, &c. tempus præsens, attamen significationis passiuæ importare.

Probatur primò ratione. Amatum iri, doctum iri, &c. sunt infinita ex supino, & infinito composita: sed tàm supinum, *ĭum*, quàm infinitum *iri* significant tempus præsens; ergò amatum iri, doctum iri, &c. significant tempus præsens. Maior patet. Minor probatur quò ad infinitum iri: Iri est infinitum præsens passiuũ ergò significat tempus præsens passiuum. Antecedens probatur à pari, sicut ire est infinitum præsens actiuũ, & significat tempus præsens: ità iri erit infinitum passiuum, & significat tempus præsens.

Probatur secundò authoritate. Cic. lib. 2. de inuẽt. *Si illud concedatur, id non concessum iri oportet.* pro cõcedi. Plin. lib. Epist. 2. *Quæ absolutiora mihi videbantur, non fuit alienum tuo iudicio traditum iri* pro tradi. Lactantius lib. primo. *Sybilla, & nomen suum carminibus verum inseruit, & Erythream se nominatum iri locuta est* pro nominari.

Amatum iri, doctum iri &c. sunt quidem voces immutabiles, liberæ, impromiscuæ, neque numeris, neq; generibus deseruientes, vt *filiam amatum iri, homines doctum iri, corpora assumptum iri*, &c.

Amatum iuisse, doctum iuisse, &c. pro amauisse, docuisse, &c. rectè dicitur. Tacit. lib. 13. *tradunt plerique Scriptores, crebris ante exitum diebus illusum iuisse pueritiæ Britannici Neronem*, pro illusisse.

* *Gramm. error.*

Digitized by Google

Amaturum esse, lecturum esse, seruiturum esse, misserturum esse, &c. (sed sine esse apud latinissimos ferè semper leguntur) Verba sunt indefinita, & nullos numeros, nulla genera seruant, sed vndique libera, & impromiscua sunt. Cic. in Verr. *Quocumque venerint hanc sibi rem præsidio sperant futurum* Gracch. *Credo inimicos meos hoc dicturum.* Val. Antias. *Aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum.* Liberius in Gemellis. *Non putauit hoc eam facturum.* Prior quidē vox immutabilis semper est, verumque infinitum. Posterior verò per participium variari potest cum suppositio concordans, & tunc definit verbum indefinitū, fitque merè participium. Cic pro Milone. *Spero multa vos in rem publicam bona esse facturos.* Iungitur autem hoc participium in rus non modò præsenti esse, sed præterito fuisse, vt infra dicemus.

Amatum esse, vel fuisse, cæteraque præteriti perfecti, & plusquam perfecti temporis infinita, nec genus, nec numerum, nec personam distingūt, sed promiscue omnia vnica voce complectuntur, vt. è chiaro, che l'huomini furono amati dalle donne. *Clarum est homines amatum esse à mulieribus. Aiebant tuam domum emptam esse caro Vellem tuam virtutem celebratum esse.* Plaut. in amph. *Iustam rem, & facilem esse oratu a vobis volo.* Poterit tamen per participium variari, & tūe definit esse infinitum. Ic. in Verr. *Non te absolutum esse probitatis, sed illos damnatos esse cædis.* Idem. *Hoc dico Carerem antiquissimam à Caio Verre è suis templis esse subiatam.*

Amandum esse vox quidem immutabilis, libera, impromiscua, neque numeris, neque generibus deseruiens. Cic. in Verr. *Sciolu los Circenses maxima cum diligentia esse sanciendum.* Potest variari, & tunc non infinitum, sed participium est, vt *credo virtutem amandam esse, inimicos vitandos, corpora custodienda.*

Amandum non modo iungitur præsenti esse, sed etiam præterito fuisse, vt infra dicemus.

No-

Digitized by Google

Notandum primò, quòd quando verba supinis carent, carent quoque infinito futuro actiuo, carebit quoque perfecto passiuo, sed non futuro, vndè resolutio per fore vt, vel per futurum esse, vt è certo, che li mariti di questo secolo temeranno le moglie. *Certè est mariti huius sæculi fore vt, vel futurũ esse, vt timeant vxores*, vel sic per verbum synonimum, vel sic passiuũ. *Certum est vxores timendas esse à maritis.* In præterito passiuo, vel confugimus ad verba synonima, vel resoluuntur per actiuum, v. che la giustitia fia stata temuta da ladri, me ne rallegro. *Gaudeo iustitiam formidatam fuisse à latronibus. Vel gaudeo latrones timuisse iustitiam.*

Verborum supinis carentium potest quoque resolutio fieri per *quòd*, vt *spero, quòd te pœnitebit. Credo, quòd timebis*; quamuis non desint, qui asserant huiusmodi locutiones barbaras esse, contendantque id, quod per infinitum exprimitur, non posse latinè per quòd, & finitum verbum proferri; quos differtissimorum exemplis confutabimus. Cic. in Salluft. *Credo, quòd omnes tui similes incolumes in vrbem non venissent.* Plin. ad Seruianum. *Gaudeo, & gratulor, quòd Fusco Salinatori filiam quam destinasti.* Martial. *Hoc scio, quòd scribis nulla puella tibi.* Horat. *Narrares meditis, quòd quanto plura parasti, tanto plura cupis.* Senec. *Miramur, quòd accessionem fluminum maria non sentiant; æquè mirandum est, quòd detrimentum exeuntium terra non sentit.* Quandoque *quòd* supprimitur. Cic. ad Q. fratrem. *Non prætermittam M. Furium hominem nequam Mercuriales de collegio eiecerunt.* Prò quòd eiecerunt. Idẽ. *Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti.* Prò quod. Illud tamen non negarim esse elocutionẽ per quòd magis supinam, at per infinitum magis rectam, & vegetam.

Notandum secundò, quòd in infinitis committitur *amphibologia* (quæ est sermo obscurus, quo non potest discerni, quis sit agens, qui patiens) quando la-

tur infinitum in verbis post se accusatiuum requirentibus, & tunc erunt duo accusatiui, & si erunt ambo casus animati committitur amphibologia, vt *credo Petrum amare Franciscum.* Vt talis ambiguitas tollatur, resoluitur per passiuum, vt *credo Fracisscum amari à Petro*, quòd si non possit resolui per passiuum, vt *certum est magistros persequi discipulos*, resoluitur per quòd, vt *certum est, quòd magistri persequuntur discipulos*, vel absque quòd; vt *certum est magistri persequuntur discipulos.* Sic quoque discurre de amphibologia casuum in alijs temporibus, quoties non adest generis, vel numeri discrepantia.

Notandum tertiò, quòd eadem amphibologia est in tempore imperfecto indicatiui, vt tengo per certo, che l'amico scriueua. *Pro certo habeo amicus scribebat*; nam si diceremus: *pro certo habeo amicum scribere*, non posset cognosci, an significaret quando Italicè explicatur: tengo per certo, che l'amico scriue, ò scriueua? & ad tollendam ambiguitatem, vt diximus fit. In præterito plusquam perfecto hæc amphibologia esse potest hoc modo, scilicet quando verbum finitū est præsentis temporis, & infinitum præteriti plusquā perfecti, vt credo, che tu haueui letto i libri. *Credo tu legeras libros.*

DE FVTVRIS.

FVturorum quatuor genera à grammaticis cognoscuntur, *certum, siue simplex, incertum, misti & exactum*; de quibus sigillatim, & primò

Digitized by Google

DE FVTVRO CERTO SIVE SIMPLICI.

FVturum certum, siuè simplex est illud, quod Italicè habet vulgaria futuri indicatiui, vt spero, che Dio perdonarà li miei peccati. *Spero Deum condonaturum esse mihi peccata.* Sappiamo, che Pietro hà d'amare la virtù. *Scimus Petrum amaturum esse virtutem.*

DE FVTVRO INCERTO.

FVturum incertum est illud, quod italicè habet vulgaria secundæ vocis imperfecti coniunctiui. Præcesitum imperfectum coniunctiuum duas habet voces, vt amasse, & ameria; prima fit infinitè, vt credeua, che Pietro legesse le mie lettere. *Credebam Petrum legere meas epistolas*; secunda fit etiam infinitum, semper futurum inuariato genere, & numero finè alio, vt è certo, che li miei amici defenderiano la mia causa. *Certum est meos amicos defensurum meam causam.* Quadrigarius 12. Annal. *Speremus Deos bona confacturum.* Vadè si vis tale futurum resoluere, per idem tempus resolues, vt sè, che tuo fratello verria quà, se io li scriuesse. *Scio, tuus frater venires hùc, si ego ei scriberem.*

Però omnium grammaticorum turba tale futurum incertum recessisse ab aula asserit; quare recessit, vel quia tali futuro non vtuntur, vel quia incongruum; vel incongruum, cum optimæ latinitatis authores eo vtuntur, vt in exemplis allatis patet: ergò quia

non

non vtuntur, vndè quæritur.

Quare, secunda vox imperfecti coniunctiui non poterit fieri infinitum? &

Respondent, quia post secundam vocem sequitur conditio (*si*) *quæ nihil ponit in esse*, & demonstrat actum non fieri ad præsens, & ideò non fit per infinitum præsentis temporis, sed reducitur ad idem imperfectum.

Hanc rationem parui momenti cognosco, nam in futuro misto, quod est de secunda voce præteriti plusquam perfecti coniunctiui, adest etiam conditio, *si*, & fit etiam infinitum. Actus futuri incerti non fit ad præsens, sed conditionatè quoddam futurum obedit, non aliter, ac si diceret: sò che haueria da ritornare quà, se mi partisse, quod idem est, ac si diceret: sò che torneria quà, se mi partisse. *Scio me huc reuersurum, si discederem.*

Dices; ergò nulla esset differentia inter certum, & incertum, cum vtrumque fiat per idem futurum: sed hoc est falsum; ergò, & id vndè sequitur.

Respondetur nego sequelã maioris, nam differentia hæc est, in certo concordatur, additurque esse, quod in incerto nullatenus contingit, vt apud probatos authores videre est.

DE FVTVRO MISTO.

FVturum mistum est illud, quod italicè habet vulgaria præteriti plusquam perfecti coniunctiui.

Præteritum plusquam perfectum coniunctiui duas habet voces, vt hauesse, & haueria amato; prima potest fieri infinitum, vt giudico, che l'amico hauesse risposto alle mie letteret *Iudico amicum dedisse responsum meis epistolis*; Secunda verò per idem præteritum plus-

Digitized by Google

...quam perfectum non poteſt fieri, ſed per infinitū ...rum addendo fuiſſe, vt credo, che il Veſcono ...a andato in Roma, ſe haueſſe hauuto commodità. *Credo Antiſtitem iturum fuiſſe Romam, ſi habuiſſet commoditatem.*

...aduerte tamen, ſi verba ſupino carent, tunc re... ...atur, vel per futurum fuiſſe vt ad imperfectum ...iunctiui, vel per fore vt ad imperfectum coniun... ...i, vel cum quòd, vel abſq; ad præteritum pluſquā ...erfectū coniunctiui, vt penſo, che voi haueſtiuo ...ſtudiato la logica, ſe haueſſiuo ſaputo la grammatica. *Cogito futurum fuiſſe, vt vos ſtuderetis logicæ, vel fore, vt ſtuderetis logicæ, vel quod ſtuduiſſetis logicæ, vel cogito ſtuduiſſetis logicæ, ſi ſciuiſſetis græmmaticam.* Sed

Quæres primò. Vox præteriti pluſquam perfecti coniunctiui, cur non poſſit fieri latinè per idem tempus præteritum pluſquam perfectum, ſicuti prima vox, ſed per futurum?

Reſpondetur, quia poſt ſecundam vocem ſequitur conditio *ſi*, quæ actum non eſſe factum, ſed faciendum demonſtrat, & ideò latinè nō redditur per pluſquam perfectum, quod actum iam factum eſſe demōſtrat, ſed futurum; quod non accidit in prima voce, quam actum completum eſſe oſtendit.

Quæres ſecundò, quare dicitur infinitum miſtum? Reſpondetur primò, quia conſtat ex futuro infinito, & ex infinito pluſquam perfecto fuiſſe.

Reſpondetur ſecundò, quia ita loquimur de re præterita, vt erit futura, & clarè patet in hoc exemplo certo, che la moglie haueria veciſo il marito, ſe non l'haueſſi diſſuaſa. Hic videtur, quòd de re præterita loquimur, ſed tamen extrinſecè, cum actus non ſit præteritus, ſed futurus, quem illa conditio, *ſi*, demonſtrat, & ideò latinè fit: *Certum eſt vxorem interemiſſe virum, niſi ipſe diſſuaſiſſes.*

...ſa ſunt italica futuri miſti, exemplum primi eſt, ...che haueresti uo conſolato l'amico, ſe l'haueſſiuo

...vo-

veduto in tanti affanni. *Scio vos consolaturos fuisse amicum, si eum vidissetis in tot angustijs.* Exemplum secundi, vt credo, che l'infermo moriua, se il medico lo purgaua. *Credo ægrotum fucturum fuisse vita, si medicus ei propinabat pharmacum.* Exemplum tertij. Sò, che queste parole erano da dirsi, ò si douerranno dire. *Scio hæc verba dicenda fuisse.*

Si actio præteriti finiti actionem infiniti futuri tẽpore præcedat, futuro misto nullus est locus, sed tantum futuro simplici, vt tuo padre diceua hieri, che l'amico sarebbe venuto in Napoli. *Tuus pater dicebat heri amicum venturum esse Neapolim.* Sin autem actio verbi infiniti præcedat tempore actionem verbi finiti, tunc vti debemus futuro misto, vt diceua Antonio, che tuo padre t'hauerebbe perdonato, se hauesse trouato scusa. *Antonius dicebat tuum genitorem daturum fuisse tibi veniam, si inuenisses excusationem.*

DE FVTVRO EXACTO.

FVturum exactum est illud, cuius Italica idiomata per secundam vocem futuri subiunctiui adduntur.

Futurum coniunctiui duas habet voces, vt cum amauero, quando io amerò, & hauerò amato; prima vox fit per futurum simplex; secunda vox potest significare actionem, vel factam, vel faciendam; si significat actionem factam fit infinitum præteriti perfecti, vt giudico, che il maestro hieri hauerà dichiarato le regole alli scolari, cioè habbia dichiarato. *Iudico magistrum heri declarauisse regulas discipulis.* Spero, che tu mi hauerai mandato il denaro, cioè che m'habbi mandato. *Spero te misisse ad me pecuniam.* Penso, che l'amico m'hauerà scritto, cioè, che m'habbia

bia ſcritto. *Cogito amicum ſcripſiſſe mihi.* Ratio eſt, quia hæc non ſunt futura, ſed præterita, cum de rebus futuris non loquamur, ſed de præteritis. Si ſignificas actionem faciendam ſit futurum exactum. Cic. ad Q. fratrem. *Spero paucis menſibus opus perfectum fore.* Spero, che frà pochi meſi l'opra ſarà già compita. Cic. 11. epiſt. 3. *Quos ſpero breui tempore tecum copulatos fore,* I quali ſpero, che in breue tempo ſaranno già vniti teco. Idem pro Syll. *Hoc poſſum dicere me ſatis adeptum fore, ſi ex hoc tanto beneficio nullum in me periculum redundabit.* Poſſo dir queſto, che io hauerò acquiſtato aſſai, ſe da queſto gran beneficio non ridondera centro di me neſſuno pericolo.

Futurum exactum fit in verbis deſinentibus in *or* cum fore, & cum participio præterito. Ex paſſiuis, vt *amor, amaris, amatus, amata, amatum.* Ex communibus, vt *hortor, aris, hortatus. a. m.* Ex deponentibus, vt *ſequeris, ſecutus a. m. fore.* Fit quoque futurum exactum ex verbis deſinentibus in *o*, quæ habent participium in præterito, vt *gaudeo, es, gauiſus. a. m fore. Fido is, fiſus a. m. fore Mæreo, es, meſtus. a. m fore.* Alia verba in *o*, deſinentia, & non habentia participium præteritum nullo modo habent futurum exactum; attamen ſi eorum actiua poſſunt mutari in paſſiua, ſi verò neutra recurrendum eſt ad reſolutionem. Vndè

Futurum exactum poteſt reſolui per fore, vel futurum vt ad præteritum perfectum coniunctiui, ſi tempora propinqua præcedant, vt giudica mio padre, che io ſarò venuto, quando lui cenerà. *Meus pater cenſet fore vt, vel futurum vt, ego venerim, ubi ipſe cænabit.* Dicitur venerim, quia præcedit tempus propinquum, *cenſet.* Ad præteritum pluſquam perfectum coniunctiui, ſi tempora remota præcedunt, vt giudicaua mio padre, che io ſarei già venuto, quando eſſo cenaſſe. *Cenſebat meus pater fore vt, vel futurum vt, ego veniſſem, cum ipſe cænaret,*

quia

Digitized by Google

quia præcedit, *censebat*, quod est tempus remotum, Cic. ad Att. 19. *Sperabam, cum has litteras accepisses fore, vt ea impetrassent.* Io speraua, che quando tu hauessi riceuuto queste lettere, gia le cose fussero state impetrate.

Dicitur futurum exactum, quia significat illud hoc tempore non esse iam factum, sed tempore futuro erit iam factum; vndè dicitur futurum quia hoc tempore non est dùm factum: dicitur exactum, id est præteritum, quia tempore futuro erit iam completum.

Inuenitur apud optimæ notæ authores quoddam genus futuri, quod alienum non esse puto a congrua dicendi formula, tale genus aliqui *futurum geminatum* appellitant, quia duobus futuris constat, vt amaturum fore, amandum fore, idque authoritatibus asseuerant. Liuius lib. 8 secundi bell. punici *Acturum se id per populum apertè fore.* Idem in primo bell. Maced. *ab Senatu ei postulandum fore*, & in 7. *eò quoque mittendos fore legatos.* Cic. ad Appium. *Fore mihi aliquando expectandum officium tuum.* Porcius Latro in Catil. *Lucem de domo Cornelia prodituram fore.* Idem *Viuendum, ac moriendum fore.* Sed hi authores non allucinantur quando fore, tam futuro actiuo, quam passiuo iungitur, non italicum futuri simplicis, sed debitum, necessitatem, conuenientiam, obligationem, &c. importat, vt credo amicos iuuandos fore, non significat Credo che l'amici saranno aiutati, ma che si doueranno aiutare, che sarà necessario, conueneuole, obligo, che l'amici s'aiutino.

Neque audiendi sunt, qui dicunt fore idem importare, ac esse, cum tyronibus prima grammaticæs elementa addiscentibus, importare futurum, pateat.

Verba *orandi, consulendi, hortandi, admonendi, persuadendi, postulandi, rogandi, &c.* resoluuntur per coniunctio-

* *Gramm. error.*

vt, ad coniunctiuum, sed eleganter sine, v.g.
ter hortatur discipulos, vt studeant. Il Maestro
gli scolari, che studijno. Ti prego, che ven-
veniας. Voglio, che venghi alla mia Schola.
niας ad meam scholam.

ba video, audio, inuenio eleganter per participi-
um fiunt quoties sequitur infinitum, vt inten-
il maestro dichiara la lettione. *Audio magi-*
clarantem lectionem. Vedo, che Pietro corre
l'inimico. *Video Petrum currentem in inimi-*

sperandi, desiderandi, promittendi, &c. quoties
tur infinitum præsens, eleganter possunt con-
ri in futurum, vt spero far cose buone *Spero me*
facturum. Hò giurato di castigare li discepoli
genti. Iurauι me castigaturum discipulos negligen-

rba affectiua, gaudeo, lætor, mæreo, doleo, &c. de-
mant tàm infinitum per modum infiniti, quam
tionem per quòd, vt *gaudeo te bene valere, &*
bene valeas.

ba curo, & iubeo significant fare; per verbum
ut thema quando soluitur, alicui, vel imperatur
e authoritate, vel per infinitum passiuum præ-
vel per futurum passiuum, vt m'hò fatto veni-
libri da Venetia. *Curaui afferri, vel afferendos*
mihi multos libros Venetijs. Per verbum iubeo qua-
ui iubet. habet potestatem iubendi. v.g. il Pren-
fatto appiccare molti ladri. *Princeps iussit fu-*
li, vel suspendendos esse multos fures.

icimus Vereor ne, dubito quin, & impedio quominus,
subiunctiuo.

uando verbum infinitum regitur à sequent bus
is passiuis æstimatiuis potestante se habere no-
tiuum, & accusatiuum, vt *Exercitus Regius veni.*
Alexandriam nunciatur. Adesse Romanos nunciatur.

animaduertor, inuenior, assimilor, audior, cognoscor, com-

uedor, credor, defendor, demonstror, dicor, doceor, fingor, intelligor, iubeor, iudicor, narror, negor, nuncior, ostendor, prohibeor, postulor, prædicor, probor, prodor, putor, seruabor, traditor, &c.

Reperiuntur hi loquendi modi per infinitum italicum: non sò, che fare. *Nescio quid faciam.* Non sò, che studiare. *Nescio, cui studeam.* Fit per qui, quæ, quod ordine seruato. Non posso fare, che non pianga. Fit, *non possum non flere, vel non possum facere quin fleam.*

Verbis præceptiuis qualia sunt *iubeo, impero, edico, præcipio*, adde *voto, nego, & promitto*, tàm datiuus, quàm accusatiuus apponi potest sequentibus infinitis, vt *Iubeo tibi legere, vel te legere. Impero tibi, vel te seruire cunctis, &c.*

Aliquandò infinitum venustè subticetur, vt *scio fidibus*, ideſt canere. *Scio latinè*, ideſt loqui.

Determinatur etiam quibusdam adiectiuis certa cuiusdam significationis, qualia sunt; *aptus, ineptus, audax, bonus, malus, celer, dignus, facilis, difficilis, doctus, indoctus, habilis, piger, potens.* Ouid. 5. Met. *Figere doctus erat, sed tendere doctior arcus.* Statius. *Ille quidem disce bonus, & cõtendere cursu.* Idẽ. *Fortis peruertere turmas.* Horat. *Celer sequi.* Idem *Gedrus pro patria non timidus mori.* Pleraque tàm infinitum, tàm gerundium in *dum* admittunt, vt *bonus, malus, canere, & ad canendum. Paratus, aptus, idoneus scribere, & ad scribendum.*

Infinitum quandoque pro nominatiuo figuratè ponitur Fab. lib. 11. *Proponere, partiri, interrogare sermoni proxima sunt.* Plin. lib. 7. *ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti.* Perſius. *Scire tuum nihil est.* Virg. *Velle suum cuique est.* Interdum accusatiuo. Perſius. *Et nostrum istud viuere triste aspexi.* Horat. lib. 1. epiſt. *Reddes dulce loqui, reddes videre decorum.*

Non nunquam pro participio. Virg. *Magnum dat ferre talentum*, ideſt ferendum.

Sæpè pro gerundio ponitur more græcorum, qui

Digitized by Google

gerundijs carent. Virg. *Et si tantus amor casus cognoscere nostros*, ideſt cognoſcendi. Ouid. *Nec mihi sunt uires inimicos pellere tectis*, ideſt expellendi. Plaut. *Ne operam perdas poscere*, ideſt poſcendo. Virg. *Et cantare pares, & respondere parati*, ideſt ad cantandum, & reſpondendum.

Ponitur tandem pro priori ſupino. Virg. *Non Lybicos populare Penates, venimus*, ideſt populatum. Cic. ad Att. *Miſi quidem ei nunciare*, ideſt nunciatum.

Hæc omnia, quæ de infinitis in communi diximus, conueniunt, tàm actiuis, paſſiuis, neutris, communibus, & deponentibus, quàm impersonalibus, ſed quia de omnibus, reſtat ſigillatim aliquid dicendum, ideò

DE INFINITIS ACTIVIS.

INfinita actiua tres habent terminationes, vt *orare, orauiſſe, & oraturum eſſe*, ni verbum ſupino careat. Accuſatiuus à fronte debet eſſe agens. E certo, che li peccatori pregano, han pregato, e pregheranno la ſalute à Dio. *Certum eſt peccatores orare, orauiſſe, & oraturos eſſe Deum ſalutem.* Sò, che li diſcepoli temono, han temuto, e temeranno il maeſtro. *Scio diſcipulos timere, timuiſſe, & fore ut timeant magiſtrum.*

DE INFINITIS PASSIVIS.

TRes quoque infinita paſſiua habent terminationes, vt *dari, datum eſſe, & dandum eſſe*, ni verbū actiuum, à quo formatur infinitum paſſiuum, careat ſupino, nam cum ſupino caret, caret præterito infiniti-

Digitized by Google

to,& tunc resoluitur per actiuum, vel per synonimũ, sed non carebit futuro passiuo.

Notandum est,quòd accusatiuus, qui stat post verbum finitum semper est patiens, vt che la lettione si dichiara, s'è dichiarata e si dichiarerà dal Maestro alli scholari,tutti lo sanno. *Omnes sciunt lectionem declarari,declaratam esse,& declarandam esse à magistro discipulis.* Vndè

In quarto, & in quinto ordine, si accusatiuus post verbum finitum non esset patiens, vt è certo,che la grammatica è stata insegnata alli discepoli dal maestro,e che le legna si carricheranno dal mulettiero al mulo,tunc sumitur accusatiuus patiens, & concordatur cum infinito faciente partem participii fit. *Certum est discipulos doctos fuisse grammaticam a magistro,& mulum onerandum esse à mulione lignis.* Quòd si accusatiuus patiens desideraretur,loco ipsius ponere debemus pronomen aliquis,aliqua, aliquod, vt è noto,che la logica s'insegnerà da Pietro, e che le vesti sono state spogliate. *Notum est aliquem docendũ esse logicam à Petro, & aliquem spoliatum fuisse vestibus.*

DE INFINITIS NEVTRIS.

NEutra infinita tres habent terminationes,vt *seruire,seruiuisse,& seruiturum esse*, at quarti ordinis verba tres terminationes actiuas, vt *arare,aratuisse,& araturum esse*,& tres passiuas,vt *arari,aratum esse,& arandum esse.* Verbum sum,es,est habet infinita esse,fuisse, & fore ; futurum enim ortum ducit à verbo antiquo *fuo.*

In neutris accusatiuus à fronte debet esse agens, vt *video multos seruire,seruiuisse,& seruituros esse dominis*

Digitized by Google

minis ingratis. Quòd si aliquando contingat accusatiuum esse patientem, tunc resoluitur à significatione passiua in actiuam, vt credo, che la retorica si studia, & è stata studiata da dotti. *Credo doctos studere, & studuisse Rhetoricæ.* At in neutropassiuis semper accusatiuus patiens, vt *cognosco discipulos vapulaturos esse à magistro.*

Notandum infinita copulatiua ante se pro verbo finito verba seruilia, dominantia, æstimatiua, & impersonalia habere posse. Cum seruilibus semper ante, & post se nominatiuum requirunt, vt *tu incipis esse bonus.* Cum dominantibus, etiam nominatiuum à fronte, & à tergo, & à tergo quoque accusatiuum, vt *volo euadere doctus, & volo me euadere doctum.* De verbis æstimatiuis diximus. De impersonalibus infra dicemus.

DE INFINITIS COMMVNIBVS.

COmmunia tres terminationes habent actiuas, vt *criminari, criminatum esse, vel fuisse, & criminaturum esse,* & tres quoque passiuas, vt *hortari, hortatum esse, vel fuisse, & hortandum esse.* In actiuis accusatiuus à fronte agens, in passiuis patiens esse debet. Vnum dicendum restat, quòd quando dicitur: credo, che la virtù è stata essortata, e li vitij sono stati accusati, fit: *credo aliquem hortatum esse ad virtutem, & aliquem criminatum esse vitijs.*

Digitized by Google

DE INFINITIS DEPONENTIBVS.

DEponentia tres habent terminationes, vt *auxiliari, auxiliatum esse, vel fuisse, & auxiliaturum esse.* Auxiliari formatur ab imperatiuo auxiliare, mutata *re in ri* fit auxiliari. Auxiliatum esse, vel fuisse à supino auxiliatum addendo esse, vel fuisse, fit auxiliatum esse, vel fuisse. Auxiliaturum esse à supino mutata *m in rum* fit auxiliaturum, & addendo esse, fit auxiliaturum esse.

Accusatiuus post verbum finitum semper debet esse agens, vt *rectè cognosco auaros non miseros fuisse, nec miserturos esse pauperum.* Quòd si erit patiens, (quòd contingere potest in secundo, tertio, & quarto ordine) debet thema ex illa significatione passiua in actiuam resolui, vt sò che li clienti sono aiutati, sono stati aiutati, e saranno aiutari dall'Auuoc. *Scio aduocatos auxiliari, auxiliatos esse, & auxiliaturos esse clientibus.* Si desideraretur agens ad aliquas, aliquod recurremus, vt conosco che li buoni sono stati perlequitati fit. *Cognosco aliquem persecutum esse bonos.*

DE INFINITIS IMPERSONALIBVS.

INfinitum impersonale depēdet ab omnibus verbis Impersonalibus, & duplex est actiuæ, & passiuæ vocis.

Infinita impersonalia duas habent terminationes, vt *panitere, & pœnituisse, seruire, & seruitum esse, vel fuisse*, vnde ipsa carere futuro incuitabili grammatico more lege sancitum est.

Con-

Construuntur à fronte, & à tergo cum casibus suorum verborum, vt *omnes dicunt discipulorum interesse obedire magistro. Certum est sacerdotibus conuenire ducere vitam sanctam. Legimus Iudam non pœnituisse sui peccati. Video à subditis seruiri, & seruitum fuisse principibus. Scimus ab amicis tum fuisse Constantinopolim.*

Impersonalia infinitis futuris carent, vndè si thema datur, resoluitur per fore vt, vel futurum esse vt: & certo, che voi vi pentirete di non hauere atteso all'humane lettere. *Certum est fore vt, vel futurum, ne vos pœniteat non vacauisse humanis litteris.*

In significatione passiua, licet alij admittant, aliqui negent Grammatici, tu si vis futuro vti, vtere, vt *credo à te studendum esse Philosophiæ, & a tabellario eundum esse Romam.*

Infinita impersonalia verbis seruilibus iuncta etiã futuri temporis per resolutionem, verba seruilia euadunt impersonalia, vt è impossibile, che li peccatori nell' vltimo punto della vita non si cominciarano à pentire delli peccati? *Impossibile est peccatores in vltimo puncto vitæ fore vt non incipiat pœnitere peccatorum.* Ratio est, quia impersonalia actiuæ vocis semper carent futuro infiniti, & quia verba seruilia quando impersonalibus adiunguntur etiam ipsa euadunt talia, ideò licet non careant futuro, tamen carent illo, vt adiuncta impersonalibus, quorum naturã induũt. Contra verò si esset verbum dominans impersonalibus adiunctum, tunc non resoluitur, sed fit infinitum temporis futuri, vt penso, che tu desiderersi pentirti del tempo perduto. *Puto te desideraturum pœnitere temporis amissi.* Ratio est, quia verbum dominans adiunctum impersonalibus non fit impersonale, & consequenter non caret futuro, quando impersonalibus adiungitur.

DE GERVNDIIS.

GErundium est pars orationis declinabilis cum casu, & sine tempore seruata verbi structura legendi, vel patiendi significatiua.

Dico, quòd hæc definitio est bona.

Probatur: constat ex genere, & differentia: ergò est bona. Antecedens probatur, dicitur *pars orationis* loco generis, quia conuenit cum alijs partibus orationis; cæteræ particulæ ponuntur loco differentiæ. Dicitur *declinabilis*, quia declinatur. *Cum casu* differt à verbo, & supino. *Sine tempore*, differt à verbo, & participio. *Seruata uerbi structura*, differt a nomine, & pronomine; ergò constat ex genere, & differentia.

Obijcies. Si gerundium esset pars orationis; sequeretur partes orationis esse plures, quàm octo; sed hoc est falsum: ergò falsum est gerundium esse partē orationis. Minor probatur; omnes grammatici ponūt octo partes orationis; ergò &c.

Respondetur, concedo sequelam maioris, & nego minorem, ad cuius probationem nego antecedens. Nos dicimus partes orationis esse decem; nec est quòd miretur quispiam decem à nobis partes orationis dici, quando in eorum numero non semel variatum est. Quintil. enim lib. 1. *Tam videbit, inquit, ad quē hoc pertineat quæ, & quot partes orationis sint.* Quot sint partes orationis, suo loco fusius egimus; nam ibi probauimus esse decem. Si quis ea desiderat legere, adeat, fol. 44. vbi ad nauseam vsque tractauimus.

Obijcies contra illam particulam *sine tempore*. Gerundium significat cum tempore; ergò male ponitur illa particula, sine tempore. Antecedens probatur; significat actionem in tempore; ergò significat cum tempore. Antecedens probatur; enim dico tempus est legendi, vaco legendo, & eo ad legendum, vtique ly

e-

Digitized by Google

legendi, legendo, legendum significat in tempore.

Respondetur nego antecedens, ad probationem nego antecedens cum sua consequentia. Significare cum tempore est solius verbi, cum omne verbum sit alicuius personæ, & gerundia personis carent. Gerundia itidem carent præterito, & futuro, & consequenter præsenti; carent modis nempè indicatiuo, imperatiuo, optatiuo, subiunctiuo, & infinito, & cum omne verbum sit alicuius personæ, temporis, & modi, per consequens est sine tempore.

Contrà est primò. Gerundia carent præterito, & futuro; ergò saltem habebunt præsens. Consequentia probatur; Gerundia resoluuntur in præsens; ergò habebunt præsens. Antecedens probatur; cum dico tempus est legendi lectionem, *ly* legendi resoluitur; vt legam; ergò resoluitur in præsens.

Respondetur nego consequentiam, ad probationē nego antecedens, ad probationem cuius concedo antecedens, & nego consequentiam; Nam cum gerundium resoluitur eodem ferè modo resoluitur, ac nomen; vt *tempus est comestionis piscium, tempus est comedendi pisces. Hora est lectionis Ouidianæ, hora est vt legam lectionem Ouidij*; & sic non potest gerundium tempus significare alio modo, nisi vt nomen, cum sit pars orationis declinabilis cum casu, & sine tempore, vt diximus.

Contrà est secundò. Nomen non potest regere omnes casus; sed gerundium regit omnes casus; ergò nō est nomen; ergò si regit omnes casus, regit quia dicit respectum ad tempus, quod significat. Vltima consequentia probatur gerundium gerit partem nominis, & verbi; ergò quatenus gerit partem verbi significat tempus, & non quatenus gerit partem nominis.

Respondetur, concedo totum argumentum; nam nos dicimus gerundium non esse nomen, nego tamen vltimam consequentiam, ad cuius probationem concedo antecedens, & nego consequentiam. Gerundiū

Digitized by Google

enim quatenus gerit partem verbi non accipit à verbo tempus, sed tantum accipit casus, & significationē; à nomine verò, quod non regit casum, sed regitur à casu.

Dicitur gerundium à *gero*, & *duo*, quia sub vna terminatione gerit duo, in voce casum nominis, & in sensu verbi significationem, actiuam, vel passiuam.

Breuitatis, & ornatus causa etiam inuentum est; nam breuiùs, & ornatiùs est dicere dormiendi, quàm vt dormiam.

Octo gerundio accidunt, *qualitas, genus, casus, numerus, figura, significatio, terminatio, & forma.*

Qualitas gerundij duplex est, scilicet gerundium substantiuum, & adiectiuum; substantiuum est illud, quod variari non potest, & tantum retinet suam terminationem; Adiectiuum verò est illud, quod variatur, & non retinet suam terminationem. Gerundium adiectiuum dicitur etiam Gerundiuum, seù potiùs gerundiale, nam vt à participio participiale, sic à gerundio gerundiale deduci par est.

Gerundij substantiui declinatio.

SIngulariter nominatiuo hoc amandum, amare, & esse re amato. Genet. amandi, di amare, per amare, & esse re amato. Dat. amando, ad amare, & esse re amato. Accusat. Amandum, ad amare, & esse re amato. Ablat. ab amando, da amare, con l'amare, & essere amato.

Gerundij Adiectiui declinatio.

SIngulariter nominat amandus, amanda, amandum, huomo, donna, e cosa d'amare, e da essere amata. Genit. amandi, da, di. Dat. amando, da, do. Accusat. amandū, dam, dum. Ablat. ab amando, da, do. Pluraliter nominat. amandi, de, da. Genit. amandorum, darum, dorum. Dat. Amandis. Accus. amandos, das, da. Ablat. ab amandis.

Ge-

Digitized by Google

Genera gerũdiorum sunt tria *masculinum*, vt amãdus, *fœmininum*, vt amanda, *neutrum*, vt amandum.

Casus sunt quinque, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus (vocatiuum non habent, quia vocatiuus non potest resolui,) & ablatiuus.

Numeri sunt duo, singularis, vt amandus, pluralis, vt amandi.

Figura duplex, *simplex*, vt legendi; *composita*, vt perlegendi.

Significationes duæ sunt, *actiua*, *& passiua*.

Terminationes sunt tres *in di*, *in do*, *in dum*. Hic nos loquimur de gerundijs, non de gerundiuis, seu gerundialibus.

Formantur à prima persona præteriti imperfecti modi indicatiui mutata *bam in di*, *do*, *dum*, vt docebã mutata *bam in di*, *do*, *dum* fit docendi, docendo, docendum. Sed potest etiam formari à participio præsenti casus genitiui, vt legentis, mutata *tis in di do*, *dum*, fit legendi, legendo, legendum.

Forma gerundiorum duplex est, vna simplex, nulla adiuncta voce; altera composita, quando gerundiũ adiunctum est participio. Simplex, vt musici cantando amittunt vocem. Composita, quando adiunctum est participio, & dicitur gerundium Italicum, vt amando io, legendo io, tunc per præsens, vel imperfectum coniunctiui latinè permutatur, cum amem, cum amarem, cum legam, cum legerem, de quo dicemus fusius infrà de participijs resoluendis.

Descendunt gerundia à verbis actiuis, neutris, cõmunibus, quorum aliqua actiuæ tantùm sunt significationis, aliqua tantùm passiuæ, aliqua actiuæ, & passiuæ pro verborum significatione à quibus fiunt. Verborum autem alia sunt transitiua, id est cum accusatiuo construi possunt. Alia intransitiua, id est cum alio casu, quam accusatiuo constructa. Transitiua, vt sunt actiua, neutra, ac deponentia quarti ordinis, & communia, formant etiam tam gerundia substantiua, cum

adie-

Digitized by Google

adiectiua, & vtraque, tàm actiuæ, quàm passiuæ significationis, vt veni ad audiendum, ideſt vt audiam, vel vt audiar. Summa cupiditate ſum affectus videndi tui, ideſt vt te videam, vel vt videar à te.

* Priſcianus Laurentius, ac Nebriſſenſis contendũt gerundia adiectiua passiuæ tantùm eſſe ſignificationis, ſed authoritatibus conuincuntur. Cic. in Verr. *Cognoſcite hominis principium magiſtratuum gerendorum, & reipublicæ adminiſtrandæ.* Idem in Rull. *Finem feci efferendi mei.* Et pro Rabirio. *Confiteor interficiendi Saturnini cauſa, C. Rabirium arma cæpiſſe.*

Intranſitiua verba gerundia gignunt tantummodò ſubſtantiua, & ſi verba actiuè ſignificant, ipſa actiuæ tantum erunt ſignificationis, vt ſeruiendum, ſtudendum, eundum. Si passiuæ, & ipſa passiuæ erunt ſignificationis, vt egendum, gaudendum, vapulandum.

Dices primò. Ab intranſitiuis verbis deducuntur gerundia adiectiua, nam Plaut. inquit. *Iſthæc puppis pereunda eſt*, & idem alibi. *Nata tibi placet, placenda dos quoque eſt*: ergò &c.

Reſpondetur, negò antecedens cum ſua probatione, quia quòd Plautus dixit non eſt, nec vſu, nec ratione probatum.

Dices ſecundò. Ab intranſitiuis nonnulla gerundia etiam passiua vſurpata leguntur. Cic. lib. 2. de nat. Deor. *Sus erat ad veſcendum hominibus apta.* ideſt qua veſcuntur. lib. 2. de finibus. *Negat tenuiſſimo victu minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum.* Varr. lib. 2. rer. ruſt. *Equus huiuſmodi ad medendum eſt appoſitus*: ergò malè dicitur, quòd gerũdia passiua non formantur ab intranſitiuis.

Reſpondetur, talia verba olim fuere tranſitiua, at non nunc.

Dico à verbis impersonalibus non formari gerundia: * eſt contra Ioannẽ Scoppã, alioſque Grammaticos.

Pro-

* *Gramm. error.*

* *Gramm. error.*

Digitized by Google

Probatur. Gerundia ante se non regunt casum: sed si facerent gerundia ex impersonalibus sequeretur talia gerundia ante se regere casum; ergò impersonalia non possunt formare gerundia. Maior patet ex gerundiorum structura. Sequela minoris probatur. Valeret dicere tempus est hominem pœnitendi errorum: sed hoc est falsum; ergò verum est impersonalia non posse formare gerundia; nam gerundiorum structura impersonalibus aptari nequit, cum gerundia ante se casum non regant; Impersonalia verò necessariò regant.

Adest quædam ratio cumuniſſima cuiuſdam gram* matici parum ingenioſi, apicem, cur ex impersonalibus gerundia non formentur, qua se attigisse fatetur. Ratio hæc est.

Impersonale caret prima persona præteriti imperfecti; sed gerundium formatur à prima persona præteriti imperfecti, vt amabam, mutata bam in di, do, dum, fit amandi, amando, amandum; ergò impersonale caret gerundijs. Sed

Contra. Gerundium siuè formetur à prima, siuè à secunda, siuè à tertia præteriti imperfecti parum refert, non enim est maior ratio de prima, quàm de secunda, & tertia persona; nam sicut dicimus mutata bam in di, do, dum, possumus dicere mutata bas, siue bat in di, do, dum, fit amandi, amando, amandum; ergò si impersonalia habent tertiam personam, possunt formare gerundia, quòd est falsissimum; ideòque tanquam futilem, nulliusque momenti dijudicamus.

Obijcies primò. Omnes desinentiæ gerúdij formari possunt à verbis impersonalibus: ergò gerundia formantur quoque ab ipsis. Antecedens probatur, recta est locutio, iam nunc pudendi tempus est, pœnitendo satis profeci. ad pœnitendum me inuito adducor, sed hæc sunt omnes tres gerundiorum desinentiæ formatæ ab impersonalibus; ergò &c.

* *Gramm. cuiuſdam error.*

Re

Respondetur negando antecedens, ad probationem dicimus aliud esse gerundium propriè, aliud abusiuè acsipi, vt in præsenti fit.

Cõera 2. Quod verè, propriè q; cõpetit gerũdio, cõpetit his tribus vocibus: sed gerundio cõpetit formatio, ex verbo ad nominis similitudinem tribus cũ definentijs in di, do, dum, quæ omnia competunt impersonali, vt in exemplis allatis: ergò verè, & propriè sunt gerundia. Minor certa est, quò ad primam partem, quò ad aliam liquet, quia pudendi, pœnitendo, pœnitendum sunt tres terminationes gerundij ad nominis similitudinem ex suis verbis formatæ.

Respondetur, distinguo minorem, hoc tantum nego; aliquod aliud, concedo minorem. Præter assignata competit propriè gerundio constructio, casus nempè post se, quæ non competit impersonali, & ideò, quia possunt definere vti gerundia similia illis dicuntur.

Contra secundò. Sed hoc quoque competit impersonali. ergò nil deficiet. Probatur minor: latinè loquor, cum dico: tu pœnitendo tuorum scelerum tristitia valdè confectus es, sicut Sallust. *Num eorum pœnitendum sit*; Sed hæc est constructio gerundiorum: ergò &c.

Respondetur negando minorem, ad probationem, negatur maior, & ipsius suppositum, quia pœnitet antiquitùs personale verbum erat, argumentum verò pro certo supponit impersonale esse, & pro tali vsus fuit Sallustius antiquitatis paulò liberior amator, qui ita incessitur satis noto Epigrammate: *Et multã antiqui verba furate Catonis, Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.* Nam deponens erat, & adducimur satis probati viri testimonio Hieronymi, qui ait *Pœnitemini, & credite.* Idem. *Pœnitimini, & conuertimini.*

Contra tertiò: ergò hodie est impersonale; sed ex hoc tantùm sequitur persona carere, & non casu; ergo &c. minor subsumpta probatur: personale cõstruitur per personas, non per casus; ergò quoties muta-

tur

cur oppositio modo constituetur per carentiam personæ, non casus.

Respondetur ad vltimam probationem, per hoc, quòd personali competit persona, ideò sequitur casu gaudere, & sic in consequentiam casum admittit rectum; Impersonale verò excludit personas, & sic rectum casum, vt diximus, non per hoc amittit obliquum ante, & post verbum, & taliter casus à tergo ponitur, vt necesse sit referri ad casum ante. Attamen, quia gerundia has obliqui casus duplicitates excludunt, ideò hæc verba gerundio non gaudebunt, quia casum à fronte non habet.

Cõtra quartò, Gerundium semel, atque iterum inuenitur cum casu ante se: ergò tota ratio ruit, cur ex impersonalibus non formentur gerundia. Antecedens probatur: Liuius lib. 8. *Numisius Imperator eorũ affirmando se Romanos nihil, tum minus, quam prælium expectantes, perculsurum, fallacibusque litteris circa Volscum, nomenque Latinum missis, tumultuarius exercitus raptim conscriptus conuenit.* Vbi potuisset per participium dicere: *Ibi Numitio eorum Imperatore affirmante.* Idem lib. 29. *Tum plures Cæsi, quia equos conscendendi ab equitibus spatium non fuerat:* ergò gerundium inuenitur cum casu ante se.

Respondetur nego antecedens, ad cuius probationem, & Liuij authoritatem, dico, quòd nullo modo, eo dicendi genere vtendum est; nam gerundium est pars orationis declinabilis cum casu, ideoq; regitur, & non regit ante se. Præterquàm quòd talis dicendi modus gerundiorum structuræ repugnat.

Gerundium adiectiuum differt à participio in duo. Primò, quia participium est futuri temporis, & declaratur per relatiuum, & verbum temporis futuri; vt *venit me cura lectionis cras legendæ*, id est quæ cras legetur; Gerundium verò determinate nullius est temporis, & declaratur per vt, dum, vel donec, vt veni ad *legendam lectionem*, id est vt legerem. Tero tempus

in euoluendis libris, ideſt dum, vel donec euoluo. Fundò, quia gerundium vna, eademque voce actiuè & paſſiuè vſurpatur per omnes obliquos, vt veni ad causa docendi, ideſt vt docerem, vel docear. Hic puer eſt aptus docendo, ideſt vt doceat, vel doceatur. Hic venit ad videndum, ideſt vt videat, vel videatur. Multi videndo vrit, ideſt dum videt, vel videtur. Participium ſemper paſſiuam habet ſignificationem. Terminum Gerundium adiectiuum in ſubſtantiuum conuertere poteſt per omnes caſus, vt amanda eſt virtus, amanda eſt virtutem. Causa docendi pueros, causa docendo pueros. Das operam cumulandis opibus, das operam cumulando opes. Propera ad audiendas lectiones, ad audiendum lectiones. Proficis in legendis libris, & in legendo libros. At hæc mutatio participij nullo pacto contingere poteſt.

Gerundia ante ſe caſum non regunt, poſt ſe verò caſum verbi, à quo deſcendunt, ſi actiuæ ſunt ſignificationis, vt tempus eſt arandi agros, inſeruiendi amicis, adipiſcendi opes, redeundi in patriam; ſi paſſiuæ abſolutè ponuntur, vt Vrbs fuit in periculo capiendi ideſt vt caperetur. *Cantando rumpitur anguis*, ideſt à cantatur. Lectio eſt difficilis ad intelligendum, ideſt vt intelligatur.

NOMINATIVI CASVS.

GERVNDII CONSTRVCTIO.

NOminatiui caſus gerundia cum verbo ſubſtantiuo, & datiuo neceſſitatem ſignificant, & per verbum debeo, neceſſè, opus eſt, & oportet commodè exponuntur, vt nobis pugnandum eſt cum hoſtibus, ideſt nos debemus pugnare, neceſſè eſt nobis pugna-

Digitized by Google

pugnandi est nobis pugnare, nos oportet pugnare cum hostibus. Magistris docendum erit pueros regulas facilés. Tyronibus studendum erat Dialecticæ. Vtinam discipulis misserendum fuisset pauperum.

Dices Gerundum ante se casum non regit, at nunc dicitis ante se regere dativum; ergò, vel est contradictio, vel est falsum non regere casum ante se.

Respondetur. Iste dativus non regitur à gerundio, ex eò quia ante se non requirit casum, sed existit veluti dativus utilitatis, damni, cómodi, qui dativus est verbi substantivi, & non gerundij.

Gerundium adiectivum formatur tantùm à verbis, quæ accusandi requirunt casum, vt discipulis recitanda est lectio. Agricolis plantandæ sunt arbores. Nobis amplectendus est labor. Vobis imitandi sunt sapientes. Adiectivum potest fieri substantivum, vt discipulis recitandum est lectionem. Agricolis plantándum est arbores. Nobis amplectendum est laborem. Vobis imitandum est sapientes. Cum præsertim apud optimos latinitatis authores nó rarò legimus. Varr. lib. 6 de lingua latina, *Radices eius in Hetruria quærendum est*. Et lib. 1. de re rust. *Perfectos alacriores faciendum est premijs* Columell. lib. 2. *Resecandum est, & oblita medicamentis curandum*. Lac. *Motu prauandum est corpora quaque*. Virg. *Pacemque ab Rege petendum*. Lucretius. *Æternas quoniam pœnas in morte timendum*.

Ex verbis requirentibus post se dativum non potest per amphibologiam hoc gerundum formari, vt Pietro deue fauorire Paulo, & il padre deue aiutare il figlio, non fit, Petro fauendum est Paulo, & patri auxiliandum est filio, sed per verbum debeo, & oportet commodè exponitur.

Verba defectiua, & impersonalia non possunt formare gerundia, ideoque per verbum debeo, necesse, opus, & oportet exponuntur, vt mi bisogna rallegrare della sua salute, ego debeo gaudere, siue lætari sua incolumitate.

Ver-

Verba copulatiua posteriorem habentia casum, non formant gerundium: nam non possumus dicere, mihi dormiendum est solus, attamen si ly solus muteur in aduerbium, vtique rectè dicitur: mihi dormiendum est solitariè, vel solùm, aliter cum verbo debeo, oportet &c.

In hoc gerundio semper nominandi casus debet esse patiens, vndè si non esset patiens, resoluitur, vt accidit in quarto, & quinto passiuorum ordine, vt, Deue insegnare la grammatica, non fit; docenda est grammatica, sed aliquis docendus est grammaticam. Si deuono spogliare le vesti. Aliquis spoliandus est vestibus.

Ex verbis neutris, & deponentibus in passiua significatione resoluitur per verbum debeo, &c. Vt le lettioni deuono essere studiate da scolari. Discipuli debent studere lectionibus. vel potest fieri per gerundium cum translatione in propriam significationem, vt discipulis studendum est lectionibus. Si douena hauere compassione à poueri. Aliquis debebat misereri pauperum. Alicui miserendum erat pauperum. Deui seguire la virtù. Tu debes sequi virtutem, vel tibi sequendum est virtutem, vel virtus sequenda est tibi, ex eò quia accusandi casum requirit.

Significant idem, ac participium in rus, cum verbo substantiuo, vt nobis seruiendum est Deo. Nos seruiendi sumus Deo.

GENITIVI CASVS

GERVNDII CONSTRVCTIO.

GEnitiui casus gerundia in prima significatione vbi habet *di* in Italico, substantiuum nomen ali-

aliquid sibi vendicant, vndè regantur, vt *tempus, occasio, locus, animus, desiderium*, & similia, vt est tempus declarandi lectiones, vel declarandarum lectionum. Il tempo di dichiarare le lettioni. *Inita sunt consilia delendi vrbem, trucidandi Ciues, extinguendi nomen Romanum*, vel *vrbis delendæ, ciuium trucidandorum, nominis Romani extinguendi.*

Cum substantiuo Infinitum pro gerundio accipiũt. Cic. lib. 2. de orat. *Tempus esset iam de ordine argumẽtorum dicere.* Plaut. *Nunc adeò est occasio benè facta cumulare.* Cæs. lib. 2. Gall. bell. *Respondit non esse consuetudinem Populi Romani accipere ab hoste armato conditionem.* Liu. lib. 6. *tempus est maiora conari.*

Attamen si infinitum præteriti temporis pro gerũdio acciperetur per infinitum fit, vt è tempo d'hauere studiato, & è hora d'hauere mangiato. Tempus est studuisse, & hora est comedisse. Vel per gerundiũ hoc modo. Præterijt tempus studendi, & præterijt hora comedendi.

Interdùm etiam cum gerundia pro infinitis absoluto quodam modo sic collocantur, tanquam nihil habeant, vndè regantur. Cic. lib. 2. de off. *Si discendi studeo est potius, quam voluptati*, vbi Erasmus notat gerundium pro infinito positum esse. Idem ad Terentiã. *Cum haberem in animo nauigandi* pro nauigare. Plin. lib. 9. *Salus vna est in aduersa eundi, vtroque terrendi*, pro ire, terrere. Idem *mox monstri solertia est nauigium subeundi, atque ita tuto præliandi*, pro subire, & præliari. Ex quibus liquidò patet mutuò se recipere gerundia, atque infinita, ac mutuis fungi officijs.

Immò etiam adiectiua quædam hanc eandem vicissitudinem sibi vendicant, vt *perpetuus* clarescere, & clarescendi. *Manifestus* dissentire, & dissentiendi. *Consuetus* furari, & furandi. *Certus ire*, & eundi. *Peritus, doctus, sciens, gnarus, erudimus, prudens* psallere, & psallendi. *Cupidus, promptus, auidus, timidus, cupiens* scire, & sciendi. *Potens* imperare, & imperandi. *Insue-*

qui nauigare, & nauigandi, quæ omnia apud optimæ latinitatis authores passim reperiuntur.

In secunda significatione *Per*, quod habet in Italico fit latinè *causa, gratia, studio, fine, pretexiu*, requirit ante se verbum, vel statum, vel motum significans, vt tu affliggi il corpo per guadagnare l'anima. Tu corpus maceras lucrandi causa, gratia &c. animam. Andarò à casa di Pietro per consolarlo. Ibo ad Petrum causa consolandi eum.

Quoties hoc gerundium pendet ex verbis accusandi casum requirentibus, potest fieri adiectiuum, vt magister ferulam accipit verberandi causa discipulos, vel causa verberandorum discipulorum. Mulier casta multa mala substinet conseruandi causa honestatem, vel conseruandæ causa honestatis.

Genitiui gerundium singularis numeri legitur genitiuo plurali quandoque inuentum. Cic. in lib. de Mundo. *Reliquorum syderum, quæ causa collocandi fuerit, in alium sermonem differendum est.* M. Varr. lib 2. rer. rust. *Aliquod fuit principium generandi animalium.* Plin. *Cum illorum videndi gratia me in forum contulissem.* Quæ dicendi figura græcum quiddam habet.

Per, tempus præsens denotat in hoc gerundio, quod si haberet præteriti vocem per *cum* ad præteritum perfectum coniuncti recurrendum est, vt io per hauere fatto bene, hò riceuuto male. Ego cum bene fecerim, accepi malum.

Causam antecedentem (siue vt alij dicunt defectum) hoc gerundium significans, non fit genitiui, sed ablatiui, vel accusatiui casus, vel mutatur per quoniam ad præteritum perfectum indicatiui, vt io per fare bene all'amici, riceuo disgusto. Ego benefaciendo amicis, inter benefaciẽdum, ob, vel propter benefaciendum, quoniam benefeci amicis, mæreo.

Multis modis gerundium genitiui cum particula per verbis motum significantibus variari potest, vt il Pastore và per guardare le pecore. Pastor it vt cu-

stos.

custodiat oues. Custodiendi causa oues, Custodiendi causa ouium. Custodiendarum causa ouium. Ad custodiendas oues. Custodiendum oues. Custoditum oues. Custoditurus oues. Et custodire oues. Sicut etiã verbis statum significantibus iunctum, vt stò per visitare gl'amici. Maneo, vt visitem amicos. Visitandi gratia amicos. Visitandorum gratia amicorum. Ad visitandum amicos. Ad visitandos amicos. Visitaturus amicos.

Cum particula *di*, quoque multis modis, vt non è tempo di dire la verità. Non est tempus, vt dicamus veritatem. Dicendi veritatem. Ad dicendum veritatem. Ad dicendam veritatem. Dicere veritatem.

Tripliciter in hoc gerundio particula *non*, cum *per*, iungi potest, vel anteponi, vel postponi, vel anteponi, & postponi simul. Quando anteponitur fit gerũdium genitiui. vt l'amico viene alla scola non per visitare il maestro, ma per parlare con Antonio. Amicus in scholam venit non visitandi causa magistrum, sed loquendi studio cum Antonio. Quando postponitur, non fit gerundium, sed resolutione indiget per particulam ne, vt Io per non vedere l'amico, muto strada. Ego nè intueat amicum flecto callem. Quando denique negatio ante, & post ponitur ad *per* potest gerundium fieri, ex eò, quia duæ negationes affirmant, vt Pietro và alla scola non per non studiare la grammatica, ma per far profitto in tutte le scienze. Petrus proficiscitur in gymnasium non causa nõ studendi grammaticæ, sed proficiendi gratia in omnibus scientijs.

Nunquam gerundium post se nominatiuum admittit, vt tu per diuentare dotto sempre studij, e sei desideroso di essere sauio. Tu vt euadas doctus iugiter studes, & es cupidus, vt sis sapiens Caue nè dicas, causa euadendi doctus, existendi sapiens, gratia viuendi dines, & similia.

Obijcies, Gerundium habet casum obliquum; ergò

ergò etiam, & rectum. Consequentia probatur: sicut obliquus dicitur contineri sub prædicato casus, ita & rectus: ergò si obliquo gaudet, ita & recto.

Respondetur assignando disparitatem, quia casus rectus gerundio adiunctus regitur solummodò à verbo, obliquus verò est ille quem gerundium post se requirit: Verba copulativa per hoc formare non poterunt, quia casum rectum, ita ante se requirunt, ut vitiosa, illo remoto reddatur, syntaxis; Nec rectè concludit paritas, quia si valeret argumentari à casu obliquo ad rectum, dicere possem; Impersonalia habent casum obliquum; ergò rectum, & sic euaderem personalia.

Contra primò. Gerundia non admittunt ante se rectum casum, benè verò post se, quem tamen verbum regit; ergò ex verbis copulativis gerundia fieri poterunt, dando casum rectum post.

Respondetur, parum referre, an rectus casus ante, vel post sit; id verò exigitur, quòd non regatur à gerundio, copulativa autem ita casum rectum post se habent, vt necesse sit referri ad rectum ante. Vndè retorqueri potest argumentum. Gerundium ex se non requirit rectum casum ante, qui ab ipso dependeat; sed hoc totum exigunt per se copulativa. ergò non possunt ex ipsis formari gerundia.

Contra secundò: ergò saltem, si auferamus casum rectum post, poterit esse gerundium copulativum. Consequentia probatur: tunc casus rectus ante concordaret cum verbis, casus rectus post se non esset; sed hoc modo construitur gerundium: ergò haberet eandem constructionem gerundij: ergò esset gerundium.

Respondetur nego suppositum consequentis, quia nullo modo stare potest copulativum sine illis casibus, quod supponebat posse stare argumentum. Vel dicas, quòd aliquod afferri posset exemplum, tunc esset gerundium copulativum secundum nomen, & ori-

Digitized by Google

originem, non secundum constructionem, quia dependeret, & formaretur à verbo copulatiuo, & sic per modum absoluti staret.

In significatione passiua respuit post se ablatiuum agentem, vt le donne vanno in Chiesa per essere vedute. Mulieres eunt in templum videndi causa, ideſt, vt videantur. Si habuerit casum agentem resoluitur per vt in subiunctiuo, vt le donne vanno in Chiesa per essere vedute dalli giouani. Mulieres eunt in templum, vt videantur à iuuenibus.

Obijcies. Hic admittitur amphibologia, dicendo: mulieres eunt in templum videndi causa; nam non possumus percipere, an eant, vt videant, an vt videantur; ergò ad tollendam hanc, sicut in actiua significatione post se ponitur casus, ita in significatione passiua non debet respuere post se ablatiuum agentem cum præpositione; ergò possumus dicere; mulieres eunt in templum videndi causa à iuuenibus.

Respondetur nego antecedens; nam non committitur amphibologia, ex sensu enim sermonis vtique percipere possumus actiuam, vel passiuam significationem. Præterquamquod, vt plurimum cum actiuè significat casum verbi post se retinet.

Huius casus gerundia in passiua significatione reperiri negat Laurentius, attamen luculentissimorum authorum loca describere contra ipsum vilum est. Cic. in Top. *Causarum genera duo, vnum quod vi sua efficit, vt ignis: alterum quod naturam efficiendi habet, vt ars*, ideſt vt efficiatur. Et pro M. Cælio. *Hæc omnia indices perfacilem rationem habent reprehendendi*, ideſt vt reprehendantur. Cæs. lib. 7. Gall. bell. *Hunc teretes stipites dimittebantur, simul confirmandi, & stabiliendi causa, singuli ab infimo solo pedes tres occultabantur*, ideſt, vt confirmarentur, & stabilirentur. Iustin. hist. lib. 17. *Athenas quoque missus eruendi gratia*, ideſt vt eruditetur. Idem. *Quod ad te non tam cognoscendi, quam emendandi causa transmisi*, ideſt vt cognosceretur, & emendaretur.

Verba neutra, & deponentia respuunt hoc gerundium in significatione passiua, sed in actiuam significationem, vel per coniunctionem, vel per relatiuum reducuntur, vt il maestro è desideroso d'essere seruito da scolari. Magister cupidus, vt discipuli ei seruiant. Tu vieni qui per essere misericordiato, aiutato, e consolato. Tu venis huc, vt aliquis tui misereatur, tibi auxilietur, & te cõsoletur. Vel cuius aliquis misereatur, cui aliquis auxilietur, & quem aliquis consoletur.

Quando supra gerundium datur nominatiuus expressus non potest fieri, quia verbum correspondens non habet, ideò mutatur, vel per vt, vel per relatiuũ, vt io dirò messa per sentirla Francesco. Ego faciam Sacrum, vt illud audiat, vel quod audiat Franci scus.

Hoc gerundium non pendet à verbis, vndè, tu sei necessitato di partire da Napoli, caue nè dicas, tu cogeris discedendi Neapoli, sed tu cogeris discedere Neapoli per infinitum, vel vt tu cogeris, vt discedas.

Non omnibus adiectiuis Gerundium hoc adhæret, sed illis, quæ genitiuum poscunt, nam tu sei degno di ricevere honore; tu es dignus accipiendi honorem, caue nè dicas, sed es dignus ad accipiendum honorem, vel qui accipias, vel accipere.

Nomina substantiua instrumentorum significantia, si habent particulã *di, vel per*, per relatiuum resoluũtur; vt letto di dormire. Cubile in quo dormiamus. Tauola di magnare. Mensa in qua comedamus. Coltello di tagliare. Culter quo incidimus. Sed quando prædicta nomina aptitudinem significant resoluuntur, vel per relatiuum, vel per vt, acqua da bere, pane per magnare. Aqua, quam bibimus, panis quem edamus. Vel est aqua, quæ bibatur, est panis, qui edatur. Vel est aqua, vt bibatur, panis, vt edatur.

DA-

Digitized by Google

DATIVI CASVS

GERVNDII CONSTRVCTIO.

DAtiui casus Gerundia, tùm à nominibus adiectiuis eundem casum requirentibus, vt sunt *aptus, idoneus, utilis, habilis, deditus, intentus*, & huiusmodi, regi possunt, vt non omnes apti sunt scribendo historiam. Philosophi sunt intenti contemplando rerum essentias. Tùm à verbis eundem casum requirentibus, vt sunt, *studeo, vaco, incumbo, operam do, inuigilo*, & alia huiusmodi, vt diu operam dedisti discendo grammaticam. Elegantius tamen dicimus per gerundium adiectiuum, quando à verbis accusandi casum requirentibus dependent, vt non omnes apti sunt scribendæ historiæ. Diu operam dedisti discendæ grammaticæ. Auarus congerendis diuitijs inhiat.

Quoniam verò plerique grammatici absurdum putant huiusmodi gerundijs casum apponere, afferenda sunt doctissimorum authorum exempla. Val. Max. lib. 3. Scipio cum in Sicilia augendo exercitum, tradendóque in Africam opportunum quæreret gradum, inter molitionem tantæ rei operam gymnasijs dedit. Plaut. *Ego relictis rebus Epidicum quærendo operam dabo.* Cic. in Hortensio. *Magna animi contentio adhibenda est, explicando Aristotilem.*

Huiusmodi gerundia absoluta, aliàs actiuè significant, vt tu es idoneus cantando, ideſt vt cantes. Aliàs passiuè, vt Carosuilla inutilis est edendo, ideſt ad edendum, vel vt edatur. Si habuerint post se casum agentem resolui debent, vt Suilla caro inutilis est esui hominum, vel vt edatur ab hominibus. In vtraq; significatione authorum exempla non desunt; in actiua Plin. lib. 13. *Emporetica carthæ inutilis est scribendo.*

do. Apuleus 7. met. *Cum primum nubendo maturuisset.* Ouid. lib. 15. *Mox apta natando crura dat.* Plin. lib. 11. *Culici natura telumaia generauit, vt fodiendo acuminatum pariter, & sorbēdo fistulosum esset.* In passiua. Plaut. *Dat operam, ne sit reliquum poscendo, atque auferendo,* ideſt, quod poſcatur, & auferatur. Plin. lib. 19. *Nullū semen vltra quadrimatum vtile est ſerendo,* ideſt, quod ſeratur. Et lib. 31. *Nitroſa aqua vtilis est bibendo,* ideſt, vt bibatur.

Aliquando nomina adiectiua, à quibus datiui caſus gerundia dependent, non exprimuntur, vt Io non poſſo pagare. Ego non ſum ſoluendo. Fab. *Pauperi ſoluendo non ſumus, ſi reſpublica ſoluendo ært alieno non eſſet.* Et ſubintelligitur non ſum, non ſumus, non eſt, &c. Idoneus, habilis, &c. Cæcus non eſt legendo, &c.

Verba, quæ non poſſunt formare paſſiuum reſoluūtur, vt attendo ad eſſere ſeruito, ſono habile ad eſſere miſericordiato, &c. dò operam, vt mihi aliquis ſeruiat, ſum habilis, cuius aliquis miſereatur.

ACCVSATIVI CASVS

GERVNDII CONSTRVCTIO.

ACcuſatiui caſus gerundia cum præpoſitione ordinantur. Præpoſitiones quibus tale gerundium adhæret ſunt *Ad, in, ob, vel, propter, inter, ante, circa, & poſt.* Aliquando verò adiectiuis talem præpoſitionem requirentibus iungitur, vt *facilis, difficilis, paratus, promptus, aptus, expeditus, idoneus, ſegnis, vehemens, velox, attentus,* vt *quiſque debet eſſe velox ad audiendum, tardus ad loquendum.*

Præpoſitio *ad,* aliquando verbis motum ſignificanti-

Digitized by Google

tibus iungitur, vt Christus Iesus descendit de Cœlo in terram ad saluandum genus humanum. Eo ad studendum Philosophiæ; Aliquādo verbis statum significantibus, vt sedeo ad audiendum concionem. Moror hic ad videndum Comœdiam.

In etiam verba motum significantia requirit, vt excidisti in legendum libros prohibitos.

Ob, vel propter, significat per vt discipuli propter frequentandum scholam magistri imperiti, euasere indocti. Cic. 4. in Verr. *Quanto illud improbius, eum a quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare.*

Inter, significat trà, frà, dentro, vt inter legendū erras. Liuius lib. 2. *Titus Herminius inter spoliandum corpus hostis, versato percussus est.* Idem. *Inter accipiendū de suis commodis rationes.*

Ante, significa innanzi, vt ante comedendum pleno. Virg. 3 Georg. *nam ante domandum ingentes attollunt animos.*

Circa, significat *intorno*, vt circa legendum, multa considerāda sunt. Fab. lib. 4. *Sed plus eloquentia circa mouendum valet.*

Post, significat dopò, vt post laborandum quieſcimus.

Cum quibus licet gerundium substantiuum posset admittere post se casum, vt ad salutandum amicos huc venit; elegantius tamen, vel propter gerundium loquimur, cum accusandi casus requirit, vt ad salutandum amicos, vel per substantiuum absolutum, vt propter studendum euasi doctus. Inter legendum hæc notaui. Ante dormiendum lauandi sunt pedes. Circa loquendum modus seruandus est.

Passiuè ponuntur absolutè, & cum præpositione ad, vt multi authores sunt difficiles ad intelligendū, ideſt vt intelligantur. Cic. ad Att. lib. 9. *Sunt quædam eorum perdifficiles ad iudicandum*, ideſt, quæ iudicentur. Idem ad Brut. *Multa eius iudicia, seu ad scribendū non necessaria*, ideſt vt scribantur. Si casum habuerint

agen

agentem resoluuntur per vt, & coniunctiuum modum, vt nolti authori sono difficili ad esser inteſi da noi: Plerique authores ſunt difficiles, vt intelligantur à nobis.

Ex verbis verò, quæ paſſiuum non formant, reſoluuntur, vt Io vò ad eſſere ſeruito. Ego eo, vt mihi aliquis ſeruiat. Li poueri vengono da mè ad eſſere miſericordiati. Pauperes veniunt ad me, vt ego eorũ miſerear.

Ex verbis copulatiuis non admittunt poſteriorem caſum, vt tu trà il camināre ſolo haitrouato vna borſa piena di danari. Tu dum ambulaſti ſolus, inueniſti crumenam numnis plenam.

Cum verbis, *loco, conduco, mando, curo*, pro *facio*, *habeo* pro *debeo, ſuſcipio, puto, duco, exiſtimo, cenſeo arbitror, video, intelligo, decerno, ſtatuo*, &c. Gerundio adiectiuo vtimur ſine præpoſitione, vt hò comandato ſi crescano due cani. Mandaui duos canes alendos. Hò fatto mandare le lettere. Curaui litteras mittendas. Habeo multa negotia exponenda. Meam valetudinem tibi ſignificandam duxi. Domum conſtruendam locaui. Meam ſententiam tibi aperiendam ſtatui. Habeo, & cenſeo infinitum prò gerundio accipiũt. Cic. lib. 1. de nat. Deorum. *Contra Epicurum ſatis dictum eſt; ſed habeo audire, tu ipſe quid ſentias.* Columell. lib. 5. Nos etiam in hoc genere arborũ diligentes percipere cenſuimus.

ABLATIVI CASVS

GERVNDII CONSTRVCTIO.

ABlatiui caſus gerundia, tàm cum præpoſitionibus, quàm citrà ponuntur: Iunguntur autem his præpo-

Digitized by Google

positionibus *a, ab, abs, ex, in, de, pro, et, cum*, & tunc gerundium substantivum potest habere casum post se; vt in declarando Virgilium magna adhibenda est diligentia; elegantius tamen, ac frequentius, vel gerundio adiectiuo vtimur, vt in declarando Virgilio, vel substantiuo absoluto, vt tàm ex defendendo, quàm ex accusando vberior gloria comparatur.

Præpositio *a*, significat *da*, vt agricolæ à seminando frumentum accipiunt lucrum. Cic. lib. 3. Tusc. *Invidiæ verbum deductum est à nimis intuendo.*

Quòd verò gerundium ablatiui casus iungi possit verbis significantibus motum de loco, præsertim si absolutè loquamur, vel per gerundium adiectiuum, vt venio à legendo, redeo à colendo agro disertissimorum Authorum exemplis roboratur contra Laurentium, plerosque alios grammaticos. Vlp. ff. de orig. Iuris lib. 1. *Fuit autem Tubero patricius, & transiit à causis agendis ad ius ciuile.* Cic. lib. 2. de orat. *Ipse à discendo refugisti.* & lib. 3. *Pythagoras, Democritus, Anaxagoras à regendis Ciuitatibus toti se ad cognitionem rerum transtulerunt.* Dicitur etiam per verbum, redeo postquam colui agrum. Venio postquam legi Terentium Andr. *Redeo postquam paratus quæ nuptijs opus fuere.*

Præpositio ab, & abs, idem italicum habent, vt ab amando ingratum amicum magnum detrimentum accepi. Abs timendo Deum, facilitèr verum disco sapientiam.

Præpositio ex. Terent. in Adelph. *Id non fit ex vera vita, sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.*

Præpositio *in*, quando significat statum in loco. Cic. in Brut. *vt faciles essent in suum cuique tribuendo.* Varr. lib. 3. rer. rust. *In supponendo vua obseruant, vt sint numero paria.*

Præpositio *de*, quando significat materiam circa quam versatur. Cic. 1. de orat. *Quid ineptius, quam de dicendo dicere?* Idem in Verr. *Contentio de accusando.*

Præ-

Præpositio *pro* Italicum habet in cambio, in luoco. Plaut. *Pro vapulando ego abs te mercedem peram.*

Quando hæc præpositio verbis neutris, deponentibus in passiua significatione, & impersonalibus adiunguntur, per cum, & debeo, debes resoluitur ad cõiunctiuum, vel ad imperfectum, vel ad perfectum, vel ad plusquam perfectum eiusdem modi, Io in cambio d'essere seruito, son disprezzato. Cum aliquis mihi debeat seruire, contemnor. In cambio d'essere stato misericordiato dall'amici, fosti battuto da quelli. Cum amici debuissent misereri tui, verberatus fuisti ab illis. Il peccatore in cambio di pentirsi de'peccati, ne commette maggiori. Peccatorem cum debeat pœnitere peccatorum, maiora patrat.

Præpositio *cum*, significat vnitamente, insieme. Quintil. lib. 1. *Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est.* Sed melius sine præpositione.

Citra præpositionem ablatiui casus gerundiaꝫ tàm actiuè, quàm passiuè significat; actiuè quidem, tùm gerundio substantiuè cum casu vti licet, vt hos accusando, illos occidendo, totam Ciuitatem labefactasti; vel absolutè, vt ferendo possumus fortunam vincere; tùm etiam gerundio adiectiuo, vt legendo Ciceronẽ, vel in legendo Cicerone, lingua latina cõparatur. Passiuè ponitur absolutè, vt Ouidius delectat legendo, ideſt dum legitur. Amor tegendo crescit, ideſt cum tegitur. Nec desunt in hoc probatissimorum Authorum exempla. Fab. lib. 9. *Memoria excolendo augetur*, ideſt dum excolitur. Virg. 3. Georg. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*, ideſt cum cantatur. Idem. *Alitur vitium, creſcitque tegendo*, ideſt cum tegitur.

Legitur, & passiuè cum præpositione. Varr. de ruſt. *Quàm paucissimos relinquis, tàm optimè in vlendo fiunt propter copiam lactis.*

Si habuerit post se casum agentem resoluitur per vertum, & dum, vel cum. Ouidius declarat, dum, vel

cum.

cum declaratur à magistro. De Neutropassuis hoc quoque dicendum putarem.

Quando hoc gerundium datur in significatione passiua in verbis, quæ passiua fieri non possunt, resoluitur, vt tu con essere seruito t'insuperbisci. Tu, dum aliquis tibi seruit, superbis. Pietro viene da essere misericordiato. Petrus venit postquam aliquis misertus est illius.

Præpositio *sine*, cum infinito præsenti iungitur, & fit non per hoc gerundium, vt tu senza studiare non puoi diuentare dotto. Tu non studendo non potes euadere doctus. Sed præterito iungitur, resoluitur ad imperfectum coniunctiui, vt tu senza hauere studiato, sai molte cose. Tu, cum non studueris, scis multa.

Si casus præcedens non habet verbum, à quo regatur, resoluitur per cum, vel dum, vt il maestro esplicando la regola, li discepoli chiacchiarano. Magister dum enucleat, vel cum enucleet regulam, discipuli confabulantur. Vel fit per participium absolutum. Magistro enucleante regulam. De quibus suo loco.

Quando Italicum gerundij duplicatur fit simpliciter, vt magnando, magnando, mi satio. Ego, manducando, famem expleo.

DE SVPINIS.

SVpinum est pars orationis indeclinabilis sine casu, & tempore, seruata quandoque verbi structura, agendi, vel patiendi significatiua.

Dicitur seruata verbi structura propter priùs supinum, quod casum sui verbi admittit post se. Quandoque dicitur propter posterius supinum, quod nullo casu construitur.

Dices

Digitized by Google

Dices cõtra illam particulam. *Est pars orationis indeclinabilis*. Si supinum esset pars orationis indeclinabilis, sequeretur, quòd partes orationis essent plures, quam octo: Sed hoc est falsum: ergò falsum est supinum esse partem orationis indeclinabilem. Minor probatur: omnes grammatici assignat octo partes orationis: ergò &c.

Respondetur ad probationem minoris, nego antecedens; nam vt nos supra probauimus, cum egimus de partibus orationis, esse decem, connumerato gerundio, & supino, diximus.

Dices contra illam particulam *sine casu*. Supina habent casus: ergò falsum est esse sine casu. Antecedens probatur: valet dicere: eo salutatum amicos, seruitum dominis, aratum agros, & potitum Regno; ergò supina habent omnes casus, quos habent verba, ex quibus pendent.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem concedo antecedens, & nego consequentiam, ad probationem cuius concedo totum argumentum; Nam nos non dicimus supina carere casu, hoc est non admittere casus, cum post se eosdem casus, tàm posteriores, quàm vlteriores regant, quos & sua ipsorum verba: sed esse sine casu, hoc est supina non esse nomina (iuxtà aliquorum sententiam) & sic non habere casus, prout nomina habent. Aliqui enim dicunt (vt retulimus) supina esse nomina, in *um*, casus accusatiui, & in *u*, ablatiui.

Dices contra illam particulam *sine tempore*. Supina habent tempus: ergò malè dicitur sine tempore. Antecedens probatur: valet dicere: eo dormitum, bam dormitum, dest vt dormiam, vt dormirem: ergò supina habent tempus.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationem concedo antecedens, & distinguo consequens, habent tempus, quod accipiunt à verbo coniuncto, concedo consequentiam; ex se habent tempus nego

consequentiam; Supina ex se carent tempore, quod est primum in verbo, deficiuntque modis, & personis, ergo nullum habent tempus.

Contra primò, supina resoluuntur in tempora, vt dormitum, ibam dormitum, resoluitur, eo vt dormirem, ibam dormitum resoluitur, ibam vt dormirem; ergo supina habent tempus. Consequentia probatur: *Vnumquodque resoluitur in ea principia ex quibus constat*: sed supina resoluuntur in tempora: ergo supina habent tempora.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, ad cuius probationem concedo maiorem, & distinguo minorem, ex se nego minorem; propter additum coniunctum concedo minorem: ergo nego consequentiam. Nos diximus supra non habere, neq; numeros, neque personas, & consequenter ex se nullum tempus habent, & quando sunt supina non habet tempus, quando sunt resoluta non amplius sunt supina.

Contra secundò. Supina dicuntur actiua, & passiua, sed quod dicitur actiuum, & passiuum significat actionem, & passionem; ergo supina significant actionem, & passionem, & consequenter tempus habent, quod significat actionem, & passionem; ergo supina habent tempus.

Respondetur, concedo maiorem, & distinguo minorem, dicuntur actiua, & passiua in actu exercito nego minorem; in actu signato concedo minorem: & nego consequentiam. Nam supina dicuntur actiua, & passiua, quatenus designant tempus eodem fere modo, ac nomina, vt euidens, ideſt quod aperte videtur. Magnificus ideſt magnificè factus, quæ passionem significant. Lector, ideſt qui legit, & sic de actionem significat.

Nec obstat, quod diximus, cū de infinitis egimus, supinum in *um* tempus præsens significare; nam supinum denominationem temporis à verbo coniuncto

accipit, cum formaliter tempus non significet, & ne infinito iunctum ab infinito temporis denominationem accipit, vt amatum ire, & amatum iri, & cum tam *ly* ire, quàm iri significent tempus præsens, diximus quoque supinum tempus præsens significare. Sicut amatum iuisse diximus præteritum pluſquam perfectum tempus significare ob denominationem, quam accipit à *ly* iuisse.

Dices supina passiua habent post se casus; ergò post terius supinum falsum est nullo casu construi. Antecedens probatur: Valet dicere hoc est difficile intellectu nobis; ergò habent post se casus.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationem concedo antecedens, & nego consequentiam. Nam *ly* nobis non est casus supini, sed illius nominis, difficilè.

Supinum vndè dicatur adhuc ambigitur; alij enim supina dicta volunt, quasi subina, quòd sine tempore subeant ex verbo ad participia, & verbalia. Alij quasi supereuntia, quòd sine tempore superent naturâ verbi ad participiorum, verbaliumque analogiam. Alij à supum vetustissimo nomine, quod apud antiquos, interpetre Sexto Pompeio, idem significabat, quod supinum apud nos. Alij supina, quasi suprema, hoc est vltima ab inflexione verbi inuenta. Alij tandem, quia supinus est, qui iacet ventre Cœlum versus, & supinè sanè totam verbi coniugationem supra se vident.

Inuentum est gratia breuitatis, & ornatus; nam breuius, & ornatus est dicere, eo lectum, quàm eo, vt legam, ipsumq; formatione caret.

Est autem duplex, vnum in *um*, vt amatum; alterum in *u*, vt amatu.

Digitized by Google

DE SVPINO IN VM.

SVpinum in *um* à verbis actiuè significantibus actiuam habet significationem, eiusque Italicum est infinitum præsentis actiui, vt amatum, ad amare.

Ante se casum non admittit, post se verò, tàm posteriores, quàm vlteriores verbi, à quo descendit sibi exigit, vt te pacem orarum venio. Adhæret verbis motum ad locum significantibus, vel expresè, vt Hispani eunt prælia tum cum Gallis, vel tacitè, vt dedi meam filiam nuptum. Dabo vænum equum. Admissus fui spectacum comædiam. Aliquando cum verbis motum intentionalem significantibus iungitur, vt tu serui vn padrone liberale, & io riceuo consolatione da questo. Tu *is* seruitum Domino liberali, & ego eo acceptum consolationem ex hoc.

Lepidè hoc supinum per gerundium, atque participium in *rus* variari potest, vt venio salutatum amicos, ad salutandum amicos, ad salutandos amicos, causa salutandi amicos, causa salutandorum amicorum, & salutaturus amicos. Potest etiam variari dicendo: venio visitare amicos, licet aliqui hoc negent, * sed vllam rationē adducunt, solummodò dicunt nō reperiri apud probatos authores. Sed

Contra. Virg. 1. Æn. *Non nos, aut ferro Libycos populare penates venimus, aut raptas ad litora vertere prædas*, pro populatum, & versum. In Sacris litteris habetur: *Non veni pacem mittere, sed gladium. Non veni soluere legem, sed adimplere. Non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Differt supinum à gerundio, quia gerundium, tàm verbo significanti motum, quàm ita um iungitur, vt eo ad legendum, sedeo ad legendum; supinum verò solum verbo significanti motum. Cic. 3. de orat. *Ad monitum venimus te non flagitatum.* Sedeo autem lectū malè dicitur.

S A ver-

* *Gramm. error.*

Digitized by Google

A verbis passiuè significantibus venientia supina, passiuam habent significationem, vt vapulatum, ad essere battuto, sic gauisum, lætatum, Vænum, exultatum, & id genus alia. Non admittunt post se ablatiuum, agentem cum præpositione, vt tu sei venuto ad essere battuto dal maestro non dicitur: venisti vapulatum, à magistro, sed venisti, vt vapulares à magistro. Docti namque semper talem subticent ablatiuum, qui etsi subaudiri potest, at exprimi non debet.

Eleganter dicimus, perditum eo pro perdo, acceptũ eo pro accipio, ornatum eo pro orno, in quibus verbum eo nullum motum localem ostendit, sed vnum, cum supino factum est verbum idem omninò significans, quod verbum ipsum, vndè supinum deductum, est Sallust. in Iugurt. *Sed nè ignoscendo malis, bonos perditum eatis*, id est perdatis. Gell. lib. 4. *Sues famina, si steriles essent, & vænum issent, ex edicto ædilium posse agi*, id est si venditæ fuissent. Et lib. 7. *M. Cato optimos, fidissimosque socios defensum, conseruatumque pergit*, id est defendit, & conseruat. Tacit. lib. 15. *Quintianus à Nerone proboso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat*, id est vlciscebatur. Nec structura aliter tutari posset, vt congrua, ac latina, nisi vnum esset verbum, id quod vnius modi, ac vnius temporis, sicut factum eo, id est facio; Quapropter cum huius dicendi figuræ duplex sit forma, altera actiuæ, passiuæ vocis altera, ex actiua proficiscuntur infinita, perditum ire, pro * perdere, amatum ire, pro amare, & similia. Ex passiua perditum iri, pro perdi, amatum iri, pro amari. M. Cato in oratione, quam pro se habuit in Cassium. *Contumelia mihi per huiusmodi petulantiam factum itur*, id est fit, quæ tempus præsens significant, &

Probatur; ornatum eo significat tempus præsens: ergò ornatum itur etiam tempus præsens significat. Antecedens præterquàm quòd conceditur ab aduersarijs, probatur; ornatum eo conflatur ex verbo, eo, quod

* Gramm. error.

quod significat præsens, & ex supino, quod virtute talis verbi coniuncti etiam significat præsens infinitum: ergò ornatum eo significat tempus præsens. Prima consequentia probatur; itur significat tempus præsens, & ornatum virtute talis verbi coniuncti etiam significat præsens infinitum; ergò ornatum itur significat tempus præsens.

Confirmatur: Non est maior ratio de uno, quàm de altero; ergò si ornatum eo actiuè significat præsés, ornatum itur passiuè etiam præsens significat.

Neque dicas, quòd ornatum itur, etsi tempus præsens proprie significat, tamen authoritate etiam in futurum translatum est, & vsu; nam *sacra consuetudo nil consuetudine maius.* Nam

Contra est: Grammatica non solùm vsu, authoritateque constat, sed etiam ratione, & *authoritas sine ratione nihil probat*; isti authores aliquam rationem adducere deberent, nè videantur irrationales: quod ipsi fatentur, gratis asserunt, dum nullam adducunt rationem. Vsus, qui in aliqua ratione non fundatur, pecus abusus, quam vsus dicendus est. Sed de his fusius in infinitis.

Sunt multa verba, quæ supino carent, tunc resolutione vtendum est, vel per infinitum, vel per vt, vel per gerundium, vt molti vengono in Napoli ad imparare le leggi. Multi veniunt Neapolim discere, vt discant, ad discendum iura, ad discenda iura, vel causa discendi iura, vel discendorum iurium causa; sed per vt resoluitur quando datur per impersonale.

Quando datur supinum per verba passiua, resoluitur per vt, v.g. tu vieni qui ad essere salutato da me. Tu huc venis, vt saluteris à me. Sed si datur per verba, quæ passiuam significationem non habent, etiam resoluitur per vt, cum translatione in actiuam, vt Ferdinando va ad essere seruito dal fratello, & tu vai ad essere misericordiato, e consolato. Ferdinan-

* *Gramm. error.*

dus sit, vt frater ei seruiat, vel per passiuæ vocis personale, vt a fratre ei seruiatur, & tu is, vt aliquis tui misereatur, & vt aliquis te consolemur.

Verba copulatiua eundem casum eadem relatione gaudent, vt Giouanne và nella scola à diuentare dotto. Ioannes it in scholam, vt euadat doctus.

DE SVPINO IN V.

SVpinum in V. semper est significationis passiuæ, eius Italicum est infinitum præsentis passiui, vt amatu, essere amato. Iungitur nominibus adiectiuis sine præpositione aliqua, & sine casu post se, vt *res rara* inuentu. *O rem tum auditu crudelem, tum visu fœdam.* Nomina adiectiua sunt: *facilis, difficilis, incredibilis, rarus, crudelis, pulcher, deformis, turpis, dignus, indignus, vtilis, inutilis, mirabilis, infandus*, & quàm plurima alia. Hæc nomina substantiua gerunt vicem nominis adiectiui, ideòque supino in V. iunguntur, vt par est factu. Fas dictu. Opus est amatu.

Pendent tantùm à verbis, quæ passiuum formant, & sic sunt omnia passiua, dependentia ab actiuis, verba quarti ordinis neutrorum, & communia, vt multa à doctis conscripta sunt iucunda cognitu. Iura consumpta sunt facilia concoctu. Dei semita facilis est amplexu.

Verba, quæ carent supino resoluuntur, vel in actiuam, vel in passiuam significationem per relatiuum qui, quæ, quod, vel per ut, uel per gerundium, ut lectione è difficile ad essere imparata. Lectio est difficilis, quam discipuli discant, uel ut eam discant, quæ discatur, ut discatur, ad discendum.

Vbicumque hoc supinum locamus, ibi, & infinitus rectè poni potest. Val. Max. lib. 4. *ardua imitatu, cæteroquin*

Digitized by Google

ram cognosci utilis. Fab. lib. 10. *Lyricorum Horatius ferè solus legi dignus.* Plin. lib. 19. *Facilia concoqui.* Virg. in Buccol. *& puer ipse fuit cantari dignus.* Pompeius Mela lib. 1. *Oestros fluuius nauigari facilis.* Et lib. 2. *Borysthenes potari pulcherrimus.* Atque his omnibus in locis supina rectè collocari potuissent.

Si habent post se casum reluentur, per ut, & uerbum, ut quello è bruto ad udirsi da noi. Hoc est turpe, ut audiatur à nobis. Poterit, & per infinitum dici: hoc est turpe audiri à nobis. Vel casus posterior in dativo pon, qui non à supino, sed à nomine adiectiuo acquisitque regitur, ut hoc est turpe auditu nobis. Perlio è difficile ad essere inteso da noi. Persius est difficilis, ut intelligatur à nobis. Difficilis intelligi à nobis. *Diffrilis* intellectu nobis. Sallust. in Iugurt. *Procedit in tumulum facillimum visu insidiantibus.* Virg. *Nec visu facilis, nec dicto effabilis vlli.* Non negarem tamen supino casus ulteriores, si nequit regere ablatiuum agentem cum præpositione, nam utique dicere possumus. Petrus est dignus uerberatu scutica. Pauperes sunt faciles spoliatu uestibus. Hic liber est dignus empta decem nummis aureis.

Quo fundamento grammatici supinum in V. carere ablatiuo cum præpositione, & sine casu post se, mouentur, ego nescirem causam assignare, sed oppositam sententiam his rationibus subsistere posse. Vide

Obijcies. Supinum in V. est passiuum: ergò regit casum post se. Consequentia probatur; passiuum absq; dubio regit post se casum; ergò si passiuum est in V. supinum, reget casum post se.

Respondeatur ad probationem consequentis distinguo antecedens, quando denotat vltimam inflexionē uerbi nego antecedens; quando non, concedo antecedens.

Contra est primò. Verbo non affertur passiua significatio per hoc, quod vltimò ratificetur; ergò non

auferturr casus post se. Consequentia probatur: casus à tergo stat quoties manet passiua significatio; sed per vltimam inflexionem hæc non auferturr; ergò nec casus.

Respondetur ad probationem consequentiæ, & dico non semper eundem remanere casum; supinum enim in V, post casum habet non ablatiuum, sicut passiuum verbum, sed datiuum; non dicemus; iucunda fuit hæc res auditu à nobis, sed loco ablatiui cum præpositione datiuo vtimur, ita, auditu nobis.

Contra secundò. Passiua gaudent quoque datiuo loco ablatiui: ergò datiuus, qui datur in supinis in V, est ablatiuus; sicut in passiuis.

Respondetur distinguo consequens, idem propriè nego; est alius diuerso pacto positus, ac in passiuis cõcedo consequentiam. Itaque alius est datiuus in passiuis loco ablatiui positus, alius in supinis in v. vt patet.

Contra tertiò. Idem importat: lepida fabella audita est nobis, ac mirabile visu nobis; sed primum sonat idem, ac à nobis: ergò etiam secundum. Prima pars maioris patet ex Cic. de clar. orat. *Auditus est nobis Leliæ Caij filiæ sæpe sermo.* Ouid. de Pont. *Vix auditor vlli.*

Respondetur, datiuum non exigi à supino, nec regi, sed ab adiectiuo, nec propriè datiuus est, qui in passiuis stat, vnde non difficile est loco ablatiui vti; Vel melius dicas, datiuum in passiuis more græcorum poni, frequenter enim latini Hellenismo vtuntur, vnde potius apud poetas, quàm oratores inuenies, illi quippe nonnunquam græca forma vtuntur, liberiorque potestas illis datur: sicuti mulctories pro gerundio more græcorum infinito vtuntur. Horat. lib. 1. Od. 3. *Iapeti genus audax omnia perpeti*, ideſt in perpetiendis. Virg. ecl. 3. *Bonî talamos inflare*, ideſt in inflandis. Georg. 2. *felix ponere vites*, ideſt in ponendo, &c.

Contra quartò. Verbum est illud qui casum regit, non

non nomen: sed hic esset nomen; ergò regitur à supino - Consequentia tenet, alias constructiuum verbi miscereturcum illo nominis.

Respõdetur, distinguo maiorem, nomen adiectiuũ, nego maiorem; substantiuum concedo maiorem, & distincta minori eodem modo, negatur consequentia. Huius distinctionis ratio ea est, quia nomina substãtiua sunt absoluta.

Contrà quintò. Dicere non rectè possumus hoc est dignum auditu nobis, quia resolui debet, estò dignus a. m. sic adiectiuum: ergò hoc erit, quia adiectiuum non potest casus regere. Probatur consequentia. Casus supino in V. adiectus est per vos nominis adiectiui, sed dignus, a, m. est adiectiuum; ergò debebit regere casum, vt faciunt alia adiectiua, non verò resolui thema.

Respondetur nomen dignus, a, m. regere ablatiuũ, non datiuum, ideò ly nobis in dandi casu stare non potest; vndè ex hoc retorqueo argumentum, si casus regerentur à supino, semper idem maneret, & non variaretur secundum exigentiam adiectiui. Sed hic variatur datiuus, quia adiectiuum non exigit illum, sed auferendi casus: ergò casus non est supini, sed nominis adiectiui.

Contrà sextò. Si casus regeretur ab adiectiuo, diuersum esset italicum supinum à latino, nec vnum cum alio conuerteretur; sed hoc est incongruum, vt sequatur: ergò falsa responsio. Maior probatur: cum dico, hæ res iucundæ fuerunt auditu nobis, ly nobis, quia per vos regitur ab adiectiuo italicum traduceret, sono state gioconde à noi, sed latinum supini exigit italicam versionem hoc modo: sono state gioconde ad essere intese da noi: ergò &c.

Respondetur, vtrumque italicum bene stare, nec tale supinum necessariò debere conuerti in italicum cum particula da noi, supinum verò denotat, & continet in se vtrumque Italicum; Brenin horum om-

Digitized by Google

nium potior ratio illa est, quia supina ab adiectiuis nominibus reguntur, ideò post se casu carent, & illud, quod est verbi citrà dubium adiectiui erit.

Ratio potissima, cur supina in V. non regunt post se casum, est quia ipsa reguntur à nominibus adiectiuis.

Supina passiua sidentur per hæc verba passiua tertij ordinis non possunt fieri, sed resoluuntur, vel per relatiuum, vel per vt, verba sunt, do, as, quando significat dare aliquem morti. Ago, is, quando significat agere gratias. Significo, quando denotat nunciare. Soluo, quando significat *pagare*. Lego quando significat legere. Loco, quando significat *allogiare*, vt la morte è buona ad essere data all'inimico. Mors est bona, cui inimicus detur. Pietro è facile ad essere ringratiato. Petrus est facilis, cui gratiæ agantur. Questi scolari sonò degni d'essere letti. Isti discipuli sunt digni quibus legatur. La virtù è difficile ad essere pagata da te al maestro. Virtus est difficilis, pro qua nummi soluantur à te magistro, vel vt pro ea nummi soluantur, &c.

Quoties dantur supina in V. de quarto, & quinto ordine passiuorum de re inanimata, non possunt fieri, sed resoluuntur per relatiuum, vel per vt, v.g. la grãmatica è facile ad essere insegnata. Grammatica est facilis, quam discipuli doceantur, vel vt eam discipuli doceantur. Le vesti stracciate sono buone ad essere spogliate. Vestes laceræ sunt bonæ, quibus spolietur aliquis, vel vt eis aliquis spolietur. Et ideo est, quia relatiuum non cadit in nominatiuum, attamen dicere possumus: hic puer est facilis doctu, & difficilis spoliatu.

Supina in V. à verbis neutris, & deponentibus, defectiuis, & impersonalibus in propriam vertuntur significationem, eadem resolutione, vt tu sei degno d'esser seruito, e fauorito dal Prẽcipe. Tu es dignus, cui seruiat, faueatque Princeps, vel es, vt tibi seruiat, fa-

Digitized by Google

faueatque Princeps, vel cui seruiatur, faueaturque à Principe. Li buoni sono facili ad essere misericordiati, seruiti, & imitati. Boni sunt faciles, quorum misereatur, quibus famuletur, & quos imitetur aliquis. Vel vt eorum misereatur, vt eis famuletur, & vt eos imitetur quisquam, & sic de reliquis.

Non iungantur verbo significanti motu de loco, vt venio lectu, visu, &c. sed dicitur per gerundium, * venio à legendo, à videndo, vel per nomina verbalia, à lectione, à visione, vel per verba, venio postquã vidi, legi, &c. hic per passiuum. Venimo da esser vsati dalle donne. Venimus postquam visi sumus à mulieribus.

Apud Plaut. in Menæch. legitur: *redit obsonatu eius adiutor.* Cato in re rust. *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.* Statius lib. 1. Achilleidos. *Quem tunc venatu redeuntem in limine primo, opperiens.* Sed hæc nomina sunt quartæ potius declinationis, quàm supina cum multis affirmo (etsi Diomedes lib. 1. & Priscian. lib. 8. pro actiuæ significationis supinis in V. fumam) Cum actiuè significent, supina verò in V. cum passiuè. Et cum idem significent, quod nomina, cumque eiusdem formæ verbalia reperiantur, & demùm præpositionem admittant. M. Varr. lib. 2. rerum rusticarum. *Cum redierit è pastu.* Hic namque præpositio arbitratu nostro parirer addi potest, atque demi, nec minùs, idcircò existimanda sunt nomina, quòd præpositione carent. An cum Terent. in Eun. ait, *exulo domo*, & Cic. ad Attic. lib. 9. *Si Cneus Italia cedit.* Propterea non sunt nomina, quia citra præpositionem prolata? Vel si supina sunt præstantissimos Authores verbalibus in O, libentius, ac frequentius, quàm his vsos videmus. Cæs. lib. 2. Gall. bell. *a decimæ legionis cohortatione profectus.* Liu. lib. 33. *ab oppugnatione recessum.* Val. Max. lib. 8. *ab exercitatione venientem.*

DE

DE PARTICIPIIS.

Dico primò: Participium est pars orationis declinabilis, per tempora, & casus, agendi, vel patiendi significatiua, à verbo personali descendens, quæ pro verbo ponitur, & in verbum resoluitur.

Probatur; hæc definitio constat ex genere, & differentia; ergo est bona. Antecedens probatur; dicitur *pars orationis* loco generis, cæteræ verò particulæ stant loco differentiæ; ergo constat ex genere, & differentia.

Dicitur *pars orationis*, quia participium est vna ex decè partibus orationis. Dicitur *declinabilis*, quia legens, legentis declinatur. Dicitur *per tempora*, quia participium in ns, dicit tempus præsens, & imperfectum. In rus, & in dus, tempus futurum, & in vs, præteritum. Dicitur *per casus*, quia declinatur per sex casus. Dicitur *à verbo personali descendens*, quia verba personalia tantùm habent participia. Dicitur, *quæ pro verbo ponitur, & in verbum resoluitur*, vt magister legens, id est, qui legit.

Dices contra illam particulam, *agendi, vel patiendi significatiua*: Qui agit non patitur, & qui patitur non agit; ergo malè dicitur in participio, agendi, & patiendi significatiua.

Respondetur distinguo antecedens, in sensu composito concedo antecedens; in sensu diuiso nego antecedens; ergo nego consequentiam; Nam *ly* agendi significat participium actiua, *ly* patiendi passiua.

Contra est primò; Actio, & passio pendet à personis; sed participia non habent personas; ergo non possunt habere, neq; actionem, neq; passionem.

Respondetur distinguo maiorem, siue in recto, siue in obliquo concedo maiorem; in recto tantùm nego maiorem; sed distinguo minorem, participia non habent

Digitized by Google

bent personas, in recto tantùm concedo minorem; in obliquo, & in recto nego minorem; ergò nego consequentiam; Participia enim significant actionem modò in recto, vt magister verberans discipulos furit; modò in obliquo, vt magistrum verberaturum discipulos, nos timemus. Modò passionem in recto, vt magister honoratus à discipulis, gloriatur; modò in obliquo, vt magistrum honoratum à discipulis, omnes magnificant.

Contra est secundò; Persona semper debet esse in recto, & nunquam in obliquo: sed participia habèt personas in obliquo; ergò nunquam per talem personam poterunt significare actionem, & passionem, quia persona in obliquo non datur.

Respondetur, distinguo maiorem, quando est expressa concedo maiorem; quando est subintellecta nego maiorem; sed distinguo minorem, participia habent personas, in obliquo subintellectas, vt in recto concedo minorem; subintellectas, vt in obliquo nego minorem; ergò nego consequentiam; Nam quando participium est in obliquo habet personam subintellectam, siuè tacitam in recto per resolutionè, vt magistrum verberantem discipulos, omnes timent, ideſt qui verberat.

Dices contra illam particulam, *à verbo personali descendens*; Impersonalia habent participia; ergò non rectè dicitur à verbo personali descendens. Antecedens probatur: *penitens, penitendus, misens, pudens, pudendus*, &c. sunt participia; ergò impersonalia habent participia.

Respondetur nego antecedens, ad probationem dico, quòd *penitens, penitendus*, &c. non sunt participia, sed nomina.

Contra illud est participium, cui conuenit participij definitio: sed his participijs (quæ per vos sunt nomina) conuenit participij definitio; ergò sunt participia, & non nomina. Minor probatur; sunt par-

Digitized by Google

orationis declinabilis; habent tempora, nam *pœnitens* est temporis præsentis, & præteriti imperfecti, *pœnitendus* futuri; habent casus, quia declinantur per sex casus, & regunt casus, vt *pœnitens facti*; significant actionem, vt *pœnitens*, passionem, vt *pœnitendus*; ergò conuenit participij definitio: ergò sunt participia.

Respondetur primò; concedo maiorem, & nego minorem, ad probationem dico, quòd vtique est pars orationis, quia nomen; habet tempora eo modo, quo aliqua nomina; habet casus, quia nomen regit casus, sed vt nomen substantiuum, quod genitiuum substantiuum habere potest; si verò accusatiuum regat, vt apud Suetonium; *pertesum morum ignauiam*, figuratè se habet. Neque actionem, & passionem potest significare, cum actio, & passio dependeat à persona; cum ergò impersonale careat persona, caret quoq; actione, & passione.

Respondetur secundò; quòd *pœnitens*, *pœnituerus*, & *pœnitendus* prouenit à prisco verbo *pœnitevor* personale. *Pudens*, & *pudendus*, à prisco verbo *pudeor*. *Pigendus* à *pigeor*. *Pertesus*, à *tædeo* personali. *Exosus*, *perosus* à prisco verbo *odeo*, præterito *osus sum*, quæ tamen in vsu non sunt verba, sed tantùm eorum nomina.

Dicitur participium à parte, & capio; capit enim à nomine genera, & casus; à verbo tempus, & significationem; ab vtroque numerum, & figuram. A nomine genera, & casus, nam participium concordare debet in genere, & casu cum nomine, cui adiungitur. Capit à verbo tempora, quia participium nunc est temporis præsentis, nunc præteriti imperfecti, nunc præteriti perfecti, nunc plusquam perfecti, & nunc futuri, & significationes, quæ duæ sunt, actiua scilicet & passiua.

Non ijs quidem adhæreo, qui totidem tradidere participiorum significationes, quotum est verborum * genus, non aliter ac in participijs significatio idē

ipsis,

* *Gramm. error.*

Digitized by Google

ſit ac genus in verbis. Sumuntur quidem participia de verborum generibus, ſed diuertunt: relicto enim verborum genere, ac qualitate tanquam cortice quodam, vim tantùm, atque actiuitatem quandam, paſſiuitatemque formando traducunt. Verborum ſanè omnium quintuplex genus, at eorum ſignificatio omninò duplex. Nullum enim verbum eſt, vnde participia proficiſcuntur, quod ſignificationem habeat, vel actiuam, vel paſſiuam. Hanc igitur, relicto verborum genere participia inflectendo trahunt.

Capit ab vtroque numerum, & figuram, quia tàm verbum, quàm nomen habent numerum, & figuram; nam ſicut nomen, & verbum eſt numeri ſingularis, vel pluralis, figuræ ſimplicis, vel compoſitæ, ita participium numeri ſingularis, vel pluralis, & figuræ ſimplicis, vt legens, & compoſitæ, vt perlegens.

Participium inuentum eſt cauſa breuitatis, & ornatus; breuius, & ornatius eſt dicere: magiſtrum verberantem diſcipulos noſ ſalutamus, quàm dicere: magiſtrum, qui verberat.

Per participium omittuntur relatiua, vt magiſter legens, pro qui legit. Aduerbia, vt lectis tuis literis diſceſſi, poſtquam legi, & poſtquam literæ tuæ lectæ fuerunt à me. Coniunctiones, vt legens & ſcribo, pro legens ſcribo. Præpoſitiones, vt inter ambulandum, pro ambulans, & multa alia omittuntur, de quibus in participijs reſoluendis dicemus.

DE PARTICIPIORVM.

FORMATIONE.

TErminationes participiorum ſunt quatuor, in ns, vt amans, legens. *Rus*, vt amaturus. *Vs*, vt amatus,

Digitized by Google

ma, viſus, amplexus. *Dus*, vt amandus.

In *ns*, participium formatur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui, vt amabam, ſequebar, mutando *bam*, vel *bar* in *ns*, fit amans, ſequens.

Excipiuntur *eo*, & quæ eum ſuis compoſitis, quæ mutant *bam* in *ens*, vt ibam, iens, euntis. Transibam, transiens transeuntis. Quibam quiens. Nequibam nequiens fit. Ambiens verò facit genitiuum ambientis, non ambeuntis. & ſuperbiens ſuperbientis. Quòd autẽ nonnulli, inter quos Phocas, aſſerunt iens participiũ nuſquam reperiri, fallũtur illi quidem. Cic. ad Attic. lib. 10 *Iens in Pompeianum benè manè ſcripſi hæc*, & lib. 16. *Nonis Quintilibus veni in Puteolanum iens ad Brutum.*

Participium in *ns*, hæc habet vulgaria, *Amans, amante, lo quale ama, & amaua, amando, che ama, amauamentre ama, mentre amaua, à tempo, che ama, à tempo, che amaua*, &c.

In *rus* formatur à priori ſupino mutata *m*, in *rus*, vt doctum docturus, ſeruitum, ſeruiturus.

Excipe à notum noſciturus. Ignotum ignoſciturus. Ortum oriturus. Mortuus moriturus. Argutum arguiturus. Sputum ſpuiturus. Natum naſciturus. Rutũ ruiturus. Partum pariturus. Tutum tuiturus. Sonitum ſonaturus. Iratum iraturus.

Vulgaria ſunt v.g. Auxiliaturus, *quello il quale è per aiutare, ſarà per aiutare, mentre aiutarà, à tempo, che aiutarà, hà da aiutare, douendo*, &c.

In *vs*, in paſſiuis formatur à poſteriori ſupino addita *s*, vt amatu, viſu, aratu, fit amatus, viſus, aratus. In actiuis à primo ſupino mutata *m* in *s*, vt gauiſum, auxiliatum, miſertum, fit gauiſus, auxiliatus, miſertus.

Vulgaria ſunt in paſſiua ſignificatione, vt verberatus *quello, il quale è ſtato, & era ſtato battuto. Mentre fù, & era ſtato battuto. A tempo, che fù, & era ſtato bat-*

tuto.

...essendo stato battuto, Patiuto. In actiua, vt miser... ...quello il quale haue, & haueua hauuto compassione... ...ha hauuto, & haueua hauuto compassione. A tem... ...ebbe, & haueua hauuto compassione. Hauendo ...uto compassione,

...dus formatur à genitiuo participij præsentis ...ta tis in dus, vt amans amantis amandus. Vel ...ntio mutata s in dus, vt amans amandus, le... legendus. In tertia, & quarta coniugatione ...di pro endus veteres dixere, vt diuidendus, gerũ... ...experiundus, faciundus, & similia.

Vulgaria sunt, v.g. diligendus, *quello il quale sarà ...tuto, fatto d'amarsi, sarà per essere amato.*

Participium ante se non regit casum, sed eodem ...do iungitur nomini, pro nomini, & verbo, quo no... ...dicemus; post se verò admittit casum verbi, à ...descendit, vt *miserrimus est fortunæ egens inuidiæ.*

Participium triplex est, rectum, obliquum, & absolutum.

Rectum est quando eadem persona facit actum in participio, & in verbo. v.g. Io stando per aiutare l'amico hò trouato molte difficoltà. *Ego auxiliatus amico, multas inueni difficultates.* Il maestro dichiarãdo la lettione, batte li scolari. *Magister declarans lectionem, verberat discipulos.* Quando eadem persona patitur actum in participio, (vt in passiuis) & facit, siuè patitur actum in verbo, tunc etiam participium ponitur in casu recto, vt la donna hauendo da essere battuta dal marito, ride, *Mulier verberanda, a viro, ridet.* Li discepoli dopò, che furono discacciati dalla scola, furono disprezzati da tutti. *Discipuli expulsi a gymnasio, ab omnibus spreti fuere.*

Obliquum est quando vna persona facit actum in participio, siuè patitur (vt in passiuis) & altera facit actum in verbo, siuè patitur, & sequitur aliqua ex his particulis, *mi, ti, te, la, lo, ni, ne, vi, ve, li, le,* tunc participium ponitur in illo casu, in quo debet poni

...ali-

aliqua ex his particulis, vt il maeſtro dichiarando la lettione, li diſcepoli li domandano molte difficoltà. *Magiſtrum declarantem lectionem diſcipuli interrogant multas difficultates.* Io entrando in caſa mi s'è fatto incontro il ſeruo. *Mihi ingredienti domum occurrit ſeruus.* L'amici hauendo d'andare in Roma, Io l'hò compaſſione. *Amicorum profecturorum Romam ego miſereor.* Tu eſſendo ſtato battuto da tuo Padre, ſei ſtato fauorito da me. *Tibi verberato à tuo genitore, ego faui.* Tu hauendo hauuto miſericordia di poueri, tutti t'han lodato. *Te miſertum pauperum, omnes commendauere.*

Abſolutum (de quo peculiariter agemus) eſt quãdo vna perſona facit actum in participio, siuè patitur, (vt in paſſiuis) & altera in verbo, & nulla ſequitur ex ſupradictis particulis, vt il maeſtro dichiarando le regole, tutti taciono. *Magiſtro explicante regulas, omnes tacent.* Io hauendo d'hauere compaſſione de poueri, tu diuenterai deuoto. *Me miſerturo pauperum, tu euades deuotus.*

Deſcendunt ſanè participia ab omnibus generibus verborum perſonalium; ideò dicemus primò.

DE PARTICIPIIS ACTIVIS.

A Et actiuis duplicia ſiunt participia, vnum in *ns*, vt amans, videns, &c. vt hò visto il paggio, quale t'aſpettaua. *Vidi puerum te expectantem;* Alterum in *rus*, vt amaturus, viſurus, &c. vt Fabio, quale haueràda negoziare le mie facende, io lo ſodisfarò. *Fabio geſturo mea negotia, ego ſatisfaciam.* Mio figlio eſſendo per attẽdere alla filoſofia, hà biſogno de' libri. *Meus filius daturus operam philoſophiæ, eget libris.* Io andarò in Roma con animo di guadagnare il giubileo. *Ego ibo*

ibe Romam luciferaturus iubilæum.

Si verbum non habet supinum, caret participio in *us*, & tunc confugiendum est ad relativum, & futurum tempus, vel ad verbum similis, vuol scolaro, il quale imparerà à mẽte Virgilio, farà profitto. *Discipulus lectionem Virgilianam discet*, vel *discipulus mãdaturus memoriæ lectionem Virgilianam*, proficiet.

Carent autem supinis hæc, & alia *ambigo, compesco, cerno, disco, lambo, metuo, posco, respuo, silco, fugo, timeo, vrgeo.*

Sed si diceretur, io hò d'imparare la lettione, fit: *futurum est, vt ego discam lectionem.* Li giusti han da temere Dio. *Futurum est, vt iusti timeant Deum.*

Particula *senza* infinito præsenti iuncta fit participium, tàm rectum, quam obliquum, & illa particula *senza* fit non, vedo senza frequentare la scola, non posso diuentar dotto. *Ego non frequentans gymnasium, non possum euadere doctus.* Il pouero senza cercare l'elemosina, tu ce l'hai data. *Pauperi non quærenti eleemosinam, tu dedisti.* Sed si illa particula iuncta fuerit in infinito præteriti, non actiuus non fit participium, cum actiuum tali careat participio, sed resoluitur per cum ad præteritum imperfectum coniunctiui modi, vt li scolari senza hauere intesa la regola, sanno fare il latino. *Discipuli, cum non audierint regulam, sciunt effarmare dictatum.*

DE PARTICIPIIS PASSIVIS.

A Passiuis duplicia formantur participia vnum in *us*, vt amatus, visus &c. Vt la virtù la quale è stata disprezzata dall' inuidiosi è degna di lode. *Virtus inuidis, vel ab inuidis spreta, est laude digna.*

La lingua greca, la quale era stata abandonata da tutti, al presente molti la studiano. *Lingua græca omnibus fere neglecta, nunc plerique student.* Scritte le lettere, le consegnai al corriero. *Scriptas epistolas tradidi tabellario.* Alterum in *dus*, vt amandus, legendus, &c. vt le donne, che saranno salutate da te, io farò di baretta. *Mulieribus salutandis tibi, vel à te, aperiam caput.*

Participijs quidè in *us*, & in *dus* pro ablativo ipsidè datur dativus, vt Deo dilectus pro à Deo. Nulli cognitus. Vxor tibi ducenda. Præceptor mihi salutandus. Virg. *Nulla tuarum audita mihi, nec visa sororum.* Idem, *Præterea duo, nec tuta mihi valle reperta.*

Si verbum supini defectu præteriti temporis, participio carnerit, per relativum, & præteritum activi verbi resarcietur, vel per synonimum verbum, vt la lingua da te rafrenata non ti nocerà più. Lingua, quam compescuisti, non amplius tibi nocebit. Vel lingua à te frænata, vel coercita. Si agens non exprimitur, intelligitur aliquis, vel quid simile, vt il cane temuto è stato ammazzato da me. Canis, quem aliquis timuit, à me interemptus est.

Præteriti tèporis participij accusativus pro præsenti infiniti activæ significationis cum his verbis eleganter ponitur, *curo, volo, nolo, malo, cupio, & oportet.* Terent. in Andr. *Curabo inventum, & adductum tuum Panphilium*, ideſt inuenire, & adducere. Idem. *Egon' tuam expetam amicitiam, aut te visum, aut audiri velim*, ideſt te videre, aut audire. Nolo vllum detrimentum sibi allatum, pro afferre. Malim vos exornatos, quam oratos. Te servatum cupio magis, quàm perditum. Cic. *Ita tibi factum oportuit.* Terent. in Heaut. *Non oportuit relictas filiar.* Plaut. *Ancillam non oportuit missam.*

Ablativus verò præteriti participij cum opus est pro infinito præsentis temporis appositè ordinatur, vt apparecchia quel che bisogna apparecchiare.

Quod

Quod parato opus est, para. Quando bisogna tacere no gridi. Cum tacito opus est, clamas. Consulto opus est, ideſt consulere. Dicto opus fuit, ideſt dicere. Nec admittit post se casum, quale esset, mihi opus est allocuto amicos, conuento Cæsarem. Sed allocutis amicis, Cæsare conuento. Plaut. *Illis conuentis sæpè opus est mihi.* Casum tamen cum præpositione his apponere nihil prohibet. Terent. in Hecy. *In ortem transfuga mihi opus est.*

Quando relatiuum, qui, quæ, quod non cadit in nominatiuum non potest fieri participium, neque in *us*, neque in *dus*, vt le vesti spogliate, e da spogliarsi dal padre al figlio, tu le comprerai. Vestes, quibus spoliatus fuit, & spoliabitur a patre filius, tu emes. Sed de hoc agemus in participijs resoluendis.

Aliqui grammatici asseuerant, quòd quando participiũ *senza* infinito passiuo præsenti iungitur fit non, & infinitum participium præteritum, vt Titio è venuto qui senza esser pregato. Titius venit huc nõ rogatus. Tu piangi senza essere battuto. Tu ploras non verberatus. Noi facemo errore senza essere ripresi. Nos erramus non reprehensi. Pietro senza esser battuto, io l'hò discacciato da casa. Petrum non verberatum, ego expuli domo.

Sed quàm crassa Minerua laborant isti grammatici, nunc rationibus patefaciam, &

Primò, esser pregato, esser battuto, &c. importat tempus præsens, vt ipsum infinitum ostendit; ergò nõ potest fieri per participium in *us*, quod importat præteritum.

Secundò, si inueniretur hoc thema: Petrus non verberatus plorat, si explicandum esset per Italicum deberemus dicere: Pietro senza essere stato battuto piange; ergò &c.

Tertiò: si tale dictatum, Petrus non verberatus, deberet fieri per participium absolutum (vt accidit

* *Omnium fere Gramm. error.*

in his verbis, quæ supino carent) nullo modo posset in participium absolutum mutari, nisi dicendo : Nemine verberante Petrum ; ergò non potest fieri per participium in *us*.

Quartò: Si tale thema deberet resolui per cum, fit: Petrus cum non verberetur plorat, per præsens subiunctiui, & non per præteritum, ergò &c.

Quintò ; Participia passiua sunt duo vnum in *us*, quod significat tempus præteritum, & alterum in *dus* quod significat futurum, & habent participium præsens, defectu cuius ad præteritum recurrendum esset; ergò &c.

Quoties particula *senza*, ponitur ante præteritum infiniti passiui fit non, & illud præteritum fit participium, in *us*, tam rectum, quàm obliquum, vt Pietro senza essere stato chiamato è venuto. Petrus non vocatus venit. Li discepoli senza essere stati castigati, tu l'hai fauoriti. Discipulis non castigatis, tu fauisti. Le lettioni senza essere state dichiarate, Fráceſco le sà, Lectiones non declaratas Fráciſcus ſcit.

Eodem modo discurrendum est de participio in *dus*, vt l'amico senza, che hauerà da essere battuto piangerà Amicus non verberandus plorabit. Le regole senza, che haueranno da essere dichiarate, tu le studierai. Regulis non declarandis, tu studebis.

DE PARTICIPIIS NEVTRIS.

A Neutris duplicia descendunt participia, sicut ab actiuis, vt seruiens, & seruiturus actiuæ significationis, vt à quelli, che seruono, e seruiranno Dio, nessuna cosa potrà nocere. Seruientibus, & seruiturus Deo, nulla res poterit nocere. Nisi formentur à neu-

Digitized by Google

nibus significationis passiuæ, & vocis actiuæ, vt vapulo, vapulas, &c. vapulás, il quale è, vel era battuto. Vapulaturus, da essere battuto, che sarà battuto, &c. Il seruo, il quale è battuto, e che sarà battuto dal padrone, mai diuentarà migliore. Seruus vapulans, & vapulaturus à domino, nunquàm melior fiet. Tu stando essere battuto piangi. Tu non vapulans ploras. Imminentes vigilandus, carendus, dolendus, audendus, quæ vel nomina sunt, vel participia imitatione indigna. Sicut vigilatus, cuasus, discessus, obitus, interitus, exercitus, exoletus. Sed rarissimè vtendum est.

Excipe primò Neutra transitiua, quæ quatuor habẽt participia, vt arans, & araturus actiuæ significationis; aratus, & arandus passiuæ. Li massari, che arano, & araranno la terra, tu l'hai accusati al giudice. Rusticolas arantes, & araturos terram tu accusauisti coràm iudice. Nel stato dell'innocenza la terra, stando essere stata arata, portò frutto. In statu innocentiæ tellus non arata tulit fructum. Sed pransus, potus, cænatus, & iuratus actiuè, & passiuè significans, vt potus sum aquam, & aqua potus est à me.

Excipe secundò aliqua neutra, quæ triplicia habẽe participia, vt mœrens, mœstus, & mœsturus, gaudens, gauisus, & gauisurus, fidens, fisus, & fisurus, &c. Quelli li quali si rallegrano, si sono rallegrati, è si rallegraranno del bene d'altri Dio l'aiutarà. Gaudentibus, gauisis, & gauisuris bono aliorum Deus auxiliabitur, & hæc sunt.

Cum placeo, & pateo, tituboque, & gaudeo fido.
Audeo, cum soleo, assuesco, nubo atque quiesco.

Placens, placitus, & placiturus. Patens, passus à pateo passiuè, *& passurus. Tituans, tubatus, & tituraturus. Audens, ausus, & ausurus. Solens, solitus, & soliturus. Assuescens, assuetus, & assueturus. Nubens, nuptus, & nupturus. Quiescens, quietus, & quieturus.* Fio non habet fiens, nec fiendus, sed mutuatur *factus, & faciendus* à facior antiquo verbo. Sum habet *ens*, & non est in-

vsu apud grammaticos, sed eius loco vtuntur participio existens; est tamen in vsu apud logicos, & philosophos tanquam nomen. Futurus à fuo verbo antiquo. Composita à fum carent participijs, præter absum absens, præsum præsens. Potens nomen est, vt ait Diomedes.

Excipe tertiò neutra carentia supinis, quæ carent participijs in *rus*, simplex tantùm habent in *ns*, & sunt hæc, & alia *egeo, studeo, algeo, fulgeo, polleo, fleo, rudo, mico, ango, horreo, luo, tremo*, &c. vnde per relativum, & idem tempus resoluitur thema, vt l'amico, che studia, e studiarà grammatica diuentara buono. Amicus studens, & qui studebit grammaticæ euadet bonus.

Eodem modo discurrendum de particula *senza*, sicut in cæteris, vt tu senza studiare, non puoi diuentare saggio. Tu non studens, non potes euadere sapiés. Pietro senza seruire Dio, nessuno l'hà compassione. Petri non seruientis Deo, nemo miseretur. Tu senza essere battuto gridi. Tu non vapulans exclamas. Eodem modo quoque fit quando adest particula *con*, vt li poueri con studiare le leggi, nobilitano le famiglie. Pauperes studentes legibus, nobilitãt familias. Li discepoli con essere battuti dal maestro; io l'hò compassione. Discipulorum vapulantium à magistro, ego misereor.

Quando participium geminatur Italicè, non geminatur latinè, vt Io caminando, caminando dico l'officio. Ego ambulans recito officium.

Digitized by Google

DE PARTICIPIIS COMMVNIBVS.

A Communibus quatuor formantur participia, vt amplectens, & amplexurus significationis actiuæ. Amplectendus passiuæ. Amplexus actiuæ, & passiuæ. Abbraccio chi m'abbraccia. Me amplectentem amplector. Quelli, che esortano, hanno esortato, & esorteranno l'amico al studio, conuiene essere buoni. Hortantes, hortatos, & hortaturos amicum ad studium, decet esse bonos. Le leggi abbracciate, & che saranno abbracciate da tutti, si lodano. Legibus amplexis, & amplectendis à cunctis, laudes.

DE PARTICIPIIS DEPONENTIBVS.

A Deponentibus tria descendunt participia, vt miserens, misertus, & misericturus, auxilians, auxiliatus, & auxiliaturus, &c. actiuæ significationis, nisi veniant à verbis significationis passiuæ, vt ortor, lator, & similia. Vnum dat vescor, medeor, & reminiscor, quam tupidis deficiunt. Io ho compassione di chi ha compassione de poueri. Miserentis pauperum ego misereor. Francesco hauendo aiutato l'amici, è partito. Franciscus auxiliatus amicis discessit. Tu senza hauere imitato i docti hai fatto profitto. Tu non imitatus doctos profecisti. Pietro quando starà per morire l'apparirà l'inimico del genere humano. Petro morituro apparebit hostis humani generis. Tu con hauere

Digitized by Google

re abusato i miei fauori, io non ti posso fauorire. Tibi abuso meis fauoribus, ego non possum fauere.

Vsurpant authores participium in *dus* à deponentibus, vt sequendus, patiendus, fruendus, vtendus, imitandus, tuendus, vlciscendus, consolandus, obliuiscendus, insidiandus, detestandus, nascendus, quæ à iunioribus grammaticis nomina potius dicuntur, & per dignus, am exponuntur, vt li costumi degni d'essere imitati, si lodano. Mores imitandi laudantur, idest digni; quos imitari debemus.

Ab impersonalibus non fiunt participia (vt diximus) nam pœnitens, pœnitendus, pudens, pudendus, pigendus, libens, decens, & similia potius sunt nomina, sicut pertesus ignauiam, vel odius, osurus, exosus, perosus bellum. Tu vergognandoti ti sei fatto rosso. Tu pudens rubuisti. Io faccio cose da non pentirmene. Facio non pudenda. Di buona voglia mi parto. Libens discedo.

DE PARTICIPIIS ABSOLVTIS.

PArticipium dicitur absolutum, quia non regitur ab aliqua parte orationis, & ponitur absolutè in septimo casu, vnde

Participium absolutum est, quando vna persona facit actum, siue patitur actum in participio, & altera facit, siue patitur actum in verbo, & nulla ex supradictis particulis sequitur. Fit à participio in *us*, in *ens*, & in *us*, vt venendo l'amicitio patrino. Venientibus amicis, discedam. Al nascere del Sole, l'ammalato morì. Oriente Sole, ægrotus vitam cum morte mutauit. Hauendo li ricchi d'hauere misericordia

celli

delli poueri, quali fanno festa. *Diuersibus miserorum pauperum, quibus exultant.* Scritte le lettere venne il corriero. *Scriptis literis venit tabellarius.* Riscossi li denari, Pietro partì. *Exactis nummis, Petrus discessit.* Nato Carlo secondo, li Napolitani fecero festa. Nato Carolo Secundo, Parthenopæi exultauere. *In dus* participium absolutè nunquam ponitur, quod si dixero: legendosi Ouidio, li giouani imparano l'arte morale: legendo Ouidio, iuuenes discunt moralem. Frequentandosi i giuochi, li discepoli si diuertiscono dalle lettere. *Frequentandis ludis, discipuli literis abduuntur; gerúdia sunt, non participia, præsertim cum omni tempore careat, quod est primum in participio.* Quoties participium in *dus* absolutè datur, resolui tur, vt si legerim: Ouidius, si frequentabuncque ludi, vel cum legendus erit Ouidius, & cum frequentandi erunt ludi.

Si participium nó reperitur, resoluitur per verbū vt venuta l'està, molti s'ammalano. *Vbi, vel postquam venit æstas, multi ægrotant.* Partito il corriero, scrissi la lettera. *Postquam discessit tabellarius, scripsi epistolam.* Bandito Antonio da Vicchia, li nemici passeggiorno senza sospetto. *Vbi Antonius Pysterssij exulauit, inimici securi deambulauere.* Studiata la lettione, te ne mandarò à casa. *Vbi lectioni studueris, te domum remittam.*

A nominibus substantiuis leguntur etiam ablatiui absoluti, quibus subintelligitur, existente, vel existentibus, vt Ciceron Consule, Catilina damnatus fuit, idest existente consule. Essendo Rè Carlo secondo, il Regno stà in pace. Carolo Secundo Rege, Regnum quiescit. Essendo io figliuolo, in Oriente comparuere multa segni. *Me puero, in Oriente comparuere multa signa.* Essendo Consoli Marcello, & Hortensio, la Città fù in pace. Marcello, & Hortentio Consulibus, Ciuitas fuit in pace. Sic me duce. Me præceptore. Me inscio. Inuito patre. Inconsulto fratre. Salua honore, & id genus reliqua.

Q iij

Quòd participijs præteritis è verbis passiuis septimo in casu absolutis, etiam actiua significatione vti liceat, authorum patet exemplis. Tacit. lib. 13. *Vologesen cognitis Corbulonis rebus, Regemque alienigenam Armeniæ impositum diuersas ad res trahebant*, ideſt vbi cognouiſſet res Corbulonis. Plin. lib. 7. *Cato Censorius audito Carneade, quamprimum eius legatos censuit dimittendos*, ideſt cum audiſſet Carneadem. Il maeſtro hauendo letto le lettioni, ſi parti. Magiſter lectis lectionibus diſceſſit, ideſt cum legiſſet.

In participijs rectis, & obliquis multa diximus de particula *senza*, ſed nunc quoque de ipſa reſtat dicendum in abſolutis. Senza ſit *nemo neminis*. Quando iſta particula iungitur cum infinito paſſiuo præſenti ex verbis, quæ paſſiua fieri non poſſunt, ſit ipſum infinitū paſſiuum, participium in *us*, & abſolutè ponitur, concordatque cum illo, qui facit actum, talia ſunt verba neutra, & deponentia, vt Antonio senza eſſere ſeruito non può viuere. Antonius, nemine ei ſeruiente, non poteſt viuere. Li poueri senza eſſere miſericordiati, morono di fame. Pauperes, nemine eorum miſerente, fame pereunt. Sed notandum, quòd ſi non eſſet agens, particula *senza* ſit nemo; ſi adeſſet ſit non, vt Tu senza eſſere minacciato da tuo padre, piangi. Tu, tuo patre non minante tibi, plorabis. Il ſtudio senza eſſere ſequito, non apporta honore. Studium, nemine ſequente illud, non affert honorem.

Quando verba habent participium in *us*, & datur cum particula *senza*, cum infinito præterito, ſit, vt ſupra diximus, ſed illa ſignificatio paſſiua vertitur in actiuam iuxtà verbi naturam, vt l'amico senza eſſere ſtato aiutato hà ottenuto il ſuo deſiderio. Amicus, nemine auxiliato ei, potitus fuit ſuo voto. Tuo fratello senza eſſere ſtato perſequitato da te, fugge. Tuus frater, te non perſequente eum, fugit. Sed ſi tale participium non reperitur, vt accidit in neutris, tale tempus infinitum præteritum poſt particulam *senza*,

ex

ex passiua significatione resoluitur per cum, ad præteritum coniunctiuum, vt il maestro senza essere stato vbedito dalli discepoli, s'adirò. Magister, cum discipuli ei non obedierint, iratus fuit. La lettione senza essere stata studiata da Francesco, l'hà dichiarata. Lectionem, cum ei non studuerit Franciscus, declarauit. Tu senza essere stato fauorito, hai superato ogni difficultà Tu, cum nemo tibi fauerit, superauisti omnem difficultatem.

Particula *senza*, iuncta cum præterito pluſquam perfecto infiniti actiui, vel passiui, si adest nomen, fit participium absolutum cum participio in *us*, vt tu sei venuto in schola senza hauere copiato le lettioni, Tu veniſti in gymnasium non exaratis lectionibus, Francesco torna dalla massaria senza essere stati raccolti i frutti. Franciscus redit rure non collectis fructibus. Sed si non adest nomen resoluitur per cum, ad præteritum coniunctiuum, vt senza hauere frequentato la scola, sà molto. Cum non frequentaueris scholam, multum scit.

DE PARTICIPIIS RESOLVENDIS.

SI aliquod thema occurrat, quod vel non libeat, vel nequeat fieri participium, tunc tale est resoluendum.

Participium tribus de cauſis non potest fieri, sed resoluitur; primò quando verbum caret supino; Secundò quando relatiuum non potest stare in nominatiuo; & tertiò, quando non adest tale participium.

Quando verbum caret supino, caret participio in *us*, in actiua significatione, & resoluitur per relatiuum, *qui, qua, quod*, vt tu, il quale hami, e temerai il mae-

mucchio farai profetes. Tu timeas, & qui timebis præceptorem, proficies. Li scolari, che studiaranno logica, io li lodarò. Discipulos, qui studebunt logicæ, ego commendabo.

In significatione passiua caret participio in us, resoluitur in actiuam, vt la morte temuta, e da temersi da giustisio la desidero. Mortem, quam timuerunt, & timebunt iusti, ego desidero. Le scienze imparate, & da imparasi da dotti, tu le studierai. Scientijs, quas didicerunt, & discent docti, tu studebis.

Quando relatiuum non potest stare in nominatiuo, resoluitur, quod contingit in quinque verbis passiuorum in tertio ordine (vt in supinis diximus,) in quarto, & quinto passiuorum ordine, vt tu ringratiato, & da essere ringratiato da me, sarai seruito da tutti. Tibi, cui actæ fuit, & agentur gratiæ à me, seruietur ab omnibus. La grammatica insegnata, & da essere insegnata, noi la esortamo à Francesco. Ad grammaticam, quam aliquis doctus est, & docebitur, nos hortamur Franciscum. Le legna caricate, e che haueranno da essere caricati al mulo dal mulettiero, tu le comprerai. Ligna quibus oneratus est, & onerabitur mulus à mulione, tu emes.

Quando non adest tale participium, resoluitur, vt accidit in neutris, & deponentibus per significationē passiuam, vt l'obedito, seruito, & fauorito, sarà compassionato. Illius, cui aliquis obediuit, seruiuit, & fauit, aliquis miserebitur. Vel per impersonale passiuæ vocis, Illius, cui obeditum est, seruitum est, & fautū est, aliquis miserebitur. Della filosofia studiata, & da essere studiata dal seruito, obedito, tu ne sai vna parte. Philosophiæ, cui studuit, & studebit, ille, cui aliquis seruiuit, & obediuit, tu scis partem. La lettione studiata dal battente battuto, il battuto battere la dichiara. Lectionem, cui studuit ille à quo vapulat, qui vapulauit, ille qui vapulauit ab illo, à quo aliquis vapulata explicabit. Il rallegrato dal ralle-

grau-

gratiato, e l'attriſtato dall'attriſtante non può eſſere imitato. Illum, qui gaudet, & illum, qui mœſtus eſt illo, quo aliquis gaudet, & illum, qui mœſtus eſt illo, quo aliquis mœret, nemo poteſt imitari. Il miſericordiato, e da miſericordiarſi, le lettioni ſcordate, e da ſcordarſi ſtudia. Ille cuius aliquis miſertus eſt, & miſerebimur lectionibus, quarum aliquis oblitus eſt, & oblivisceretur ſtudet, L'accarezzato, perſequitato, & imitato non ſi può fauorire. Illi, cui blanditus eſt, quem perſequutus eſt, & quem imitatus eſt aliquis, nemo poteſt fauere, vel ſinceſciuto, e pentito dal rincreſcente, noi abbracciamo. Illum, cuius piguit, & pœnituit illum, quem alicuius piget, nos amplectimur.

Vox ſimplex gerundij *in do* (quod *gerundium Italicum* vocant,) vt amando, inſegnando, &c. reſoluitur, quando non ſit participium, tùm præſens tùm præteritum imperfectum coniunctiuum, vt in verborum coniugatione patet, atque ideò per alterutrum tempus reſolutio fieri poteſt, iuxtà exigentiam verbi finiti. Cum enim verbum finitum eſt præſens, vel futurum, reſoluitur per præſens coniunctiuum, vt i ſoldati Italiani andando alla guerra, hanno neceſſariamente vittoria. Milites Itali cum eant bellum habent neceſſariò victoriam. Io ſtudiando grammatica, ſtudiarò logica. Ego cum ſtudeam grammaticæ, ſtudebo logicæ. At ſi verbum finitum iunctum eidem gerundio Italico, ſiue participio, erit præteriti imperfecti, perfecti remoti, vel propinqui, & pluſquam imperfecti temporis, tunc reſoluitur per præteritum imperfectum ad coniunctiuum, vt Io ſtudiando, faceua profitto, feci profitto, hò fatto profitto, haueua fatto profitto. Ego cum ſtuderem, proficiebam, profeci, & profeceram.

Vox gerundij Italici iuncta ſupino, vt hauendo ſtudiato, hauendo letto &c. ſit cum ſtuduerim, cum legerem, cum ſtuduiſſem, cum legiſſem per præteritū perfectum, & pluſquam imperfectum coniunctiuum,

ad

ad exigentiam verbi finiti, quòd ſi erit præſens reſoluitur per perfectum coniunctiuum, vt Io hauendo ſtudiato molte ſcienze, adeſſo non fatico. Ego cum ſtuduerim multis ſcientijs, nunc non laboro. Sic quoque ſi erit verbum finitum futurum, vt hauendo Pietro veciſo l'Inimico, tarà penitenza. Cum Petrus occiderit inimicum, aget pœnitentiam. Si ſecundum vulgare imperfecti coniunctiui erit verbum finitum, reſoluitur per idem tempus, tu hauendo ſtudiato, douereſti ripoſarti. Tu cum ſtudueris, deberes quieſcere. Si verò verbum finitum eſt præteritum pluſquam perfectum propinquum, reſoluitur per idem tempus, vt tu hauendo ſtudiato la grammatica, hai abbandonato la ſcola. Tu cum ſtudueris grammaticæ, deſeruiſti ſcholæ. Attamen ſi verbũ finitum erit præteritum imperfectum indicatiui, reſoluitur per pluſquã imperfectum coniunctiui, vt Io hauendo imitato li dotti, menaua vita tranquilla. Ego cum imitatus fuiſſem doctos, ducebam vitam tranquillam. Si verbum finitum eſt perfectum remotum per idem tempus, vt tuo padre hauendo letto la lettera, ſcriſſe. Tuus pater cum legiſſet epiſtolam, ſcripſit. Si verò verbum finitum erit præteritum pluſquam perfectũ indicatiui per idem tempus, vt Pietro hauendo preſo l'habito, haueua mutato vita. Petrus cum ſuſcepiſſet habitum, mutauerat vitam.

Si illud, quod ſignificatur per vocem gerundij in *do*, eſt aliquod perpetuum, vel non adhuc terminatũ, verbum finitum ſit cuiuſcumque temporis, poteſt reſolui per præſens, vt eſſendo Dio miſericordioſo, nõ deui tu diſperare del perdono de tuoi peccati. Cum ſit Deus miſericors, non debes deſperare veniam tuorum peccatorum. Commandando Carlo ſecondo l'eſercito Spagnolo, non hà temuto l'inimico. Cum Carolus ſecundus imperet exercitui Hiſpano, non timuit hoſtem.

Denique participium in *ns*, reſoluitur per relatiuum.

tiuum. Per gerundium Italicum, resoluitur per cum. Participium in *rus*, quando datur, per relatiuum, quoque resoluitur; Si verò cum particula *per*, per vt; Cum alijs vulgaribus, iuxtà verbi finiti exigentiam. Participium in *us*, vel per relatiuum, vel per cum iuxtà verbi finiti exigentiam. Participium in *dus*, vel per relatiuum, vel per cum iuxtà verbi finiti exigentiam.

Absolutum in *ns* resoluitur per cum, dum, donec, quando, vel quia, vt tonante cælo, imminet pluuia, ideſt cum, vel dum tonabat, vel tonaret. Decedente præceptore è ludo, discipuli otiantur, ideſt quando decidit, vel quia decedit. In *us* resoluitur per cum, vel vbi, vel postquam, & præteritum perfectum indicatiui, vt expugnata Tunete ab Imperatore, viginti millia Christianorum libertate donata fuerunt, ideſt cum, vel vbi, vel postquam expugnata fuit. In *rus* per cum hoc modo, vt præceptore Scipionem verberaturo, tu tibi ipsi conscius te indè subduxisti, ideſt cum verberaturus esset, vel erat.

DE NOMINIBVS PARTICIPALIBVS.

NOminum participalium triplex est natura, alia ornatum quemdam, habitumque significant, cuiusmodi: *Pileatus. Ocreatus. Galeatus. Clypeatus. Peltatus. Hastatus. Scutatus. Comatus. Penulatus. Personatus, & larvatus. Loricatus. Anubatus. Togatus. Soleatus. Crispatus. Pullatus, &c.* quæ cum à nomine proficiscantur, & casus verborum minimè regant, nomina sunt; Participalia verò dicuntur, non parua his cum participijs inter eadem affinitate.

Alia

Digitized by Google

Alia sunt à nomine, nec à verbo fiunt participijs eamen ipsis quàm proximè accedunt, qualia *frequens, prudens, sapiens*, &c.

Tertium genus est eorum nominum, quæ deposita verbi natura, formam tamen, terminationemque semper, ac significationem participiorum ferè sibi retinent: atque cum è participijs quidem ipsis in nomina transeant, meritò participialia dicuntur. Ea autem sunt bifariam, constructione, & temporis amissione.

Constructione, & in primis transitiua, quando suorum verborum non habent casus, vt *amans pietatis. Patiens laboris. Tolerans inedia. Timens Dei. Obseruans legis. Doctus litterarum. Fugiens litium. Sui profusus, alieni appetens. Cupiens liberorum*, &c.

Temporis amissione, vt *diligens* pro elegante. *Doctus* pro perito. *Apertus* pro claro. *Consultus* pro prudente. Et quæ in *dus* terminata per digressionem exponuntur. Cic. ad Lentul. *Huc accessit commemoranda quædam Cæsaris liberalitas*, id est commemoratu digna. Plin. epist. lib. 6. *Equidem beatos puto, quibus datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda*, id est aut facere digna scriptu, aut scribere digna lectu.

Quòd dicitur participia transire in nomina compositione, cum componantur cum dictionibus quibus cum sua ipsorum verba componi non possunt, falsum est. Primùm, quia nihil prohibet quominùs participia componantur per se, etiam priùs non composito verbo. Secundum, quia etiam per se composita cum structuram suorum verborum, ac naturam seruent, cur participia non existant? Terent. in Andr. *Feci hodie, vt fierent inspirante hac, atque inuita Pamphilo.* Horat. 3. carm. *Dicam insigne recens indictum ore alio.* Tacit. lib. 5. *Nobis pleraque occurrunt ob aliis incelebrata.* Gell. lib. 9. *Homo sane pleraque alia non indoctus.* M. Cato apud eundem lib. 13. *Decem hominibus vitam eripis indicta causa, iniudicatis, indemnatis.* Hæc omnia

participia sint, & nemo tamen authorum dicit, inspiro pro non spero, nec indico pro non dico; nec indelebro, indoceo, inindico, indemno. Quare nullo pacto ideirco compositione per se participium in nomen transire potest.

Quod itidem dicitur à plenaque mutatione significati participia fieri nomina, supervacaneum videtur. Quippe cum sub temporis amissione comprehendatur. Quid enim aliud est amittere tempus, quàm mutare significatum? Tempus enim est accidens, vsque illud participio ex sua natura insitum, atque innatum, vel eò amisso, statim significationem mutare necessum sit.

Quòd denique aiunt comparatione participia fieri nomina, vt patiens laboris, prorsus ridiculum est, nó participia, ideò fiunt nomina, quia indè formantur comparativa, & superlativa, sed è contra. Ideò comparativa, & superlativa indè formantur, quia ea iam facta sunt nomina constructione. Dicimus enim amans virtutis, & amans virtutem; illud nomen, hoc participium, sed illud iam nomen est nullo etiam indè formato, vel comparativo, vel superlativo. Cicer. lib. 3. de natura Deorum. *Canum tam fidâ custodiâ, tam amans dominorum.* Nemo autem dicit amantior virtutem, amantissimus bonos, sed amantior virtutis, amantissimus bonorum. Columell. lib. 1. *Quis famulus amantior domini?* Plin. *Est homo eximius, & bonorum amantissimus.*

DE COMPARATIVIS.

COmparativum est nomen, quo in qualitate, vel quantitate quis alteri præfertur, & æquè significat, ac magis, & positivum, vt *fortior*, idest magis fortis.

Digitized by Google

Dicitur à comparo, as, vnde oritur comparatio, quæ est rei ad rem collatio, quæ in qualitate, vel quantitate aliquod alteri præponitur.

Comparationis gradus tres numerantur, positiuus, comparatiuus, & superlatiuus. Positiuus est vox qualitatem, vel quantitatem significans, comparatiuis, & superlatiuis formandis accomodata. Comparatiuus est nomen, quo in qualitate, vel quantitate quis alteri præfertur, & æquè significat, ac magis. Superlatiuus est nomen, quo vel aliquod ad plures sui generis comparatum cæteris omnibus antecellit, vt Cicero fuit Romanorum eloquentissimus, vel absolutè prolatum significat quantum positiuum suum cum maximè, vt doctissimus, ideſt maximè doctus.

Bonæ comparationis conditiones quinque sunt; prima est, res comparata, quæ dicitur primus terminus; secunda, res cui comparetur; tertia accidens cõparabile; quarta, quod accidens communicetur cum vtroque termino; quinta verò, quòd prior terminus superet alterum. E.g. Sol est Luna splendidior. Sol est res comparata, ly Luna est res, cui comparatur, splendor est accidens comparabile, tale accidens communicatur Soli, & Lunæ, & Sol superat Lunam in splendore.

Obijcies: Valet dicere, Franciscus est minor Antonio: Sed tunc Franciscus, qui est primus terminus, quia minor est, superatur à secundo: ergò falsum est primum terminum in comparatiuo superare minorem, seù secundum.

Respondetur: nego minorem; quia excessus primi termini supra secundum stat indifferenter, & cadit tàm suprà maioritatem, quàm minoritatem, excedit etenim Franciscus in minoritate Antonium, vnde validè omnia procedunt.

Comparatiuum inuentum est gratia breuitatis, & ornatus; breuius enim, & ornatius est dicere, sapientior, quàm magis sapiens.

Com-

Digitized by Google

Comparatiua formantur à positiuis, quorum quatitas, vel quantitas intendi, vel minui potest, & quorum primus casus in *i* definit addita *or*, vt sancti sanctior, docti doctior, facili facilior, prudenti prudentior, &c. & sunt generis communis, & cum mutatur *i*, in *us*, vt sanctius, doctius, facilius, prudentius, &c. faciunt neutrum. Sic quoque comparatiua, tùm syllabis, tum significatione superant positiuum.

A comparatiuorum voce neutri generis fiunt cõparatiua diminutiua in *culus*, vt maius maiusculus, un poco più grande. Doctiusculus, tardiusculus, duriusculus, breuiusculus, longiusculus, &c. Vt meus equus est nigriusculus tuo, & lapsus, quàm tuus. Et non significat minus comparatiuo, sed per vocem diminutiuam resoluitur, vt maiusculus, idest paulò maior. Poco più grande.

Comparatiua deducuntur à quatuor partibus orationis, scilicet à nominibus adiectiuis, à prapositionibus, ab aduerbijs, & à participijs, quæ tunc in nomen transeunt.

A nominibus adiectiuis omnibus deducuntur comparatiua, quorum accidens augeri, vel minui potest, vt niger nigrior, albus albior, pulcher pulchrior, brevis brevior, longus longior, &c.

Obijcies: Illa nomina adiectiua, quorum accidens potest augeri, & minui, possunt formare comparatiuũ: sed dantur multa nomina adiectiua, quorum accidens potest augeri, & minui, & non possunt formare comparatiuum: ergò vel falsum est, quòd illa nomina, quorum accidens potest augeri, vel minui possunt formare comparatiuum, vel talia nomina debent formare. Minor probatur: pius, egregius, tenuis, &c. sunt nomina adiectiua, quorum accidens potest augeri, & minui; nam maior pietas, egregeitas, tenuitas &c. potest esse in vno, quàm in altero, & tamen non formant comparatiuum: ergò dantur multa nomina, quorum accidens potest augeri, & minui, & tamen non for-

Digitized by Google

mant comparatiuum. Vltima pars antecedentis probatur: non possumus dicere, pijor, egregior, tenuior &c. ergò non formant comparatiuum. Antecedens probatur: non inueniuntur apud probatos authores: ergò non formant comparatiuum.

Respondetur. Plerique grammatici bonæ notæ, sed hi satis scrupulosi contendunt non posse formari comparatiua à nominibus adiectiuis habentibus vnam vocalem ante alteram in vltimis syllabis, cuius modi sunt. Pius assiduus, strenuus, egregius, exiguus, arduus, tenuis, industrius, idoneus, &c. huius farinæ nomina. Sumunt illi authores aduerbium magis, & complent vim comparatiui, & in superlatiuo vtuntur aduerbio maximè, vt magis pius maximè pius, magis assiduus, maximè assiduus. At horum sententia nimis scrupulosa est, re ipsa itaque primò his authoritatibus, secundò rationibus.

Varr. *ita sunt assiduiores.* Cato. *Quod iter longius, arduusque erat.* Idem. *Imperatòr exercitum meliorem, industriorem facit.* Idem. *Quantoque suam vitam superiorem, ampliorem, atque antiquiorem animum inducent esse, quàm innoxiorem.* Lucill. *Vilicus paulò strenuior, si euasset.* Si hæ authoritates non sufficiunt, quia sapiũt antiquitatem, & rancidæ sunt, non subterfugient rationes, &

Primò: Nam suprà dictorum nominum quantitas, & qualitas potest intendi, & minui: ergò possunt formare comparatiuum. Antecedens probatur: maior pietas, exiguitas, tenuitas, &c. potest esse in vno, quàm in altero: ergò eorum quantitas, & qualitas potest intendi, & minui: ergò &c.

Secundò: superadicta nomina formant superlatiuum: ergò possunt formare comparatiuum. Antecedens probatur: dicimus pijssimus exiguissimus: ergò formant superlatiuum. Prima consequentia probatur: nõ potest assignari maior ratio de formando superlatiuo, ac de comparatiuo: ergò si formant superlatiuum, pos-

possunt quoque formare comparatiuum.

Dices: Comparatiuum debet superare suum positiuum non tantum in significatione, sed etiam in syllabis: sed pius si faceret comparatiuum, non superaret comparatiuum in syllabis: ergò non potest formare comparatiuum. Minor probatur: Pius, quod est positiuum duas syllabas habet, ac haberet comparatiuū pior: ergò si superaret comparatiuum quò ad significationem, non superaret tamen quò ad syllabas.

Respondetur concedo maiorem, & nego minorem; ad cuius probationem nego antecedens; nam comparatiuum facit pijor, & sic superat positiuum quò ad syllabas; Præterquàmquòd hæc ratio, quam adducunt nihil probat, nam comparatiuum maior habet positiuum magnus, peior malus, minor paruus, minus parum, & plus multum, quamuis anomala sint, & tamen eorum comparatiua non superant positiua quò ad syllabas: Igitur hoc, & alijs comparatiuis ex nominibus supra allatis vti poterimus absque censuræ nota; Attamen si melioris, suauioris, & egregioris sonā causa ad aures grammatistarum oblectandas, vti quis voluerit resolutione cum aduerbio magis pro comparatiuo, vt magis pius, magis noxius, &c. vtique non improbamus.

Composita à facio, dico, volo, & loquor in *entior* formant comparatiua, vt *beneficus beneficentior*, *maleficus maleficentior*, *magnificus magnificentior*, *benedicus benedicentior*, *maledicus maledicentior*, *beneuolus beneuolentior*, *maleuolus maleuolentior*, *magniloquus magniloquentior*, *grandiloquens grandiloquentior*, & sunt nomina adiectiua, dum formant comparatiuum, non verò participia, vt properàm Laurentius affirmit.

Probatur, participia significant tempus, & regunt casus: sed hæc positiua non significant tempus; & casus non regunt; ergò non sunt participia. Maior est certa. Minor patet.

Primò ex dictis sequitur comparatiua non forma-

* *Laurentii error.*

Digitized by Google

ri à nominibus propriis, quia eorum significatio non potest intendi,& minui,vt Petrus Petrior, Fraciscus Franciscior,&c. sed resoluuntur per aduerbium magis,vt tu sei più Francesco, che Paulo. Tu es magis Franciscus,quàm Paulus.

Obijcies. A nominibus propriis formantur comparatiua: ergò falsum est non formari. Antecedens probatur: *Nero, Ganimedes*, &c. sunt nomina propria, & formant comparatiua: ergò à nominibus proprijs formantur comparatiua. Antecedens probatur; nam dicimus *Neronior, Ganimedior*,&c. ergò &c.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationem nego etiam antecedens, ad probationem eius distinguo antecedens, abusiuè concedo antecedēs; propriè nego antecedens; Nam cum dicimus, *Neronior, Ganimedior* abutimur comparatiuo descendente à nomine adiectiuo,& vtimur comparatiuo veniente à nomine proprio,vt per illud explicemus comparatiuum veniente à positiuo, adiectiuo. *Neronior* enim significat crudelior,ex eo,quia Nero crudelis homo fuit. *Ganimedior* significat pulchrior, quia fuit puer pulcher.

Secundò. Non formantur à nominibus patriæ, Ciuitatis,&c. vt *Romanus, Siculus, Neapolitanus, Hispanus, Gallus, Germanus, Calaber, Appulus*, &c. Sed resoluuntur per magis,vt tu sei più Napolitano, che Calabrese. Tu es magis Neapolitanus,quàm Calaber.

Obijcies. *Pænus* est nomen significans patriam, seù Ciuitatem, & format comparatiuum; nam dicitur *Pænior*; ergò falsum est nomina patriæ, Ciuitatis,&c. comparatiua non formare.

Respondetur. Abusiuè se habere hoc comparatiuū; nàm ponitur pro comparatiuo proueniente à suo positiuo, *Pænior* enim significat crudelior. Eodem ferè modò dicitur de pronominibus,vt *ipsior*, nam significat similior.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò. Non formantur à nominibus sectæ, vt *Aristotelicus, Platonicus, Epicureus, Galenicus, Chymicus, Neotericus, Christianus, Lutheranus, &c.* Sed reso luuntur, vt Io sono più Epicureo, che Aristotelico. Ego sum magis Epicureus, quàm Aristotelicus. Tu sei più Christiano, che Luterano. Tu es magis Christianus, quàm Lucheranus; licet Christianus faciat Christianissimus.

Quartò. Non formantur à nominibus appellatiuis, sed resoluuntur, vt mi pare più mare, che fiume. Mihi videtur magis pontus, quàm flumen.

Obijcies. Lapis nomen appellatiuum format comparatiuum, nam dicitur *lapidior*; ergò appellatiua formant comparatiua.

Respondetur, nego antecedens; nam abusiuè se habet, *lapidior* enim significat durior.

Contra. Dis ditis, diuitiarum Deus format ditior, Diues diuitior, Iuuenis iunior, Adolescens adolescentior, Senis senior, pauper pauperior, frugi frugalior: sed hæc sunt nomina appellatiua, & propriè, & non abusiuè habent comparatiua; ergò &c.

Respondetur. Concedo maiorem, & nego minorē; nam hæc nomina appellatiua abusiuè sunt comparatiua, cum potius significent nomina adiectiua, quàm appellatiua; sunt enim generis omnis, seù communis trium. v. g. pater pauper, mater pauper, mancipium pauper.

Quintò. Non formantur à nominibus, quæ materiā significant, vt *aureus, argenteus, stanneus, ferreus, Plumbeus, lapideus, ligneus, &c.* vt quest' Anello pare più di ferro, che d'acciaio. Hic annulus videtur magis ferreus, quàm chalybeus.

Sextò. Non formantur à nominibus compositis ex inbstātiuis, vt sunt *magnanimus, pusillanimus, equester, pedester, immemor, particeps, bilinguis, &c.* Vt tu sei più pusillanimo d'vna lepre. Tu es magis pusillanimus, quàm lepus.

Digitized by Google

A nominibus desinentibus in *dus*, *vt legendus*, *audiendus*, *amandus*, *vagabundus*, *errabundus*, &c. vt è historia più degna di sentirsi, che di leggersi. Est historia magis audienda, quàm legenda.

Neque a nominibus desinentibus **in *osus***, vt *frondosus*, *ramosus*, *vinosus*.

Neque à nominibus diminutiuis, vt **tenellus**, **misellus**, &c. sed omnia per magis resoluuntur, & quã plurima alia, quæ breuitatis gratia, omittimus, non formant comparatiuum; Generalis tamen regula, quæ assignari potest, est quòd nomina adiectiua, quæ originem habent à nominibus substantiuis, non formant comparatiuum.

Nomina ordinalia, vt sunt *primus*, *secundus*, *tertius*, *quartus*, *quintus*, &c.

Pronomina, vt *meus*, *tuus*, *noster*, *vester*, *ille*, &c. vt tu sei più secondo, che terzo. Tu es magis secundus, quã tertius. Questo palazzo è più mio, che tuo. Hoc palatium est magis meum, quàm tuum.

Sunt multa nomina, quæ non formant comparatiuum, quæ omnia velle recensere, esset magis laboriosum, quam tædiosum; poterunt tyrones exercitio variorum authorum addiscere.

Præpositiones, quorum accidens potest intendi, & minui formant comparatiua *ra* in *er* mutantes, & accipientes *or*, vt *infra inferior*, *intra interior*, *ante anterior*, *propè propior*, *citra citerior*, *vltra vlterior*, *pridem prior*, *extra exterior*, *post verò posterior*.

Attamen melius dicerem comparatiua non formari à præpositionibus, sed à nominibus antiquis, vt *exterior ab exter*, *extera exterum*. *Posterior à poster*, *postera posterum*. *Inferior ab infer*, *infera*, *inferum*. *Superior à super*, *supera*, *superum*. *Interior ab inter*, *intera interũ*. *Citerior a citer*, *citera*, *citerum*.

Aduerbia faciunt comparatiua, vt *diù diutius*. *Sæpè sæpius*. *Aptè aptius*. *Benigne benignius*. *Indoctè indoctius*. *Sanctè sanctius*. *Libenter libentius*. *Multum plus*. *Parum*

Digitized by Google

minus. Citò citius. Serò serius. Penitior non prouenit ab aduerbio *penitus*, sed à nomine antiquo, *penitus, penitia, penitum.*

* Participia non formant comparatiua; nam si amatior deriuaretur ab eo, quod est, *Amans Deum*; dici posset, ego tum amantior Deum, quàm tu, quia comparatiuum potest habere casum sui positiui, quod quia non dicimus, sed potius, sum amantior Dei, quã tu, cum fiat deriuatum ab eo, quod est amans Dei, idest à participio facto nomine, vt *amans amantior, potens potentior, eloquens eloquentior, diligens diligentior, patiens patientior, abundans abundantior, &c.*

Deterior non formatur à verbo, quia non formatur à detero, quod significat diminuo, sed à nomine antiquo, *deter, detera, deterum*, quod significat minus bonum.

Potior nec formatur à verbo potior, potiris vt * perperam Priscianus asserit; nec à verbo possum, potes, sed à nomine *potis, & pote.*

Omnis comparatio duplex est vna propria, altera impropria; propria est inqua excessum, & excedens conueniunt in qualitate, vt aurum est plumbo grauius; grauedo enim vtrique conuenit. Impropria, vel abusiua, inqua, vel qualitas excedenti tantùm conuenit, vt Angelus est Dæmone fœlicior, cum Angelus fœlix sit, dæmon autem nequaquam, vel nec excedenti, nec excesso quadrat, & tunc comparatiuum pro contrario capitur cum aduerbio minus, vt melius est amittere rem, quàm famam, idest minus malum.

Abusio in comparatiuis fit quadrifariam, constructione, formatione, comparatione, & significatione. Constructione, si genitiuum habet more græcorum, qui ablatiuo carent, & tunc partitiue se habet, vt tu es aliorum facetior. Formatione, cum à substantiuis, & pronominibus formatur, vt *Neronior, Ganimedior,*

Ci-

* *Prisciani error.* * *Gramm. error.*

Digitized by Google

Ciceronior, lapidior, panior, ipsior, vt nullus est me Pœnus pœnior. Comparatione, cum extrema sunt diuersarum qualitatum, vt nix est coruo albior. Pluma ferro leuior. Seneca de vita: *Exigo à me, vt non optimis parsim, sed vt malis melior*. Significatione, cum comparatiuum nihil plus, aut minus significat, atque positiuum, vel simpliciter pro positiuo ponitur, vt *doctior pro doctus, ineptior pro ineptus*, vel comparatiuæ particulæ illi adiunguntur, vt plus celerior, pro plus celer, magis lepidior, pro magis lepidus.

Comparatiuum construitur ante se nullo casu, sed concordat cum præcedenti, post se ablatiuum purum regit. Si fiat comparatio ad vnum generis eiusdem, vt dextera est sinistra agilior. Cicero fuit Hortentio facundior; Ad vnum generis diuersi, vt Tygris est homine velocior. Tuus filius est lepore formidoloſior. Et ad plura non tantùm generis di-
* uersi, (est contra Vallam) sed etiam sui, vt Itali sunt Hispanis callidiores. Ouid. *Tanto formosis formosior omnibus Herse*. Ad plura autem generis eiusdem superlatiuo vtendum est, vt infrà dicemus.

Obijcies primò. Valet dicere; *Maior horum est charitas*; ergò non tantùm regit ablatiuum, sed etiam regere potest genitiuum.

Respondetur primò, concedo totum argumentum, & dico, quòd quando habet genitiuum, est comparatiuum græcorum, quos plerumque latini imitantur, & partitiuè se habet, & sic habere potest omnes casus partitiui, scilicet genitiuum plurálem, accusatiuum cum præpositione inter, & ablatiuũ cum præpositione *ex*, vel *de*, vt oculorum, inter oculos, ex oculis, de oculis, dexter est lucidior. Vel respondetur secundò melius.

Respondetur secundò melius. Cõcedo totum argumentum; Nam post comparatiuum subintelligitur casus

* *Valla error.*

lus ablatiuus incluſus, vt manuum, vel ex manibus, vel inter manus dextera eſt fortior, & ſubintelligitur, ſiniſtra. Oculorum ex oculis, vel inter oculos hic niſter eſt lucidior, ſcilicet, dextero. Sic maior horum eſt charitas, ſcilicet charitas eſt maior virtute horum.

Obijcies ſecundò. Comparatiuum poteſt regere nominatiuum cum coniunctione quàm, vt Vlixes fuit callidior, quàm Troiani; ergò non tantùm ablatiuum.

Reſpondetur concedo antecedens, & nego conſequentiam; Nam poteſt loco ablatiui habere quàm cum nominatiuo, qui regitur à verbo ſubſtatiuo, vel expreſſo, vel ſubintellecto quolibet præcedente caſu præter vocatiuum. Nominatiuo, vt virtus eſt pretioſior, quàm aurum. Genitiuo; legi opera Ciceronis doctioris, quam Valerius. Datiuo: homini fauco, digniori quidem quàm eſt tuus frater. Accuſatiuo: Nunquam vidi mulierem deformiorem, quàm tua amica. Ablatiuo: Nobilioribus ortus parentibus, quàm tui ſunt. Etiam particula quàm ſimiles copulat caſus. Nominatiuum: melior dux Scipio, quàm Annibal. Genitiuum pueri hæſirant in proferendis dictionibus ſyllabarum pluritas, quàm trium. Datiuum Præceptori do operam doctiori, quàm diligentiori. Accuſatiuum; *Callidiorem hominem vidi neminem, quàm Phormionem.* Ablatiuum: Mereo ſub duce crudeliore, quàm fortiore.

Obijcies tertiò. Nullum poſitiuum ex quo formatur comparatiuum requirit ablatiuum; ergò nec talem caſum comparatiuum requirere poteſt. Conſequentia probatur; Deriuatiuum debet eſſe eiuſdem rationis cum ſuo primitiuo à quo deriuatur; ſed poſitiuum eſt primitiuum, & comparatiuum eſt deriuatum, quod deriuatur, formatur à poſitiuo; ergò ſi poſitiuum non requirit ablatiuum, nec comparatiuum poteſt requirere ablatiuum.

R

Respondetur transeat antecedens ; nam multa positiua ablatiuum requirunt, vt contentus, inanis, plenus, dignus, locupletes, onustus, diues, potens, &c. & nego consequentiam, ad cuius probationem distinguo maiorem, debet esse eiusdem rationis essentialis concedo maiorem ; accidentalis nego maiorem, sed concedo minorem, & nego consequentiam ; Nam primitiuum, & deriuatiuum sunt eiusdem rationis in significato essentiali, differunt tamen accidentaliter, scilicet in modo significandi; Comparatiuum enim significat id, quòd positiuum, sed cum incremento aduerbij magis ; plus tamen, & minus non variant rationem essentialem rei, sed tãtum accidentalem, vt infra dicemus, comparatiuum potest regere sui positiui casum, siue iste sit genitiuus, siuè datiuus, siuè accusatiuus cum præpositione, siuè ablatiuus, hoc non pertinet ad comparatiui constructionem. Ille ablatiuus, quem regit comparatiuum est ablatiuus illius aduerbij magis, quod latet sub comparatiuo.

Comparatiuum loco ablatiui potest recipere accusatiuum cum præpositione, vt tu es crudelior ante, vel inter, vel præter illos. Dicitur quoque ex illis. Sueton. *Prater ceteros altiorem.* Quintil. *Ex duobus filijs vilior incipiat esse perituras.*

Comparatiuum potest habere omnes casus sui positiui, ex quo pendet, vt mea crumena est plenior nũmorum tua. Sum aptior labori. Sum pronior ad vitã contemplatiuam. Franciscus erat dignior laude cunctis.

Obijcies. Comparatiuum admittit sui positiui casum, vt sum *aptus labori, aptior labori : doctus pilæ, doctior te pilæ. Virtus est chara mihi, virtus est auro mihi charior. Dignus laude, dignior te laude. Pronus ad vitia, pronior ad vitia;* Sed præpositiones respectu suorum comparatiuorum quæ formant, sunt positiua ; ergò comparatiua formata à præpositionibus, requirunt casus præpositionum.

Re-

Respondetur, concedo maiorem, & nego minorē; nam nos diximus comparatiua non formari à præpositionibus, sed à nominibus antiquis, sed (vt alijs quibus placet) à præpositionibus, ideò hæc duo cōparatiua admittunt suorum positiuorum casus, vt vlterior, & propior, quia non habent formationem à talibus nominibus antiquis.

Sunt quædam præpositiones, quæ comparatiuum per se interdùm faciunt, vt *ante, vltra, citra, super, præ, & præter*; vt tua moglie è più pallida dell'altre. Tua vxor est pallida ante alias, vltra reliquas, præ cæteris, præter cæteras.

Admittunt comparatiua alterum ablatiuum purū significantem mensuram excessus, ideſt superantis, vt sum longior tepede. Minor te tribus digitis. Sum maior natu te decem annis. Altior alijs multo. Exilior te duplo.

Negatiua, *Neuter, nullus, nemo* casum cum quàm non accipiunt, vt neutro es celerior, nullo, vel nemine alacrior. Non quàm nullus, quàm neuter, quàm nemo, quia in *quam* comparatiui includa est negatiua.

Relatiuum qui, quæ, quod, quod casum cum *quam* minimè admittit, vt dissero cum Caio, quo sum doctior, nunquam, *qui*, nam inter relatiuum, & antecedens non debet aliquid interponi, nè relatiuum amittat vim copulatiuam. Eleganter autem dicitur retrocedendo pronomina; Dulciora sunt, quæ comedis, quàm quæ appetis. Lepidiora sunt, quæ loqueris, quā quæ scribis. Maiora sunt, quæ de te dicuntur, quàm quæ videntur, quia subauditur *ea*, vel *illa*.

Quoties inter diuersas qualitates, vel quantitates fit comparatio, res superata in septimo casu sine *quam* exprimi non potest, sed ponitur in casu, in quo est qualitas, vel quantitas superans, fitque tribus modis, vt homo magis doctus, quàm fortis. Sum doctior quàm fortis, sum doctior, quàm fortior. Postremus elegantior, & sic vsitatior.

In

In electione, in qua *magis*, aut *potius* non comparetiuè, sed discretiuè ponitur, tribus etiam loquimur modis, vt diligo homines humiles magis, quàm superbos. Humiliores quàm superbiores. Humiliores potius, quàm superbiores, in quibus *magis*, & *potius* indifferenter locum habent, idemque valent.

Quò, eò, quantò, tantò, quisque, quicunque, quodque, comparatiuo gaudent, vt quanto più l'huomo è ignorante, tanto più è superbo. Quò homo est indoctior, eò superbior. Quantò indoctior, tantò superbior. Quò quisque homo indoctior, eò superbior.

Si tamen verbo coniungantur, fit quò magis, eò magis, quantò magis, tantò magis, vel minus, vt quò magis viuo, eò magis experior fallacem orbem, & minus de morte cogito. In aduerbijs non currit eadē ratio, sed quia ex ipsis comparatiua fiunt, ideò dicimus quò, & eò, vt quò sæpius legis lectionem, eò citiùs eam addiscis.

Più, e meno, quandoque pondus, vel mensuram significant, sunt plus, & minus, & tanquam substantiua cum genitiuo ordinantur, vt habeo plus olei meo fratre, minùs farinæ Ioanne. Est tibi plus audaciæ, quàm prudentiæ.

Quando ad numerum referuntur possunt fieri tàm per *plus*, & *minus*, quàm in plurali, & *plures*, & *pauciores*, non autem *minores*, cum sint successores, vel magis parui, vt habeo plus librorum te, vel quàm tu, vel plures libros te, vel quàm tu. Minus amicorum, quàm filiorum, vel pauciores amicos, quàm filios. Reges plus habent adulatorum, quam beneuolorum. Vel plures adulatores, quàm beneuolos. Sono stati vccisi più di dieci huomini. Occisum est plus decem hominum, vel hominibus. Occisi sunt plus decem hominum, & genitiuum regitur ex vi substantiui *plus*, vel plus decem hominibus, & ablatiuus regitur ex vi comparationis. Vel plus decem homines, & nominatiuus regitur ex vi verbi,

& plus est aduerbium, vt amplius, & intelligitur quàm, & poterit etiam exprimi, vt occisi sunt plus quam decem homines, & occisi sunt plures decem hominibus, vel plures homines decem. Non ti darò manco di sei mustaccioni. Non minùs sex colaphorum tibi infringam, illidam, infligam, incutiam. Vel non minus sex colaphis. Non minus sex colaphos, vel quàm sex colaphos. Vel non pauciores sex colaphis. Vel non pauciores colaphos sex. Hò doi più di te serui. Habeo duobus plus tribus seruis, plus est casus verbi, tribus casus comparationis, duobus, casus significans excessum. Vel habeo duobus plures tribus seruis, vel seruos, vel duos supra tres seruos.

Si casus comparationis, & casus excessus diuersa significant non per plures, & pauciores, sed per plus, & minus rectè dicetur, vt lucratus sum tribus carolenis plus duorum aureorum, vel plus duobus aureis. Meus frater duobus annis natus est minus duobus mensibus. Te expectaui tribus diebus plùs vno mense. Duabus vigilaui noctibus minus quatuor horis.

Hò più tempo di te. Sono auanti nato di te. Sum maior natu te. Sum maior natu meo fratre duobus annis. Sic, minor natu, poi nato, e di meno tempo. Et in plurali, maiores natu, minores natu; est autem natu positiui casus, quia dicimus, magnus natu, maior natu, maximus natu. Minor natu, & minimus natu.

Comparatiuum significat aliquando vniuersalitatem, adiunctumq; habet hoc nomen nihil, vt nihil tuo patre prudentius, idest nullus homo est prudentior tuo patre. Nihil tua matre castius, idest nulla mulier est castior tua matre. Nihil tua gula monstruosius. Nihil te vno mendacius, idest nulla res, &c.

Digitized by Google

DE SVPERLATIV

SVperlatiuum (vt diximus) est nomen, aliquid ad plures sui generis comparatis omnibus antecellit. Vel absolutè significat quantum suum positiuum cum ma *Sapientissimus*, ideſt maximè ſapiens.

Obijcies primò. Superlatiuum est nomen, quod ad plures sui generis comparatum cæteris antecellit: sed comparatiuum non tantùm paratur ad plures sui generis, sed etiam ad eiusdem generis, ad vnum generis diuersi, & non tantùm sui generis, & ad plures generis ergò magis latè patet comparatiuum, quàm tiuum; ergò falsum est quòd ad plures sui gen paratum cæteris omnibus antecellit.

Respondetur distinguo maiorem, cæteris o antecellit, quòd ad plures sui generis concedo rem, quòd ad plures generis diuersi nego maior concedo minorem, & nego primam, & vltim sequentiam. Certum est enim comparatiuum ad plures sui generis, & alienis attamen semper incremento aduerbij magis, superlatiuum plures sui generis cum incremento aduerbij ma & cum magis latè pateat aduerbium maximè ad sui generis plures, quàm aduerbium magis ad plures sui, & alieni generis; ideò superlati cæteris omnibus comparatum antecellit.

Obijcies secundò; Comparatiuum superat superlatiuum; ergò falsa definitio, quòd est nomen aliquid ad plures sui generis comparatum cæteris omnibus antecellit. Antecedens probatur; cum dicimus fortior fortissimo, vtique fortior superat fortissimum; ergò comparatiuum superat superlatiuum.

Respondetur, nego antecedens, ad probationem di-

distinguo antecedens, fortior superat fortissimum, improprie, & abusiuè loquendo concedo antecedens; propriè, & vsitatiuè loquendo nego antecedens; ergo nego consequentiam; Nam abusiuè dici potest, quòd ad modum loquendi, est fortior fortissimo, non verò propriè: nam quis vnquam poterit esse fortior fortissimo? Si fortissimus est ille, qui est maximè fortis, & fortior est ille, qui est magis fortis. Verùm enim verò abusiuè quoque, & improprie in comparatiuis dicitur, est fortior fortitudine, anarior auaritia, lucidior luce, &c. sic quoque abusiuè dicitur in superlatiuo, est fortior fortissimo.

Obijcies tertiò. Si superlatiuum superaret omnes, deberet superare omnes sui generis, & alieni; ergò possumus dicere; Cicero fuit eloquentissimus latinorum, & græcorum; sed hoc est falsum; ergò falsum est superlatiuum superare omnes.

Respondetur, nego sequelam maioris: Superlatiuum superat omnes sui generis non verò alieni; Idcoque nequit dici; Cicero fuit eloquentissimus latinorum, & græcorum, nam Cicero in eloquentia superat omnes sui generis latini, non verò græci; sufficit enim superlatiuum superare omnes sui generis, vt tale dicatur.

Contra. Superlatiuum superat plures sui generis; comparatiuum verò plures sui, & alieni generis; ergò cum magis superet comparatiuum, quàm superlatiuum, superlatiuum deberet dici comparatiuum, & comparatiuum superlatiuum.

Respondetur, nego consequentiam; licet cõparatiuum superet plures sui, & alieni generis, tamen plurimum semper superat numerum singularem, dextera est sinistra agilior. Cicero fuit Hortensio facundior, tuus filius est lepore formidoloſior. Aliquando verò superat numerum pluralem, vt Itali ac Hiſpanis callidiores, quòd à multis grammaticis, & præcipuè à Valla acriter impugnatur; Super-

tiuum verò semper post se regit genitiuum, plurale, vel singularem nominis collectiui. Ideoque magis superat superlatiuum, licet referatur ad plures sui generis, quàm comparatiuum, quod refertur ad plures sui, & alieni generis.

Superlatiuum dicitur à superfero, eò quia superat omnia sui generis semper fertur.

Inuentum est gratia breuitatis, & ornatus: nam breuius, & ornatius est dicere fortissimus, quàm maximè fortis.

Duplex est, sicut & comparatiuum; vel absolutus, & est quando non recipit casum, vt pijssimus Aeneas; vel respectiuum, & est quando ponitur determinatè, vt Aeneas fuit pijssimus Troianorum.

Tres habet terminationes frequentiores, *simus*, vt doctissimus. *Rimus*, vt nigerrimus, & *limus*, vt facillimus.

Formatur à tribus partibus orationis, à nominibus adiectiuis, ab aduerbijs, & participijs, quæ tunc transeunt in nomen quorum quantitas, & qualitas intendi, & minui potest.

A nominibus adiectiuis regulariter superlatiua formantur in *simus*, à primo casu desinente in i addita simus, vt *docti doctissimus, fortis fortissimus*. In *rimus* sunt ab adiectiuis in er à nominatiuo addita rimus vt *pulcher pulcherrimus, celeber celeberrimus, miser miserrimus, pauper pauperrimus, maturr maturrimus, & maturissimus. Piger, pigerrimus, niger nigerrimus, satur saturrimus, nuper nuperrimus*, non ab aduerbio nuper, sed à nomine antiquo *nuper, nupera, nuperum*. In *limus* sunt sex in dictione *sadghus, vt facilis, facillimus, agilis, agillimus, docilis docillimus, gracilis gracillimus, humilis humillimus, similis simillimus*. Nomina verò, quæ desinunt in *bil*, non faciunt in limus, sed in simus, vt *laudabilis laudabilissimus, amabilis amabilissimus*, sed melius resoluuntur per maximè.

Sunt quædam superlatiua anomala, siue irregula-

ria quæ supradictam regulam formationis non ser-
uant à positiuo, vt *bonus optimus, malus pessimus, ma-
gnus maximus, paruus minimus, multum plurimus, pa-
ucus minimus, nequam nequissimus, sinister sinistimus,
uiter, dextimus, frugi frugalissimus, vetus, veterrimus,*
superlatiuum anomalum ab antiquo nomine *veter.*

Composita à facio, vt *beneficus benefacentissimus,
malefacentissimus, magnificentissimus, munificentissimus.
A dico benedicus benedicentissimus, maledicentissimus.
A volo benevolentissimus, malevolentissimus. A loquor
magniloquus, magniloquentissimus, grandiloquens gran-
diloquentissimus.* Sed hæc superlatiua formantur à be-
nefícens, malefícens, & similibus, quæ olim in vsu
fuerunt.

Sunt multa, quæ carent positiuo, & habent compa-
ratiuum, & superlatiuum, vt *ocyur ocyssimus* à græco
positiuo *ocys. Deterior, deterrimus à deter* antiquo no-
mine. *Penitior, penissimus* ab antiquo penitus. a. m.
ideſt vltimus, intimus, remotus. *Habitior* più grasso,
*habitissimus. Vlterior, vltimus. Propior, proximus. Prior
primus*, quamuis Priscianus à *pridem* effortiari asse-
rit.

Sunt multa nomina composita, quæ carent compa-
ratiuo, & superlatiuo gaudent, vt *comis* piaceuole,
*comissimus. Christianus Christianissimus. Inclytus inclytis-
simus. Iurisconsultus iurisconsultissimus. Meritus meri-
tissimus. Falsus falsissimus. Inuictus inuictissimus. Nupe-
rus* antiquù nomen, tresco, nuouo, *superrimus. Novus
novissimus*, præter positiui significationem.

Multa tamen habent comparatiuum, & superlati-
uo carent, quæ per maximè resoluuntur, vt *ante ante-
rior. Adolescens adolescentior. Senex senior. Iuuenis iuue-
nior* apud Plin. & Columell. legitur. *Hic, & hæc iunis,
& hæc iunenis* di verde età *Iunior. Longinquus longinquior.
Propinquus propinquior. Communis communior. Secudus,
prospero. Secundior. Opimus opimior. Remissus remissior.
Salutaris salutarior. Obnoxius*, sottoposto, *obnoxior. Pro-*

rimus il parente, il vicino, *proximior. Diues diuitior. Ditior, & ditissimus* à dis, ditis ricchò à dite, idest Plutone diuitiarum Deo.

Adiectiua habentia vocalem ante *us*, vel *is*, vt *arduus, innocuus, iniurius, strenuus, idoneus, vacuus*, & similia non habent superlatiuum in frequenti vsu; Attamen nos probauimus rationibus, & authoritatibus posse, & comparatiua, & superlatiua efformare, vndè sæpè legimus *industrior, innoxior, perpetuissimus, piissimus, tenuior, tenuissimus, strenuior strenuissimus*, & similia, sed rarò inuentis rarò vtendum, vndè per maximè conuenientius resoluuntur, vt Romuli fuit Romanorum omnium maximè sobrius.

Non formantur comparatiua, & superlatiua hæc sequentia, quia eorum qualitas non potest intendi, & minui, in comparatiuis per magis, & in superlatiuis per maximè fiunt. In *utilis*, vt versatilis. In *bundus*, vt vagabundus. Diminutiua, vt pauperculus. Composita à substantiuis, vt inermis. Composita à *fero*, vt Lucifer. A *gero*, vt belliger.

A præpositionibus (vt in comparatiuis diximus) non formantur superlatiua, nàm hæc quæ sequuntur potius fiunt à nominibus antiquis, quorum quædam reperiuntur, quædam penitùs exoleuerunt, *vltanterior* sine superlatiuo ab *anter. a. m. Citimus à Citer. a. m. Extremus, vel extimus ab exterus. a. m. Infimus ab inferus. a. m. Intimus ab interus. a. m. Postremus à posterus. a. m. Supremus à superus. a. m. Vltimus* caret positiuo, ni forte *vlter. a. m.* fuerit olim nomen. *Proximus* caret suo positiuo, nisi dicamus à præpositione venire. *Primus non à pridem* aduerbio, sed à *prothos* græcè. Hæc superlatiua quatenùs à præpositionibus formatur accusatiuum admittere possunt, vt cucurri citimus flumen omnium, & comparatiua quoque, vt fum vlterior pontem te, & accusatiuus regitur virtute præpositionis.

Superlatiua irregulariter ab aduerbijs formantur

tur, vt *à sapè sapientissimè. Diù diutissimè. Indoctè indoctissimè. Doctè doctissimè. Sanctè sanctissimè. Benignè benignissimè. Aptè aptissimè. Libenter libentissimè. Diligenter diligentissimè. Multùm plurimum. Parum minimum. Nuper nuperrimè*, vt sanctissimè viuit, & libentissimè erga Dei amore patitur.

Participium fit nomen constructione, quia verbi structuram non seruat; tunc comparari, & superferri potest, vt patientissimus inediæ, amantissimus Dei, eloquentissimus, diligentissimus, abundantissimus.

Participia cuiuscumque terminationis, vt *amans, amatus, amaturus, & amandus* superlatiua, & comparatiua non formant. Participialia in *dus*, vt colendus, reuerendus, & similia, non enim dicitur, reverentior, & reverentissimus actiuæ significationis, chi porta alla issimo rispetto, e riuerenza, à reuerens nomine, non participio, fit reuerendus, & reuerendissimus.

Abusio in superlatiuo fit trifariam, significatione, formatione, & adiectione.

Significatione, cum minus significat à suo comparatiuo, tàm cum multò, quàm sine, vt tu es nigerrimus, at tuus filius nigrior, vel multò nigrior. Achilles fuit fortior, Hectore Trojanorum fortissimo. Seneca viro fortissimo sum fortior. Ouid. *& cum possint deant plurima, plura petunt.*

Formatione, cum ex dictionibus minimè comparãdo conuenientibus formatur, vt *ipsissimus, patruissimus*, & similia. Plaut. *ipsissimus abi hinc oculis.*

Adiectione, cum ad augendam significationem propriam aliquod extrinsecus adijcitur, vt potius ornatius, quàm verius loquamur, quamquam licentia hæc consuetudine approbata est. Gell. *Hi sunt, vel maximè humanissimi.* Virg. *Ipse ante alios pulcherrimus omnes Æneas. Abi hinc pessimarum pessima.*

Construitur superlatiuum ante se nullo casu, post se cum genitiuo plurali, vt Cæsar fuit fortissimus Romanorum, vel singulari nominis collectiui, vt Vli-

xes gentis græcæ callidissimus. Collectiuum nomen est, quod numero singulari significat plures, vt Senatus, populus, exercitus, turba, gens, plebs, concio, gymnasium, Ciuitas, vulgus &c.

Obijcies. Superlatiuum construi potest cum ablatiuo cum *e, ex, vel, de*, aut accusatiuo cum *inter*; nam valet dicere: ex omnibus animalibus, inter omnia animalia lepus est formidolosissimus. E, ex, vel de digitis, vel inter digitos medius est longissimus: ergò falsum est cum genitiuo construi.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam; nam possumus etiam dicere, animalium lepus est formidolosissimus, & digitorum medius lõgissimus. Quando autem harum præpositionum casus recipit partitiuè ponitur: Nam partitiuum est, quo totum, scù genus ipsum exprimitur, à quo pars illa trahitur, vt fusius infrà dicemus.

Potest insuper regere casum sui positiui, vt charissimus Regi. Ditissimus agrorum. Dignissimus laude; nam charus regi, dives agrorum, dignus laude per positiuum dicimus. Sic quoque potest regere ablatiuum significantem excessum, vt Petrus est altissimus discipulorum corpore, tribus vnis.

Superlatiuum habet locum inter plura eiusdem generis; vtimur itaque cum fit comparatio inter tria, vel plura tribus: Inter duo autem comparatiuo est locus, vndè potior, maior, prior, & similia de duobus dicuntur. Potissimus, maximus, primus de pluribus, vt ex duobus propositis hoc potius eligam, ex tribus, hoc potissimum. Si Ciuitas diuidatur in duas partes, dicitur maior sequitur te, minor verò tuum inimicum; sin autem in tres maxima, vel minima.

Eiusdem generis dicuntur cum superans continetur in casu superlatiui, ideſt cum superans est pars rei superatæ, vt Virgilius fuit poetarum præstantissimus. Aquila est volucrum velocissima; nam Virgilius poeta est, & aquila volucrum vna.

Re-

Digitized by Google

Recte autem dixeris per comparationem: Petrus est hominibus patientior: Lucretia mulieribus castior, licet sint eiusdem generis; nam fiunt diuersa causa subauditi ablatiui alijs, cæteris, reliquis, & similibus.

Cicerone fù molto più eloquente de i latini, & ancora de i greci: Cicero fuit latinorum eloquentissimus, atque etiam græcis longè eloquentior. Vel fuit cæteris latinis, & græcis eloquentior. Non vtique recte dicetur; Cicero fuit latinorum, & græcorum eloquentissimus; fuit etenim latinus non autem græcus, & superlatiuum refertur ad plura sui generis, non alienisi sed præcipua ratio est, quia superlatiuum est pars rei superatæ, & partitionis naturam sequitur, in qua semper pars à toto dicitur, & ideò necesse est, vt comparatio fiat inter res eiusdem generis, vel speciei, aliter non esset pars rei superatæ, sed distincta à re superata. Vndè quoque non esset bona comparatio; Socrates est fortissimus asinorum, & Tygris luporum velocissima, quia cum superlatiuum redoleat naturam partitionis, in qua semper pars trahitur à toto, quod esse debet cum parte eiusdem generis, vel speciei; sequeretur Socratem esse eiusdem speciei cum asino, & per consequens asinum, & Tygridem lupum, quod est falsum.

Neque dicas, cum *meus, tuus, suus, noster, vester*, non * est locus superlatiuo, sed comparatiuo, quando cum his vocibus fit relatio ad diuersa, vt sum melior meis fratribus. Antonia est honestior suis sororibus. Tu es dignior tuis condiscipulis; non autem sum optimus meorum fratrum, sum enim vnus ex fratribus, sed non sum mihi meus frater, vndè non sum vnus ex his, quos nominauí meos fratres. Et sic superans non est pars rei superatæ; benè autem dicitur; ego optimus fratrum. Antonia sororum honestissima. Tu discipulorum diligentissimus, sine illis vocibus meus, tuus, suus &c. sed

* *Grammat. error.*

Contra. Hæc eorum, quod supra dictum est asserit Valla, & quàmplurimi grammatici, & ego cum Prisciano dico posse asseri, cum apud authores legatur. Cic. ad Att. *Id est maximum omnium mearum miseriarum.* In epist. fam. l. *omnium tuorum officiorum gratissimum fuit.* Idem. *de tuis innumerabilibus beneficijs erit hoc mihi gratissimum.* Idem *Persium non curo legere, hic fuit enim vt nouimus omnium ferè nostrorum hominum doctissimus.* Statius in Achill. *Pulcherrima turbæ Deianira suæ.*

* Neque dicas, cum *alius, alter, reliquus, & cæterus* non coniungitur superlatiuum, sed comparatiuum; sunt enim relatiua diuersitatis, cum quibus fit relatio ad diuersa, quod circa non poterit cum his res superans esse pars rei superatæ. Dices itaque Ouidius fuit alijs poetis ingeniosior, vel poetarum ingeniosissimus, absque illa dictione *ali* jsnam

Contra. Nos tamen quandoque oppositum legimus. Macrob. lib. 7 Saturnal. *Ægyptius regionum aliarũ caldissima.* Suetonius in Vitell. *Formosissima super cæteras cœna.* Gell. lib. 1. *Hunc locum omnium rerum aliarum difficillimum cursim trangressus est.* Macrob. *Acetum liquidissimum inter cæteros humores.* Hirtius de bello Afric. *Catonem Vticenses, quod difficillimus reliquorum ducum fuerat, sepultura afficiunt.* Plin lib 34. c. 10. *Ostractis tota nigra, & cæterarum sordidissima.*

Neque dicas, cum *omnis, ille, hic,* non fit superlatiuũ, * sed per comparatiuum; vt non benè dicitur Francicus est doctissimus illorum, sed est doctior illis; nam

Contra. Cic. *Zeno illorum acutissimus.* Idem. *Tum Phalareus ille Demetrius omnium illorum politissimus.* Plau. *Vetus erat Solarium, multò omnium optimum, & elegantissimum.* Senec. epist c. 51. *Inuenies spem inuidiam, metum contemptum, ex omnibus istis leuissimus est contemptus.*

Il-

* *Gramm. error.* * *Gramm error.*

Digitized by Google

illud non omittam, quod Laurentius intelligit in superlatiuo genus, etiam multitudinem eiusdem nominis, vndè neget rectè dici: sum fortissimus aliorum, aut doctissimus horum. Istorum pulcherrimus, si per me; & istos demonstro aliquos de quorum numero ego sum. Secus autem si cum hos, vel istos dico me ego eis demonstrauero: Sunt tamen non mediocris auctoritatis plerique, qui dicunt, quòd genus est multitudo quædam ad vnum aliquid se se habens cognatione quadam inter se coniuncta, qua differt ab alijs, vt à Romani, Carthaginienses, Itali, Græci.

Vel genus est, quod plures partes amplectitur, vt animal, nam huius partes sunt homo, equus, leo, &c. quanquam genus etiam pro sola parte interdum accipitur homo. Vnde hi non tàm scrupulosè rem tractantes, & linguam latinam velut è cancellis, atque angustijs huiusmodi in liberiorem campum, ac velut in libertatem asserentes nihil referre contendunt, an quis dicat sum horum doctissimus, istorum liberalissimus, aliorum, cæterorum, vel reliquorum diligentissimus.

Tàm, & quàm similibus iunguntur gradibus, & positiuum, & superlatiuum expoſcunt, vt tu es tàm bonus, quàm doctus. Quàm acerbissima erit oliua, tam optimum fit oleum. Quàm paucissimos canes relinques, tàm optimi in talendo fient. Comparatiuum etiam, rarò. Val. Max. lib. 4. *Posterior ætas in excolendo iure amicitiæ, quàm libentius, tàm etiam Religiosius erit operata.*

Vt, & ita similes copulat gradus, & superlatiuo præsertim accedunt quale est, vt hoc est longè optimum, ita est difficillimum.

Quando superlatiuum datur cum exceptione, primum fit superlatiuum, & secundùm scilicet exceptio per comparatiuum, vt tu fer il più fortè delli soldati, ma non di Marcello. Tù es fortissimus militum, sed non fortior Marcello. Sed potest fieri per super-

la-

lacium cautum. Tu es fortissimus militum, excepto Marcello, & per comparatiuum. Tu es fortior militibus excepto Marcello.

Dictio negatiua non amat superlatiuum, sed comparatiuum, vt delli Scolari nessuno è il più dotto: Ex discipulis, vel discipulorum nemo, vel nullus est doctior. Omnium amicorum, nemo est, vel nullus est ex vno clarior. Genitiuus adhæreret negatiuo, non comparatiuo.

Quando comparatio est inter duos, non vtimur superlatiuo, sed comparatiuo, vt delle mani la destra è la più forte. Manuum, ex manibus, & inter manus dextera est fortior. Delli doi amici Francesco è lo più fedele. Amicorum Franciscus est fidelior.

Id quod diximus in comparatiuis de plus, & minus, dicendum est de superlatiuis, plurimum, minimum, & pauciſsimum, vt habeo plurimum vini, & minimum frumenti hominum. Habeo plurimos, seu pauciſsimos libros condiſcipulorum.

Quando in superlatiuo sunt ista nomina, *ogni, tutti, ciaſcuno*, eius loco dicimus, *quiſque, quæque, quodque*, quod superlatiuo postponitur, vt ogni huomo dotto segue la sua Setta. Sapientiſsimus quiq; homo suam sequitur Sectam. Tutte le donne belle desiderano eſſer lodate. Pulcherrimæ quæque mulieres desiderant laudari. Eodem modo de his Italicis dicendum est, qualſiuoglia, qualunque, li più forti huomini, l'huomini più forti.

Superlatiuum cum præcedente, vel subſequente substantiuo concordare potest ob generis identitatem, vt leo fortiſsimus animalium. Leo fortiſsimum, Leo fortiſsima ratione subaudita, vocis animal, bestia.

DE

DE DISTRIBVTIVIS.

Distributiuum, est signum distributionis, per quod fit actionis, vel passionis distributio, vt *omnis homo natura sua scire desiderat*, pro Petro, Antonio, Francisco &c. *quisque suas patitur calamitates.*

Distributiuum duplex est, vniuersale, & particulare. Distributiuum vniuersale dicitur, quod vniuersaliter vel negat, vel affirmat, vt *omne cunctum, vniuersum, quoduis, quodcumque, quodlibet, nullum, nemo.* Particulare dicitur quod particulariter, vel negat, vel affirmat, vt *quidam, aliquis, alter, vnus, neuter, &c.*

Vniuersale est in duplici differentia, aliud affirmatiuum, quod fit per hæc nomina quæ habent signū affirmatiuum, vt *omne cunctum, vniuersum quoduis, quodlibet;* aliud negatiuum quod fit per hæc nomina, quæ habent signum negatiuum, vt *nullum nemo.*

Particulare adhuc est in duplici differentia, aliud affirmatiuum, vt *quidam aliquis, siquis alter vnus;* alud negatiuum, vt *neuter.*

Vniuersale distributiuum triplex est, personale, vt *nullus cunctus &c.* locale, vt *vbique nullibi, nusquam &c.* & temporale, vt *nunquam semper &c.*

Distributiuum duplex est, Partitiuum, & Interrogatiuum. Partitiuum est oratio, in qua totum diuiditur in suas partes.

Dices. Hæc definitio conuenit alijs à definito: ergò non est bona. Antecedens probatur. Conuenit diuisioni; nam diuisio est oratio totum in suas partes distribuens: ergò conuenit diuisioni.

Respondetur, nego antecedens, ad cuius probationem concedo antecedens cum sua probatione; nam nulla datur differentia inter partitionem, & diuisionem, cum idem significent.

Par-

Partitiuum construitur cum genitiuo plurali, vel singulari nominis collectiui, vel cum accusatiuo cum præpositione inter, vel cum ablatiuo cum præpositione ex, vel de, vt quicumque discipulorum, inter discipulos, ex, de discipulis studens logicæ non erit purus grammaticus. Mulierum, inter mulieres, ex, de mulieribus vix aliqua casta reperitur.

Tutti fit *omnis, & vter. Omnis* de pluribus, & positiuo, comparatiuo, & interdum superlatiuo copulatur, vt omnis doctus laudatur. Omnia vtiliora vendidisti. Plin. lib. 15. *Sylueſtriora omnia tardiora.* Cic. pro Quintio, *Omnia iudicia difficillima. Vterque, vtraque, vtrumque* de duobus, & iungitur positiuo, vt vterque bonus, vterque timidus, & comparatiuo, vt vtraque manuum est agilior. Vterque tuorum pedum est pinguior.

Neſſuno fit *nullus, & neuter. Nullus nemo.* de pluribus, & comparatiuo, nõ autem superlatiuo iungitur, sic etiam negatiuæ dictiones. Cic. *Societatum nulla præstantior, nulla firmior.* Notandum, quòd *nullus*, & de homine, & de rebus omnibus, dicitur; *nemo* dicitur tantum de homine. *Neuter* de duobus. Neuter alterum allocutus est.

Chi, ò quale, fit *quis, & vter. Quis* de pluribus, & superlatiuo datur, vt quis discipulorum doctissimus? legitur cum comparatiuo, sed nõ ita frequenter. Cic. de orat. *de septem sapientibus quis doctior? Vter* de duobus, & iungitur comparatiuo, vt vter fortior Aiax ne, an Vlixes? non autem vter Aiacis ne, an Vlixis? quia non regunt genitiuum singularem, nisi fuerit nominis collectiui.

L'uno più dell'altro, fit *alius, & alter. Alius* de pluribus, vt mortalium alius alio præstat. Militum alij alio itinere domum peruenere. *Alter* de duobus, vt fratrum alter laqueo, alter ense Vitam finiuit.

Primo fit *primus, & prior.* Primus de pluribus, Prior de duobus, vt duorum fratrum prior est formosior.

Vlti-

Vltimo fit *postremus*, de pluribus, & *posterior* de duobus.

Più tosto fit *potissimùm*, & *potius*. *Potissimùm*, de pluribus, & *potius* de duobus.

Cum agitur de duobus, comparatiuo, cum de pluribus superlatiuo vtendum est.

Sint exempla pro singulis.

Delli due scolari vno più dotto dell'altro, chi più tosto hà resposto alla questione? Duorum discipulorum, ex duobus discipulis, inter duos discipulos, de duobus discipulis, quorum vnus est doctior altero, vter potius respondet quæstioni?

Delle due sorelle vna più bella dell'altra, quale tu prendereſti per moglie, la prima, ò l'vltima, tutte, ò nessuna. Ex duabus sororibus, quarum vna est pulchrior altera, vtram tu duceres in vxorem, priorem, an posteriorem, vtram, an neutram?

Di Pietro, e di Francesco, chi è più ricco? Vter est ditior, Petrus, an Franciscus?

Hò vdito due Messe l'vna più corta dell'altra. Duas audiui Missas, quarum vna fuit breuior altera.

Delle trè lettioni, l'vna più difficile dell'altra, quale tù più tosto studiareſti, la prima, ò l'vltima, tutte, ò nessuna? Trium lectionum, quarum alia est difficilior alia, cui tu potissimùm studeres, primæ, an vltimæ, omni, an nulli?

Delli trè ladri, l'vno fù vccisо, l'altro impiccato, e l'altro fuggì. Trium latronum, alius necatus fuit, alius suspensus fuit, & alius fugit.

Delli scolari, chi studia grammatica, chi logica, e chi filosofia. Discipulorum, alius studet grammaticæ, alius Dialecticæ, alius verò philosophiæ.

Delli serui l'vno perseguita l'altro. Seruorum alius alium persequitur.

Di

Di Pietro, di Francesco, e di Carlo chi ti pare più dotto? Quis tibi videtur doctior, Petrus, Franciscus, an Carolus?

Interrogatiuum est oratio, in qua de re dubia, vel tanquam dubia interrogamus. Et respondendum est per eundem casum, atque modum, per quem interrogatio facta fuit, perque idem verbum, vt ibis hodiè ad forum? ibo. Qualis est præceptor? non indoctus. Cuius est ensis? Regis. Cui studes? grammaticæ. Quotum annum agis? vigesimum. Quot annos natus es? viginti. Poteris etiam affirmando respondere, maximè uerò, sic etiam, ità; quorum vltimum est minus elegans. Quandoque autem per eundem casum responderi non potest, quia constructio non patitur, vt quanti emisti? aureo. Cuium est mancipium Caij. Dãnatus est nè furti? immò alio crimine. Vbi manes? Romæ.

DE RELATIVIS.

RElatiuum est illud, quod rem ante dictam refert, & repetit.

Obijcies. Habetur in Sacris apud Matthæum cap. 28. *Euntes ergò docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine &c.* & apud Marcum cap. 16. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit.* Sed *eos* non refert gentes, *qui* non refert creaturam, & sunt relatiua: ergò falsum est relatiuum esse illud, quòd rem antedictam refert. Minor probatur. Si *eos* referret gentes deberet dicere: omnes gentes baptizantes eas: Si *qui* referret creaturam, deberet dicere: omni creaturæ, quæ crediderit, &c. ergò *eos* non refert gẽtes, & qui non refert creaturam; ergò vel relatiuum

non

non est illud, quod refert nomen antecedens dictum, vel grammaticaliter enuntiatum, quem in locis non admittemus.

Respondetur concedo maiorem, & nego minorem, cuius probationem dico, quòd hoc nomen *gentes* refert homines, & sic docete omnes gentes, idest omnes homines, baptizantes eos. Sic quoque hoc nomen *omnem creaturam*, refert, & representat hominem, & sic prædicate euangelium omni creaturæ, idest omni homini, qui crediderit, &c.

Tullius. Sallust. inquit; *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur*, sed hoc est relatiuum, & non refert rem antedictam; ergò falsa relatiorum definitio. Minor probatur: hoc relatiuum *quod* refert *Tullianum*, quod non est res antedicta, ergò falsum est relatiuum referre rem antedictam.

Respondetur concedo maiorem, & nego secundam partem minoris, ad cuius probationem dico, quòd relatiuum *qui, quæ, quod*, quando ponitur inter duo nomina substantiua diuersorum, tùm generum, tùm numerorum, & vtrumque fuerit appellatiuum, poterit cum vtroliber concordare, sed cum subsequente elegantius. Cic. in somn. Scip. *Homines tuentur illum globum qui terra dicitur.* Idem 1. de legibus. *Animal plenum rationis, & consilii quem vocamus hominem.* Si vtrumque fuerit proprium eodem fit modo. Liu. lib. 4. *Anxur fuit, quæ nunc Terracina fuit.* Si præcedens fuerit appellatiuum, & subsequens proprium concordat cum sequenti, vt in argumento: *est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Si præcedens fuerit proprium, & subsequens appellatiuum, concordat cum antecedenti, vt Cic. de orat. *Eloquentem constat fuisse Scipionem Nasicam, qui est Corculum appellatus.*

Relatiuum dicitur à refero, refers, quia semper refert antecedens.

Duplex est relatiuum, substantiæ, & accidentis; Relatiuum substantiæ est illud, quod refert antecedens substantiuum, vt video Fabritium, quem diligo.

Re-

Relatiuum accidentis est illud, quod refert antecedens adiectiuum, vt habes vxorem nigram, qualis est coruus.

Obijcies. Relatiuum est accidens, ergò non potest esse duplex, substantiæ, & accidentis. Antecedens probatur. Relatiuum & relatio sunt eiusdem generis: ergò si relatio est accidens (*nam relativum est quoddam accidens, quod totum suum esse est ad aliquid,*) etiã relatiuum erit accidens.

Respondetur, concedo antecedens, & nego consequentiam, ad cuius probationem concedo totum argumentum; & dico, quòd dicitur relatiuum substantiæ, quia hoc de substantia interrogare solemus. Vel quia hoc præcer ea, quæ substantiam significant, vel per substantiam nomina respondemus. Vel quia refert antecedens substantiuum. Dicitur postea à relatiuum accidentis, quia refert antecedens adiectiuum, quod dicitur accidens respectu nominis substantiui.

Relatiua substantiæ sunt nouem, *qui, quæ, quod. Ille, illa, illud. Ipse, ipsa, ipsum. Iste, ista, istud. Is, ea, id. Idem, eadem, idem. Suus, sua, suum.*

Qui, quæ, quod, relatiuè ponitur, vt eum diligo in primis, qui litteris strenuam nauat operam. Quid cũ compositis substantiuum est, vt quid feci? Quid causæ aliquod feci. Quiddam bonum optimum; quidque eliges, non autem optimum quodque; nam duo adiectiua sine substantiuo ferre non possunt. Benè autem dices, optimum quodque prædium. Optimum quodq; consilium ob adiunctum substantiuum. Quid ponitur aduerbialiter, & significat cur. Quid. *Quid arenæ semina mandas?* & in quo ficut nihil pro in nullo. Cicer. Læl. *Quid enim indigens Africanus mei?* In Sacris. *Et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum.*

Quod cum compositis adiunctum est, vt quod pomum, quodcunque malum. Aliquod animal. Quoddã portentum. Quodq; mancipium.

Quis

Quis, & quid semper interrogativè ponuntur, & nunquam relativè, vt *quis loquitur? quis es? quid feci? Quid ais?*

Qui, quoque interrogativè ponitur, vt *qui finis tandem erit nostrarum miseriarum?* Quod quoque interrogativè, vt quod scelus admisisti?

Ille, illa, illud relativè ponitur, vt qui diuitias expetit, ille auarus esse solet. Alias cum emphasi, quando ob eminentiam quandam rem omnibus notam præsumi volumus, vt Diuinus ille Plato. Architas ille Terentius. Tunc ille Æneas.

Relativis substantiæ aliqui adiungunt, *hic, hæc, hoc*, refert membrum proximum, & *ille, illa, illud*, remotum, vt duas audio lectiones Virgilianam, & Ouidianam, hæc delectat, illa prodest, *hæc*, scilicet Ouidiana, *illa* idest Virgiliana.

Ipse, ipsa, ipsum, modò capitur relativè, Terent. in Andr. *Heus Chreme, quod quæris Pasibula est, ex ipsa millies audiui.* Modò demonstrativè, vt ego ipse feci. Modò reciprocè. Plin. lib. 25. *Qui sciunt, demonstrare nolunt tanquam ipsis periturum sit, quod alios tradiderunt ipsis, idest sibi.* Cic. lib. 1. de off. *Si non poterit causas defensitare, illa præstare debebunt, quæ erunt in ipsius potestate*, idest sua. Est omnis personæ, scilicet primæ, secundæ, & tertiæ, vt ipse feci, idest ego. Ipse fecisti, idest tu. Ipse fecit, idest ille. Ipsi fecimus, idest nos. Ipsi fecistis, idest vos. Ipsi fecerunt, idest illi.

Ille, iste, hic. Hic tribuitur iis, quæ sunt ex parte loquentis; iste iis, quæ sunt ex parte personæ, cum qua loquimur; Ille iis, quæ sunt neutrique. Itaque dicendum: Hic liber est meus, iste liber est tuus, & ille liber est Francisci.

Is, ea, id. Interdùm relativè ponitur. Terent. in Andr. *Fuit olim quidam mercator, nauem is fregit.* Interdùm reciprocè. Cic. lib. 3. off. *Perfuga Fabritio potius est, si premium ei proposuisse Je Pyrrhum venene*

necaverit, ei, idest sibi. Idem in Sallust. *Sallustius timebat ne facinora eius clandestina clara nobis essent, confessus est nobis adulterium eius*, idest suum.

Idem, eadem, idem relativè ponitur. *Cæsar occupavit patriam, at eandem infelix Cassius.*

Sui, & suus a, um. hæc sunt relativa reciproca; pro quorum intelligentia.

DE RECIPROCIS.

REciprocum est locutionis reflexio, quæ transit ad se ipsam, & ad tertiam personam refertur.

Dicitur à recipiendo, vel à reciproco, as, quod redire significat.

Vulgaria sunt, *egli, lui, lei, loro, suo, suoi, lo, la, li, le, gli &c.*

Reciprocatio duplex est, simplex una, composita altera; simplex, quæ uno membro constat; composita, quæ pluribus. Simplex reciprocatio, quando aliquod horum vulgarium refert eam tertiam personam, quæ est agens in verbo, undè regitur illud vulgare, vt latri non castigano i loro figlioli. Hæc est vera reciprocatio, quia illud vulgare *loro* refert, li latri: significat enim figlioli d'essi latri, & ideò fit per reciprocum suus: latrones non castigant suos filios. At si dicemus: la giustitia castiga i latri, e i loro figlioli, nulla esset reciprocatio, quoniam illud vulgare *loro* non refert la giustitia, quæ est agens in verbo *castiga*, undè regitur ipsum vulgare *loro*, ac ideò non fit per reciprocum suus, a, um sed per is, ille, &c. quæ ponuntur in genitiuo, vel singulari, vel plurali pro ratione antecedentis, vt iustitia castigat latrones, & filios eorum.

Composita est quando horum vulgarium refert eam

am personam, quæ est agens in primo verbo, vt mio padre mi scriue, ch'egli habbia compito i suoi negotij, vulgare reciprocum *egli* refert *mio padre*, qui est persona tertia agens in primo verbo *scriue*, ac deò fit per relatiuum reciprocum sui. Meus pater me scribit se omnia negotia absoluisse.

Si verò illud vulgare non refert personam agentem in primo verbo, nulla est reciprocatio, vt voi già conoscete la diligenza di mio padre, e perciò pensate, ch'egli habbia compito tutti i negotij. *Egli* nunc non refert *voi*, quod est agens in verbis principalibus *conoscete*, & *pensate*, à quibus vulgare illud penderet, ac ideò non fit per reciprocum sui, at per ille, is, ipse &c. vt vobis iam comperta meipatris sedulitas, & hinc confecit illū omnia negotia absoluisse. Hinc.

Notandum, quòd in prima, & secunda persona, tàm singularis, quàm pluralis numeri nunquam cadit reciprocatio.

Relatiuum substantiæ duplex est, identitatis, & diuersitatis. Relatiuum identitatis est illud idem, quod antecessit, simpliciter refert, & concordat cum antecedente in genere, & numero, præter *suus a, um*. vt Plato, qui fuit doctissimus suæ ætatis Philosophorū docuit Aristotelem, & is idem Socratis fuit discipulus. *Ly, qui, is, idem* sunt relatiua identitatis. Identitatis relatiua sunt, *qui is, suus, ipse, sui, ille, idem.*

Diuersitatis est illud, quòd refert antecedens formaliter diuersum à consequente, sed sub eodem genere, vel specie esse demonstrant, vt fugio leones, & alia animalia, nam significo leones esse alia animalia, cum animal sit genus comprehendens sub se etiam leones, tamen sunt diuersi, quia alia animalia non sunt leones. Item cerno hunc leonem, & cæteros leones, sis sub eadem specie, quia leo est species respectu animalis, & tamen est quoddam diuersum, quia cæteri leones non sunt hic leo, quem cerno, & sunt *alius, alter, reliquus, & cætera.*

Relatiuum diuersitatis, & suis concordant cum subsequenti in genere, numero, & casu; vt placet mihi Cicero, & alij oratores. Antecedens huius relatiui alij est Cicero, & tamen concordat cum oratores. Rogat te Petrus, vt defendas causam suam.

Relatiuum accidentis, vt diximus, est illud, quod refert antecedens adiectiuum, & cum sequenti substantiuo concordat. Sunt vndecim. *Talis, & qualis. Tantus, & quantus. Tot, & quot. Toties, & quoties. Quotus. Quoteni. Quotuplex. Quotuplus. Quotennis. Cetius. &c. & cuias.*

DE RELATIVO QVALIS.

QValis refert antecedentia adiectiua qualitatis. Qualitas à tribus sumitur rebus, ab animo, vt *bonus, malus, callidus, doctus, prudens, sapiens, &c.* à corpore, vt *pulcher, turpis, niger, albus, flauus, calidus, &c.* à fortuna, vt *pauper, diues, fortunatus, felix, infelix, &c.*

Italica huius relatiui sunt, *quale, tale, siccome, così, di quella qualità che, non altrimente che, niente di meno che, di che qualità, di che foggia, di che sorte, di che maniera.*

Correlatiuum eius est Talis, & semper debet concordare cum substantiuo subsequenti, vt nigri sunt tui oculi, quale meum mancipium, vel *vt, sicut, quemadmodum, ceu, non aliter ac* meum mancipium, vel *sicut* mei mancipij. Tui capilli sunt flaui quale aurum. Tua facies est nigra quale atramentum. Tua facies est nigra qualia corpora Æthiopum. Qualis pulcher calis filius. Quale cor, tales sermones.

Talis pulchrè subticetur. Quantitatis. *Quis non habet vasculum aliquod fictile, quale nunquam vidisti.*

Qua-

Qualis interdùm vim quantitatis habet. Iuuenal Saty. 11. *nemo inter curas, & seria dux habendum, qualis in Oceano fluctu testudo tonaret*, ideſt quanta. Macrob. lib. 1. Saturn. *Tanquam qualem Aegyptij profe-runt.*

Dices. Relatiua accidentia possunt concordare cum subsequenti; vt Horat in Epodo inquit: *Sed incitat me pectus, & mamma, tumens equina quales obtera*; ergo concordare potest non tantùm cum subsequenti substantiuo, verùm etiam cum antecedenti.

Respondetur, quòd Horatius fecit hoc licentia poetica, quod rarum est, & sic minimè vsurpandum.

DE RELATIVO QVANTVS.

QVantus refert adiectiua quantitatis excessus, vel diminutionis, vt *magnus, parvus, longus, brevis, latus, angustus, altus, profundus*, &c.

Correlatiuum eius est Tantus, vt pater tua parua est, quantus Pomilio; Pater verò magnus, quantus erat Poliphemus. Tuus amicus est longus, quanta turris. Tanta est alta vna soror, quanta est altera.

Quantus pro quot nonnunquam inuenitur apud Claud. de rapt. Proserp. *Quantus truncatior austeri ecidit arboribus frondes*, ideſt quot.

Si adiectiuum qualitatis, quantitatis adiectiuo coniungatur per vtrumque respondendum est, vt Lucretia bella, & alta come il mio amico, Lucretia est pulchra, & alta talis, & quantus meus amicus.

DE RELATIVO QVOT.

QVot significat *quanti* numeri pluralis, & generis omnis, sed est adiectiua numeralia cardinalia, vt *Vnus, duo, tres, quatuor, quinque, sex, septem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim, septendecim, vel decem, & septe, decem, & octo, vel duo deuiginti. Decem, & nouem, vel vndeuiginti, viginti. Viginti vnus, vel vnus, & viginti, viginti duo, vel duo, & viginti, viginti tres, vel tres, & viginti, viginti quatuor, vel quatuor, & viginti, viginti quinque, vel quinque, & viginti, viginti sex, vel sex, & viginti, viginti septem, vel septem, & viginti, viginti octo, vel duo de triginta, viginti nouem, vel vnde triginta, triginta. Triginta vnus, vel vnus, & triginta, triginta duo, vel duo, & triginta, triginta quatuor, vel quatuor, & triginta, & sic de cæteris.*

Decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum.

Centum, ducenti, a. trecenti, a. a. quadringenti, a. a. quingenti, a. a. sexcenti, a. a. septingenti, a. a. octingenti, a. a. nongenti, a. a. mille.

Mille, duo millia, tria millia, quatuor millia, quinque millia, sex millia, octo millia, nouem millia,

Decem millia, viginti millia, triginta millia, quadraginta millia, quinquaginta millia, sexaginta millia, octoginta millia, nonaginta millia, centum millia, & sic de cæteris numeris, quos qui vlterius optat, Sicinianum, aliosque grammaticos legat.

Correlatiuum eius est tot, significat tanti, & tam relatiuum quot, quam tot est indeclinabile. Quante stelle ha il Cielo, tante donzelle ha Roma. *Quot Cælum habet stellas, tot habet Roma puellas.* Quanti danari ha tuo padre? Quot nummos habet tuus pater? Quanti caualli hai comprato? Quot equos emisti? Centum. Tu hai trenta serui come ha il Prencipe.

Tu

Tu habes triginta seruos, quot habet Princeps.

Quotieleumque numerus singularis huic relatiuo correspõdet, non fit per quot, sed *sicut, velut*, &c. vt tu hai vn libro come hà Carlo. Tu habes vnum librum, sicut Carolus.

Notandum primò, quòd vnus, duo, tres declinantur, vt tu habes vnum ieiunum, duas ancillas, & tria mancipia. A quatuor vsque ad centum non declinatur, & sunt omnia generis, vt tu habes quatuor seruos, quinque ancillas, & sex mancipia. Post verò centum, vt *ducenti, æ, a. trecenti, æ, a. quingenti, æ, a.* declinatur, vt *boni, bonæ, bona.* vt habeo ducentos seruos, trecentas ancillas, & quadringenta mancipia.

Notandum secundò, à decem ad viginti vulgaris ordo sequitur sine copula, à viginti vsque ad centum quando numerus maior præcedit, non est necessaria copulæ appositio, vt emi viginti duos equos, triginta cameles, &c. Attamen quando numerus minor præcedit, copula necessariò requiritur, vt emi duos, & triginta equos, quatuor, & triginta cameles, &c. Sed supra centum, siue numerus maior, siue minor præcedat, semper copula necessaria est, vt habeo centum, & decem nummos aureos, vel habeo decem, & centum nummos aureos.

Notandum tertiò, quòd *mille* sit adiectiuum, & substantiuum; quando sit adiectiuum est declinabile, vt quatuor, & requirit casus verbi, vt hò mille seruj, mille fanteschę, e mille schiaui. Habeo mille seruos, mille ancillas, & mille mancipia: quando sit substantiuum declinatur, vt hoc cornu, in singulari, est declinabile per omnes casus dicitur *mille*, in plurali sit *millia*, genit. *millium*, dat. *millibus*, &c. & genitiuum requirit, & verbum concordatur cum mille, vel millia, vt io hò mille pecore. Ego habeo mille ouium. Sono stati presi mille soldati. Captum est mille militum. Il tuo maestro hà riceuuto doi millia libri. Tuus magister accepit duo millia librorum. Sono stati ca-

gliati à pezzi quattromilia Francesi. Trucidata sunt quatuor millia Gallorum. Ex hoc relatiuo oriuntur aduerbia numeralia.

DE RELATIVO QVOTIES.

QVoties significat numerum aduerbialem, cuius italicum est, quante volte. Correlatiuum est toties, quod significat tante volte. Numeri aduerbiales huic relatiuo correspondentes sunt. *Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, nouies, decies, undecies, duodecies, tredecies, quatuordecies, quindecies, sexdecies, decies septies, vel septies decies, duodeuicies, undeuicies. Vicies semel, vel semel & vicies, vicies bis, vel bis & vicies, vicies ter, vel ter & vicies, & sic procedendo vlterius.*

Deciesvicies, tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies.

Centies, ducenties, trecenties, quadrigenties, quingentiesies, sexgenties, septingenties, octingenties, nongenties.

Millies, bismillies, termillies, quatermillies, quinquies millies, sexies millies, septies millies, octies millies, nouies millies.

Decies millies, tricies millies, quadragies millies, quinquagies millies, sexagies millies, septuagies millies, octogies millies, nonagies millies.

Centies millies, centomila volte. *Decies centies millies* mille milla volte, ò vn milione. *Vicies centies millies* due milioni di volte. *Tricies centies millies*, trè milioni di volte. *Ducenties centies millies* ducento milioni di volte, &c.

Quante volte tu parli, tante volte fai errore. Quoties tu loqueris, toties erras. Ouid. in epist. Ariadn. *Et quoties ego te, toties locus ille vocabat.* Voi sete andato

to à Roma vna volta, ma io cento. Vos iuistis Romã semel, sed ego centies. Tu magni due volte il giorno, come fà Franceſco. Tu edis bis in die, quoties Franciſcus.

Notandum primò, quòd cum agitur de re, quæ eſt eadẽ, & repetitur, eſtò diuerſa videatur, hoc relatiuo aduerbiali vtimur, vt quante Aue Marie, & quanti padri noſtri hai detto? quoties ſalutationem angelicam, & orationem dominicalem recitauiſti? Tu hai detto cinque Padri noſtri, e cinque Aue Marie alla paſſione di Chriſto. Tu recitauiſti quinquies orationem dominicalem, & quinquies ſalutationem Angelicam ad honorem paſſionis Chriſti. Io hò cantato dieci Credi. Ego cantaui decies Symbolum Apoſtolorum. Quel nouitio hà detto mille Salue Regine. Ille nouitius millies recitauit Antiphonam ad Beatam Virginem. Io recitando l'officio hò detto quattordeci Magnificat. Ego officium recitans recitaui decies quater Canticum B. Mariæ. La tua penitenza è che dichi cinque Miſerere, e dieci De profundis. Tua pœnitentia eſt, vt recites quinquies pſalmum Miſerere, & decies Pſalmum De profundis. Io hoggi deuo dire quattro Corone alla Madonna. Ego hodiè recitare debeo quater exacto giro calculorum orationem dominicalem, & Salutationem Angelicam in honorem Virginis Mariæ.

Notandum ſecundò hoc genus loquendi inueniri in hoc relatiuo. Vno via vno fà vno. Singula ſemel conficiunt vnum. Due via due fan quattro. Bis bina conficiunt quatuor. Tre via tre, ò vero due volte tre fan noue. Ter terna conficiunt nouem. Quattro via quattro fan ſedeci. Quater quaterna conficiunt ſexdecim. Dieci via dieci fan cento. Decies dena conficiunt centum. Cento via cento fan mille. Centies centena conficiunt mille; & ſic de cœteris.

Zero via zero, porta zero. *Ex nihilo nihil fit.* Aduerte, quòd vnus non eſt numerus, ſed principium numeri,

meri, vt diximus, atq; non est, neque principium numeri, neque numerus, sed post numerum perficit numerum. Da dieci, leua quattro, resta no sei. Ex decem deme quatuor, residuum est sex. Da quattro andare in dieci, ce ne vogliono sei. Ex quatuor procedendo in, vel ad decem, deficiunt sex.

DE RELATIVO QVOTVS.

QVotus a. m. est relatiuum significans numerum ordinalem, eius Italicum est, alli quanti a che ordine. Numeri ordinales huic relatiuo correspondentes sunt. *primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, duodecimus, tertius decimus, quartus decimus, quintus decimus, sextus decimus, vel decimus sextus, decimus septimus, duodeuigesimus, vel decimus octauus, vndeuigesimus, vel decimus nonus.*

Vigesimus, alter, & vigesimus, vel primus vigesimus, vel vigesimus primus, secundus, & vigesimus, vel vigesimus secundus, tertius, & vigesimus, quartus, & vigesimus, quintus, & vigesimus sextus, et vigesimus, septimus. & vigesimus, duo detrigesimus, vel vigesimus octauus, undeuigesimus, & vigesimus nonus, trigesimus.

Decimus primus, decimus secundus, &c. Vigesimus primus, vigesimus secundus, &c. & sic de reliquis. *Trigesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, nonagesimus.*

Centesimus, ducentesimus, trecentesimus, quadringentesimus, quingentesimus, sexcentesimus, septingentesimus, octingentesimus. nongentesimus.

Millesimus, bismillesimus, termillesimus, quatermillesimus, & sic vlterius progrediens.

Hoc relatiuum suo correlatiuo caret, & non co-

re-

respondet *totus*, quia non est in vsu: sed quoties datur italicum per correlatiuum, correspondet hoc aduerbium, *pariter*, vt alli quanti sedi tu in choro, alli tanti io sto à tauola. Quotus tu sedes in choro, pariter ego accumbo.

Hoc relatiuo semper in numero singulari vsurpatur, sed aliquando in plurali cum nominibus, quæ singularem non habent, vt primæ nuptiæ, secundæ litteræ, tertiæ nundinæ, quartæ excubiæ.

Ex hoc numero ordinario aduerbia eueniunt, vt *primò, secundò, tertiò, quartò, decimò, centesimò, millesimò.*

Che luoco tieni tù trà i scolari? Quotus discipulus es? Quotus es discipulorum? inter discipulos? vel ex discipulis? alli quanti sedi appresso il maestro? Quotus sedes à præceptore? Sedo al primo luoco. Sedeo primus. Sono il quarto à sedere. Sedeo quartus. Significat enim quandoque vltimus ex illo numero, vt tertius, vltimus ex tribus. Quartus, vltimus ex quatuor. Quandoque verò quemlibet, vt quorumpasce tem bouorum habuisti? che parte? Habui sextam, octauam, &c.

Quando dicitur, tu stai dopò, ò appresso li sei à tauola, sit, tu accumbis septimus. A che luoco stà tuo padre, appresso l'vno, ò dopò li doi? Quotus accumbit tuus pater, secundus, an tertius?

Hoc relatiuum caret numero plurali, vt diximus, ideò in tali numero non fit, vnde si datur, fit huiusmodi: Io stò in choro alli trè, come stanno gl'altri. Ego in choro sedeo tertius, quo ordine sedent cæteri. Quelli stanno à tauola, alli quattro. Illi accumbúc in quarto loco.

Quando dicimus, l'vltimo delli quattro fit quartus, l'vltimo delli dieci, fit decimus, l'vltimo delli centò, fit centesimus. L'vltimo de' quindeci miei scolari non finì il corso della grammatica. Decimus quintus ex meis discipulis non complenit grammaticam.

No-

Digitized by Google

Notandum primò, quòd quando in hoc relatiuo erit italicum, *d'ogni, fit quisque, quæque, quodque*, & cõcordatur cum eodem numero in genere, & casu, vt d'ogni dieci serui appena vno si troua, che obedischi il padrone. Decimus quisque seruus vix reperitur, qui domino obediat, D'ogni quindeci libri, tu ne studij vno. Decimoquinto cuiq; libro tu studes. D'ogni venti femine appena ne troui vna casta. Vigesimam quamque fœminam vix reperis castam. D'ogni cento huomini appena ne troverai vno senza il mal Frãcese. Centesimum quemque hominem vix lue Venerea laborantem inuenies. D'ogni mille galline, tu ne portarai vna al maestro. Millesimam quamq; gallinã tu feres magistro.

Sed si aderit relatiuum *qui, quæ, quod*, addemus *ille, illa, illud*, more distributiuorũ, vt d'ogni cento agnelli, che tu hai riceuuto, ne mandarai vno all'amico. Centesimum quemque agnum ex illis, vel illorum, quos recepisti, mittes amico.

Sed si dicemus, d'ogni dieci, ne mandarò quattro, d'ogni cento quindeci, non fit per hoc relatiuum, sed per relatiuum quoteni, vt infra dicemus.

Quotusquisque, quotaquæque, quotumquodque ponitur interrogatiuè, & significat nullum, aut rarum, vt quotaquæque mulier est casta? quotocuique vestrum placet studere?

Notandum secundò, quod *à che* iuncta numero ponitur in ablatiuo, tàm in interrogatione, quàm in responsione, vt à che hora, à che giorno, à che mese, à che anno. Exempli gratia: A che hora, à che giorno à che mese, à che anno Francesco partì da Napoli? ad vn'hora di notte, quattro giorni arriuato suo fratello, alli venticinque del mese di Gennaro, &c. Quota hora, quoto die, quoto mense, quoto anno Franciscus discessit Neapoli? Prima hora noctis, quarto die postquam peruenit suus frater, vigesima quinta die Ianuarij, &c.

Sic

Sic quoque *alli, che*, vt alle sette hore di notte parti l'amico. Septima hora noctis discessit amicus. Io sempre mangio alle vent'hore. Ego semper vescor vigesima hora diei. Che hora è, o vero quante hore sono? Quota hora est? Quante hore sono sonate? Quota hora significata est? sono diecidotto hore. Decima octaua hora est. Come sonano sono venti. Instat vigesima hora. Adesso sonaranno vēti due hore. Iam iam instabit vigesima secunda hora. Quanti n'habbiamo del mese? Quotus dies est mensis? Alli quaranta giorni li cagnolini aprono gl'occhi. Quadragesima die catelli aperiunt oculos. Alli sette mesi li figliuoli incominciano à rimettere i denti. Septimo mense infantes incipiunt dentire. Alli quarant' anni vn'huomo si puol dire esser vecchio. Quadragesimo anno homo potest dici senex. Alli quant'anni prendesti moglie. Quoto anno duxisti vxorem? Alli quanti colpi tagliaresti quest'arbore? Quoto ictu hanc recideres arborem? Alli quanti feriti uccidesti il tuo inimico? Quoto vulnere tuum occidisti inimicum? Alle sette ferite spirò. Septimo vulnere expirauit. Alli trè gridate colui, che dormiua si suegliò. Tertiò clamore dormiens expergectus fuit.

Notandum tertiò. Quòd *ogni* iunctum cum numero fit *quoto, quota, quoto* in ablatiuo, & additur *quisque, quaque, quodque*, in eodem casu, vt tu ti confessi ogni prima di mese. Primo quoque die mensis tu confiteris peccata tua. Ogn'otto giorni tu ti laui la faccia. Octauo quoque die tu abstergis faciem. Ogni ventiquattro hore tu magni vna volta. Vigesima quarta quaque hora tu semel vescris. Ogni venticinque anni è il Giubileo. Vigesimoquinto quoque anno est Iubilæum. Si additur *ad*, vt ad ogni, & iungitur cum numero, & nomine eodem modo fit, vt ad ogni quattro parole fai errore. Quarto quoque verbo erras. Ad ogni dieci pedate caschi.

schi. Decimo quoque passu cadis. Ad ogni venti gridate tu perdi la voce. Vigesima quaque vociferatione vocem amittis.

In hac regula sunt etiam hi loquendi modi. Sono trè anni, che non hò veduto l'amico. Tertius annus agitur, cum non vidi amicum. Vel tres anni præterierunt. Vel ab hinc duos annos. Vel duobus annis. Da quì à quattro mesi verrà l'amico. Ab hinc quatuor mensibus, vel quatuor menses veniet amicus. Da quì à quanto sarà Pascha? Quòad aderit Pascha? vel post quot dies erit Pascha? Venti trè anni sono che partij dal Paese. Vigesimus tertius agitur annus ex quo a Regione discessi. Da quì à quindeci giorni mangiaremo carne. Post quindecim dies, vel decimo quinto post die vescemur carne. Di quanti anni sei? Quotum annum agis? Credo, che habbi quattordeci anni. Credo te agere, vel attingere decimum quartum annum. Di quanti anni era tuo fratello, quando audò alla guerra? Era di vent' anni. Quotum annum agebat tuus frater, quando profectus fuit bellum? Agebat vigesimum annum.

Quotus pro paruo, vel minimo sæpiculè inuenitur. Senec. epist. 91. *Nos inter quos frequenter ista nunciantur quota pars hominum sumus.* ideſt minima. Martial. lib. 1. *Cæsaris hæc nostri pars est quota.* Iuuenal. *Quota portio faecis Achææ.* Ouid. in epist. Helen. ad Paris. *Et sequatur recni pars quota quæque sui.*

Ab ordinalibus deriuantur ista, quæ ex eorum ordine sunt, vt *primanus*, del primo ordine. *Secundanus* del secondo ordine. *Tertianus*, *quartanus*, *quintanus*, *sextanus*, *septimanus*, *optimanus*, *nonanus*, *decumanus*, &c. Tertiana febris, quę tertiò quoq; die recurrit quartana, quæ quarto, quintana, quæ quinto, &c. Hinc tertianarius, a. m. quartanarius a. m. qui febre tertiana, vel quartana laborat.

DE RELATIVO QVOTENI.

QVoteni æ. a. est relativum numerum distributivum, vel collectivum significans, est numeri pluralis, cuius Italicum est, *a quanti*, correspondens *singuli æ. a.* ad vno, ad vno. *Bini æ. a.* à doi, à doi. *Seni, quaterni, seni, septeni, octeni, noueni, deni, deni singuli, deni bini, deni terni, deni quaterni, deni quini, deni seni, deni septeni, deni octeni, noueni, deni.*

Viceni, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni. *Centeni, ducenteni, trecenteni, quadringeni, quingeni, et sexcenti, septingeni, octingeni, nongeni.*

Milleni, bis milleni, ter milleni, quater milleni, quinquies milleni, sexies milleni, octies milleni, nouies milleni, decies milleni, vicies milleni, centies milleni, ducenties milleni, millies milleni, bis millies milleni, &c.

Caret suo correlativo, nam non dicimus *quoteni*, sed respondendum quo ordine, vt *quoteni* andate à doi à doi come i monaci. *Vos ambulatis bini*, quo ordine ambulant monachi. *A quanti* andate caminando li spagnoli per Napoli? caminano à dieci, & à venti insieme. *Quoteni ambulant Hispani Neapoli? Ambulant deni, & viceni. A quanti* caminano li Domenicani per la città, à tanti caminano li Francescani. *Quoteni Dominicani perambulant Ciuitatem?* eo ordine ambulant Francischani. Li pesci vanno per mare à mille, & à diecimila insieme, come li turni. *Pisces eunt per pelagum milleni, & decies milleni*, quo ordine vadano Turni. Le semine della pestra patria quando stanno à sorno al mosto caminano il vnolo à quatro, à quatro. *Nostrates milleceuenitrecenti mantes caduceiquaterni. Neniam conuiuium.* Li scolari furono proui à dieci, à dieci. Mandò à capo fuoco dentro lo barco li discepoli à dieci, à dieci, & gouernò diligentemente.

Notandum primò, quòd quando dicimus: Decem aurei dati sunt militibus. Significamus totam legionem simul accepisse tantùm decem aureos. Deni aurei dati sunt militibus. Significamus singulis esse datos decem aureos. Dictaui discipulis terna themata, ideſt singulis tria. Dictaui tria themata, ideſt omnibus simul tria tantùm. Itaque *vno per vno, due à parte, trè per testa, quattro per huomo*, fit singuli, bini, terni, quaterni, &c. & ponuntur in casu verborum, vt il maestro dà cinque bastonate per vno alli scolari. Magister dat quina verbera singulis discipulis. Io darò à miei figli dieci nocelle per vno, e cinque fichi secchi à parte. Ego dabo denas avellanas, & quinas ficus siccas meis filijs, vel dabo decem avellanas, & quinque ficus siccas singulis meis filijs. Noi daremo dieci docati per vno à poueri. Nos dabimus denos nummos aureos pauperibus, vel decem nummos aureos singulis pauperibus.

Notandum secundò, quando dicimus: ogni due, ogni trè, d'ogni quattro, d'ogni cinque, &c. additur quique, quæque, quodque, & ponitur in casu verbi, vt ogni mille serui sequono vn padrone. Milleni quique serui dominum sequuntur. Ad ogni dieci pastori li donò mille pecore. Denis quibusque pastoribus dono mille oues. Quando dicimus d'ogni dieci, d'ogni venti, &c. ne piglio, ne mando, ne regalo, &c. vno fit per relatiuum quotus, vt diximus, vt d'ogni dieci pecore n'hà pigliata vna il lupo. Decimam quamque ouem subripuit lupus. Sed quando dicimus, d'ogni dieci, d'ogni quindeci, &c. ne piglio, ne mando, &c. due, trè, quattro, cinque, sei, &c. fi per hoc relatiuum quoteni, & ponitur in ablatiuo cum præpositione ex, & illud, quod accipitur, mittitur, &c. ponitur in casu verbi, vt d'ogni dieci pecore, quattro n'hà vccisо il lupo. Ex denis quibusque ouibus, quatuor occidit lupus. D'ogni mille donne à pena ne trouo cento caste. Ex milleris quibusque mulieribus vix reperio centum castas.

No-

Digitized by Google

Notandum tertiò, quando dicimus Io mangio li lupini à dieci à dieci, e tu pigli li cerasi à quattro, à quattro, fit ego comedo lupinos, vel vescor lupinis in denos, & tu capis cerasa in quaterna. Io hò contato cento docati à cinque à cinque. Ego numerauí centum nummos aureos in quinos.

Notandum quartò, quod vulgaria pretij quando significant instrumentum ponderis v.g. grano, scrupulo, dramma, oncia, libra, rotolo, cantaro; ponuntur in ablatiuo, & instrumentum penderis in accusatiuo cũ præpositione in, & additur singuli. v.g. vt hò compraro la china china à dieci carlini l'oncia. Emi corticem Peruuianum denis carolenis in singulas vncias. Noi comprauamo la carne di vitella à cinque grana la libra. Nos emebamus vitulinam quinis assibus in singulas libras, vel emebamus singulas libras carnis vitulinæ quinis assibus. Hieri comprai l'oua vn torneſe l'vno, & hogi doi torneſi. Heri emi singula oua singulis semi assibus, & hodiè emi ea singula singulis assibus. Il macellaro vende la carne ad otto grana il rotolo. Lanius vendit octo assibus in singula sestertia carnem. Vel vendit singula sestertia carnis octo assibus. Eodem modo fit l'hora, il giorno, il meſe, l'anno, vt io guadagno doi carlini l'hora, e tu doi docati il giorno. Ego lucror binos carolenos in horas, vel in singulas horas, tu verò binos aureos in singulos dies.

Notandum quintò, quod in hoc relatiuo quoteni sunt hi loquendi modi: Franceſco hà dato venti docati per vno alli ſuoi ſerui, in due paghe dieci docati la volta. Franciſcus dedit ſuis ſeruis vicenos aureos semel, atque iterum denos. Io ti pagherò cinquecento docati in trè paghe, ò in trè volte, ò in trè partite, vna volta cento, l'altra volta trecentotrenta, e l'altra volta ſettanta. Ego ſoluam tibi quingentos aureos ter ſoluendo, primò centenos, ſecundò trecentenos, tricenos, & tertiò ſeptuagenos. Vel tribus ſo-

Digitized by Google

lutionibus prima centenos, secunda tercentenos, tertia septuagenos. Vel potest fieri pro latiuum quot, vt soluam tibi quingentenos mutuo prima solutione centum, secunda tercentum quarta, tertia verò septuaginta. Antonio ha pigliato vsura mille scuti à dodeci per cento l'anno, ... nius accepit fœnoris mille aureos, pro quibus ... duodenos aureos in singulos centenos, vel solu... duodenos in centenos singulis annis. Tu mandasti dieci para di pollastri all'amico. Tu mittes amico decies binos pullos. Quello ti mandarà vn paro di capretti. Ille tibi mittet binos hædos. Quanto si vende la dozina delle zagarelle? Quanti venduntur singulæ in singula duodena? Lo centinaro degl'agli vale cinque grana. Acus venduntur quinque assibus in singula centena.

Notãdum vltimò, quod legitur quoteni pro ... sed non pro interrogatiuo numeri distributiui, vt quotenos habes filios, idest quot. Trini pro terni quandoque accipitur. Cic. ad Att. *litteræque trinæ*. Sæpissimè autem pro tres. Tacit. *Trina bella ciuilia*. Plin. *trinos soles antiqui sæpè videre*. Quadrini pro quatuor. Idem lib. 20. *Quadrinis diebus soluta*

DE RELATIVO QVOTVPLEX.

RElatiuum quotuplex significat di quanti doppi, di quante maniere, di quanti sorti, respondetq; ei numerus multiplicans, vt *simplex, duplex, triplex, quadruplex, quintuplex, sextuplex, septuplex, octuplex, nouuplex.*

Decuplex, vndecuplex, duodecuplex, tredecuplex, quaterdecuplex, quindecuplex, sexdecuplex, septendecuplex, tredecies duplex, quatuor decies duplex, quindecies

ties duplex, sex decies duplex, septies decies duplex, octies decies duplex nouies decies duplex.

Vicies duplex, tricies duplex, quadragies duplex, quinquagies duplex, sexagies duplex, septuagies duplex, nonagies duplex.

Centuplex, biscentuplex, tercentuplex, quater centuplex, quinquies centuplex, sexties centuplex, septies centuplex, octies centuplex, nouies centuplex.

Millecuplex, bismillecuplex, termillecuplex, &c. multiplex.

Hoc relatiuum habet sua abuerbia multiplicantia, vt simpliciter, tripliciter, quadrupliciter, multipliciter, &c. bifariam, trifariam, quadrifariam, multifariam, &c.

Caret suo correlatiuo, nam totuplex apud probatos authores non reperitur, vnde si datur thema per correlatiuum, vt di quante maniere è la diffinitione, di tante maniere è la diuisione, si quotuplex est diffinitio, tot modis est diuisio, vel quot modis est diffinitio, tot modis est diuisio.

Di quanti modi, maniere, doppie, foggie, sorti, &c. è la diffinitione? quotuplex est diffinitio? La diffinitione è di due maniere, della cosa, e del nome. Definitio duplex est, rei, & nominis. La distintione è di trè, di quattro, di cinque, e sei modi. Distinctio est triplex, quadruplex, quintuplex, & sextuplex. Tu porti il giubbone senza fodera. Tu fers thoracem simplicem. Io hò vesti di sette sorti. Ego habeo vestes septuplices.

Quando hoc relatiuum iungitur verbis fit per aduerbium, vt io scriuo di cento, e mille maniere, e tu parli di due, e trè sorti. Ego scribo centupliciter, & millecupliciter, tu verò loqueris dupliciter, & tripliciter.

Hæc relatiua multiplici pollent intellectu alias sunt numeralia. Ouid. 8. met. *In flammas triplices posuere sorores*, idest tres. Virg. *Duplices tendens ad sydera*

ea palmas, ideſt ambas. Alias multiplicationem formæ præſeferunt. Sueton in Neron. *Certamen triplex, muſicum, gymnicum, & equeſtre.* Alias multiplicationē materiæ. Virg. 12 Æn. *Clypei extremos ſeptemplicis orbes*, ideſt conſtantis ſeptem orbibus. Alias ſapiunt vim comparatiuam Liu. lib. 34. *Duplex ſtipendium accipere, quam quantum à Tudertanis pepegiſſent.* Duplex, ideſt duplo maius, vel bis plus.

DE RELATIVO QVOTVPLVS.

RElatiuum quotuplus denotat exceſſum numeri, menſuræ, vel ponderis. Oritur ex relatiuo quotuplex. Eius italicum eſt, vna volta tanto più, due volte tanto, due volte più, &c. Caret ſuo correlatiuo; nam non legitur totuplus.

Correſpondet ei numerus multiplicatiuus, vt *ſimplus, ſexquiplus, duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, ſexcuplus, ſeptuplus, octuplus, nonuplus.*

Decuplus, undecuplus, duodecuplus, tredecuplus, quaterdecuplus, quindecuplus, ſexdecuplus. Vigecuplus ſimplus, duplus, triplus &c.

Trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus, ſexagecuplus, ſeptuagecuplus, octogecuplus, nonagecuplus.

Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, quadringentuplus, quingentuplus, ſeptingentuplus, octingentuplus, nongentuplus. Millecuplus, biſmillecuplus, terſmillecuplus, &c.

Hoc relatiuum eſt numeri ſingularis, aliquando verò numeri pluralis. Quanti ſerui hai tu più di Licio? Quotuplos famulos tu habes pluſquam Lucius? Hò ſeminato cento tumula di grano, e n'hò raccolto dieci tanti. Seui centum medimnos frumenti, & percepi decuplum. Chi dà vn denaro à pouero, ne rice-

ue-

Digitized by Google

verà cento tanti di più. Qui dat denarium pauperibus, accipiet centuplum. L'amore, che io porto all'amico è mille volte più del tuo. Amor, quem ego fero amico est millecuplus, quàm tuus.

Quando adest comparationum cum his numeris, ponitur hic numerus in ablativo quia excessum significat, vt io sono più dotto di te dieci volte tante. Ego sum doctior te decuplo.

Triplicem hoc relativum habere significationem obseruatum est; nam est, cum simplum exponitur semel tantum, duplum bis tantum, triplum tertiantum, &c. Fab. lib. 7. *cum duo fures pecuniam abstulerunt seorsum paratim quadruplum, quisque, an duplum debeat?* Plin. lib. 11. *Omnibus forma semper egregia, & duplo quadam cæteris maior*, id est bis tanto. Est cum idem significat, atque simplex, duplex, triplex, & similia numeraliter sumpta. Senec. lib. 1. decla. *duplam pecuniam dabo, alteram pro filio, alteram pro Tyrannicida*. Est cum simplum pro semel plus, duplus, bis plus, &c. Hieronym. in Daniele. *Præcepit Rex, vt succenderetur fornax septuplum, quàm succendi consueuerat*, id est septies plus.

DE RELATIVO QVOTENNIS.

RElativum quotennis significat quanti anni, caret suo correlativo, nam totennis non legitur. Huic correspondet numerus annorum, vt *anniculus, bimus, trimus, quadrimus, quimus*, & non vltra. Ex supradictis numeris oriuntur diminutiua, quæ pueris applicantur, vt bimulus, trimulus, quadrimulus, vt meus nepos est trimulus, neptis autem tua quadrimula.

Bimatus quartæ inflexionis spatium duorum annorum, *trimatus, quadrimatus, quimatus*. Itidem hoc *bi-*

nium, ij, triennium, quadriennium, sexennium, septennium, octennium, nouennium, decennium, & non vltra.

Biennis, e. di doi anni, *triennis, quadriennis, quinquennis, sexennis, septennis, octennis, nouennis, decennis*, vt meum oleum est decenne, vt, vel sicut tuum. Io sono di dieci anni. Ego sum decennis. Ego ago decimum annum. Ego natus sum decem annos, vel annis, & ego habeo decem annos. Di quanti anni sei? Quotennis es? Quotum annum agis: vel annis es? quot annos habes?

Biennium, età, spatio di doi anni, *triennium, quadriennium, quinquennium, sexennium, septennium, octennium, nouennium, decennium*, & sunt nomina substantiua.

Annalis, d'vn'anno, biennalis, triennalis, quadriennalis, quinquennalis, &c.

Biduum, spatio di doi giorni, triduum, quatriduum. Sic etiam triduanus, & quatriduanus.

Bimestris, spatio di doi mesi, *trimestris, quadrimestris, semestris, septimestris, octimestris.*

Ad hoc relatiuum numerus in *Arius* pertinet, vt *vnarius, binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, nonarius. Denarius, vndenarius, duodenarius, terdenarius, quaterdenarius, quindenarius, sexdenarius, septendenarius, vel duodeuicenarius, nouemdenarius, vel vndeuicenarius. Vicenarius, trecenarius, quadragenarius, quinquagenarius, sexagenarius. Septuagenarius, octogenarius, nonagenarius. Centenarius, ducentenarius, trecentenarius, quadringentenarius, quingentenarius, sexcentenarius, septingentenarius, octingentenarius, nongentenarius. Millenarius, bismillenarius, termillenarius*, &c.

Lustrum & *olympias, adis*, spatium quinque annorum. *Seculum* verò centum annorum. *Myrias, adis*, numerus decem millium. Decina di migliara.

DE

DE RELATIVO CVIVS. A.M.

CVius a. m. Relatiuum significat possessorem, vel dominum, cuius est res. Italicum est, *di chi*. Refert adiectiua possessiua, vt *Hectoreus, Saturnius, Æneius, Regius*, & pronomina possessiua, vt *meus, tuus, suus, noster, & vester*, & genitiuos substantiuorum, Di chi è questo libro? di Pietro. Cuius est liber iste? Petri. Di chi è questo calamaro? è mio. Cuium est hoc atramentarium? est meum. Di chi è la Vigna, che tu possedi? è del Rè. Cuiam vineam tu possides? Regis, vel regiam. Di chi sono li caualli, che tu hai comprato? cuios equos tu emisti? di chi sono li schiaui, che sono fuggiti? cuia mancipia aufugerunt?

Vel loco huius relatiui possumus vti relatiui generis quis, qua, quod, vt cuius est liber? cuius est atramentarium? Cuius est vinea, quam possides? Cuius sunt equi, quos emisti?

DE RELATIVO CVIAS.

CVias cuiatis proprie refert adiectiua patriæ, vt cuias es? sum Neapolitanus. Refert adiectiua gentis, vel sectæ, seu professionis, & tunc additur specialitas, vt cuias es tu, Italus, an Gallus? Philosophus, an grammaticus? Ad maiorem dilucidationem in ablatiuo apponi solent, *familia, patria, regione, natione, ordine, professione, secta*, & dicet tu cuias es familia, regione, ciuitate, natione, ordine, professione, secta, &c.

Digitized by Google

DE PATRONYMICIS.

PAtronymicum est nomen, quod à proprijs græcorum nominibus deducitur, & significat propriè filium, vel nepotem, filiam, vel neptem primitiui sui, vt Pelides, ideſt Achilles Pelei filius, Laomedontias filia, vel neptis Laomedontis.

Obijcies. Patronymicum deducitur, siue formatur *à matribus*, vt Maiades, Mercurius Maiæ filius. *Ab auis* Æacides, ideſt Achilles Æaci nepos. *A fratribus* vt Phoronis, ideſt Phoronei soror. *A Regibus*, vt Cecropides, Athenienſes à Cecrope Rege. *A conditoribus*, vt Romulides, Romani à Romulo. *A maritis*, vt Menelais, Helena Menelai vxor. *A filijs*, vt Meleagris, Althæa Meleagri mater. *A nominibus vrbium*, vt Colchis, Medea à Colcho. Iliades, Troianæ ab Ilio. *A nominibus Regionum*, vt Teſſalis, quæ à Teſſalia eſt. Sicilis è Sicilia. *Significant interdum fabulam, vel hiſtoriam*, vt Æneis, æneidos, fabula, vel hiſtoria Æneæ. Theſeis Thebais. Ilias ergò falsum eſt patronymicum eſſe nomen, quod à proprijs græcorum nominibus deducitur, & propriè ſignificat filium, vel nepotem, filiam, vel neptem.

Reſpondetur. Patronymicum duplex eſſe vnum proprium, quod ſignificat filium, vel nepotem, filiam, vel neptem, & eſt illud, quod à proprijs græcorum nominibus deducitur, aliud in proprium, & formatur ab alijs, vt *à matribus, ab auis, fratribus, regibus, conditoribus, maritis, filijs, à nominibus vrbium*, &c.

A nominibus latinis non formantur, niſi parciſſimè, & in magno opere, vt Scipiades.

Inuenta fuerunt ob carmina tantùm, in ſoluta itaque oratione vtimur rariſſimè, & cum à doctis fuerint recepta, neque à nobis licet noua effingere.

Quatuor ſunt patronymicorum formæ, quibus lis

ti-

Digitized by Google

tui vsurpantur, in *des* masculini generis, vt Priamides, *as*, *is*, *ne*, fœminini, vt Iliades, Priamis, & Nerine.

In des fiunt à proprijs nominibus primæ, secundæ, vel tertiæ declinationis; nam quarta, & quinta carent proprijs. A primitiuis primæ declinationis *a*, genitiui vtitur in *a*, & additur *des*, vt Maia, Maiæ, Maiades, Æneæ, Æneades, Anchisæ, Anchisades secundum regulam, sed additur *i*, Anchisiades.

A primitiuis secundæ si genitiuus in vnicum *i* desinit, additur *des*, vt Priamus, Priami, Priamides; Si in geminum i finitur, posterius vertitur in *a*, & additur *des*, vt Menetius, Menetij, Menetiades. Si desinit in *ei*, vertitur in *i* longum, vt Theseus, Thesei, Thesides.

A primitiuis tertiæ fiunt à datiuo addita *des*, vt Hector, Hectoris, Hectori, Hectorides. Scipio, Scipiades facit pro Scipionides. Achilles, Achilleidos pro Achillides, & Laertes, Laertiades pro Laertides.

Fœminina in *is*, & *as* formantur à masculinis remota *des*, vt Priamides, Priamis. Laertides, Laertis. Si genitiuus primitiui habuerit *ei* additur *s*, vt Theseus, Thesei, Theseis, dos. Fœminina in ne fiunt à genitiuis primitiuorum addita *ne* penultima longa, vt Adrastus, Adrasti, Adrastine. Si habuerint *ei*, vertitur in *i* longum per Synæresim additur *ne*, vt Neseus, Nerei, Nerine. Si geminum *i* posterius mutatur in *o*, & additur *ne*, vt Acrisius, Acrisij, Acrisione.

DE FIGVRIS.

Figura triplex est constructionis, dictionis, & locutionis. Constructionis ad grammaticum pertinet, & circa grammaticales constructiones versatur.

Digitized by Google

tur. Dictionis ad poetas, & fit in dictione. Locutionis ad poetas, & oratores, & circa loquendi modum, & non congruitatis regulas consistit.

Dico, quòd figura est vitium cum ratione necessitatis, ornatusue gratia permissum.

Objicies. Duo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica efficitur: sed figura est vitium: ergò figura, vel erit Solœcismus, vel Barbarismus.

Respondetur, distinguo minorem; est vitium cum ratione, gratia, necessitatis, vel ornatus concedo minorem; aliter nego minorem; ergò nego consequentiam. Certum est figuram esse vitium, quæ apparenter videtur solœcismus, sed cum ratione propter necessitatem loquendi, & amplificationem, nè latinitatem nimis angustam faciamus; cum rectè loquendi solutæ orationis sit authoritas non coartata, sed laxa nimis. Solœcismus, & Barbarismus sunt verè vitia orationis, nec vlla ratione excusabiles: Est nàque solœcismus vitiosa partium orationis constructio, vt ego studeo grammaticam, pro studeo grammaticæ. Barbarismus, vt Gell. inquit lib. 3. cap. 6. *est dictio, aut omninò barbara, aut latina quidem, sed vitiosa scripto, vel pronunciatione, barbara omninò, & peregrina*, vt perla pro vnione, auiso pro admoneo, &c. vndè

DE BARBARISMO.

BArbarismus dicitur ab hoc nomine barbarus, a, m. quod idem significat, ac dissonans, quia dissonat à vera latinitate. Apud priscos non barbarè, sed rusticè loqui dicebantur, quos nunc barbarismus appellatur. Apud poetas *vide solœcismus* dicitur.

Est barbarismus tribus modis, id est, cum penultima di-

dictionis, quæ producta pronunciari debet, pronunciatur correpta, vt *idolum*, & correpta, producta, vt *Dominus*. Secundò, si barbaris vocabulis quis vtatur, vt si dicat *Soldatum pro milite, guerram pro bello, iteguam pro inducijs*. Tertiò, cum scribat contra orthographiæ normam, vt *vnor, estis, odie*, absque nota aspirationis, &c.

Fit etiam barbarismus *Adiectione* litteræ, vt *Troas relliquias Danaum*. *Pro reliquias, Rolligio pro religio*. Syllabæ, vt *Maurors pro Mars, Induperator pro imperator*. *Detractione* litteræ, vt *minus ineptus, magistruere res quisquam nec magi continens. Pro magis. Libet prius quid sit, scisciari. Pro prius*. Syllabæ, vt *Salmenium pro salsamentum. Reposlum pro repositum. Transmutatione* litteræ, vt *Tymbre pro Tymber*. Syllabæ, vt *displicina pro disciplina*. *Mutatione*, vt *olli pro illi, volt pro vult. Dauid pro Dauid, quit pro quid, maxumè pro maximè*.

Dicesque hucusque, vt barbara tradita sunt, apud selectos, probatosque Latij auctores inuenimus. Sed absonum esset dicere latini sermonis testes, & patres barbarismo fuisse vsos; ergò non sunt bene hic traditi hi modi, quibus effingitur barbarismus. Major probatur: barbara sunt hæc *Gaza, est enim Persicum*, quo vsus est Virg. lib. 3. Æn. *Et gaza latus agresti*. Et Horat. lib. 1. od. 29. *Icci beatis nunc Arabum inuides Gazis. Acinaces, Parthicum, vel Medum*. Horat. lib. 1. od. 27. *Vino, & lucernis Medus acinaces*. Val. Flac. lib. 6. *Insignis manicis, insignis acinace dextra. Petorium habitaculum, quo Belgæ vtuntur, Essedum* ab eisdem inuentum vehiculum, sed apud Gallos, Brittannosque præcipuè receptum, ambo Gallica nomina. Virg. 3. Georg. *Belgica, vel molli melius feret Esseda collo*. Horat. lib. 2. epist. *Esseda festinat, pilenta, petoritaque naues*. Et 1. Serm. *Atque Caballi pascendi ducendo petorita*. *Magalia, seu Mapalia*, vt Seruius dicit Punica lingua casas agrestes Afrorum dicebantur, Virg. 3. Georg. *Raris habita mapalia tectis*. Et 4. Æn. *Alatis tetigit magalia plan-*

118.

ti Liu. 9. bell. Punic. *Familia aliquot cum mapalibus, pecoribusque suis profecti sunt regem.* Ita *Pilentum* Hispanicum, est genus vehiculi ab ipsis inuentum, & Romani vsi sunt ad Sacra, ludosque. Liu. lib. 5. *Gratia ea res, atque maxime senatui unquam fuit; honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra, ludosque carpentis festo, profestoque uterentur.* *Rheda* Gallicum, apud Latinos *Carruca*, vtitur Cic. ad Att. lib. 5. *Hanc epistolam dictauit sedens in Rheda.* Et pro Mil. *Aduersi Rhedarium occidunt.* Sic *boulliari*, pro *tergiuersari*, *uitulari* pro *gaudere*, & horum duorum sexcenta, quæ licet obsoleta, tamen si parcius vtantur lumen afferent orationi.

Syllaba breui pro longa vtuntur, & è contra frequentissimè. Virg. 3 Æn. *Italiam* (prima est breuis, hic longa) Italiam *primus conclamat Achates*. Propert. lib. 4. *Pallucrunt* (longa est hic, hic breuis) *ipso fabra soluta metu.* Virg. 8. Æn. *Feruere Leucatem, auroque effulgere fluctus*. Terent. in Eun. *Menandri Eunuchum postquam Ædiles emerunt.* Sic in *steterunt, prodiderunt, occiderunt*, aliisque longis, fic contra in brevibus *religio, reperti, repulit*, reliquiæ, & sexcentis horum generum.

Adiectione litteræ vsus est Virg. 1. Æn. *Troas reliquias Danaum.* Et 5. *Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos.* Adiecit syllabam Enrius noster apud Tull. de diuin. *Vter esset Induperator*, pro *Imperator*, & Iuuenal. Sat. 5. *Equales tunc equitas ipsum gluttisse putamus Induperatorem.*

Detractione litteræ. Terent. in Andr. *Libet prius, quid sit, scisciari. Proprius.* Idem Adelph. *Nam mirabar, quid hic negoti esset tibi.* Pro *negoty*. Sic *consili, remedi*, ob abiecto vltimo. Detraxit syllabam Virg. 1. Æneid. *Manet alta mente repostum iudicium Paridis*, pro *repositum*. Sic *Ficulnus, eburnus, Dædalus, Æbria*, vbi desiit *e* in penultima. *Abstraxe* deficit *ys*, emisit *em*, abest *s*, &c.

Trans-

Transmutatione litteræ *Thymbre*, pro *Thymber*. *Euandre* pro *Euander*. Virg. 11. Æn. *Thymbre caput Euandrius abstulit ensis*.

Mutatione litteræ *olli* pro *illi*. Virg. 5. Æn. *olli seruus datur operum haud ignara Mineruæ*. Et *volt* pro *vult* frequenter apud Plaut. Terent. aliosq; Comicos.

Respondetur non omnia nomina nata Romæ tantum esse latina, sed etiam quæ apud probatos scriptores vsu recepta sunt, & hoc quò ad illa nomina pro barbaris adducta, quæ barbariem amiserunt, vtè potè recepta.

Quò ad alia dicimus poetas vsos figuratè illis, quæ alias barbara essent; nam cum syllaba ex breui fit longa, est *Diastole*, siuè *Ectasis*, cum ex longa fit breuis est *Systole*.

Epenthesis est cum in medio dictionis littera interijcitur, vt Syllaba alioquì breuis produceretur per positionem, vt *relligio*, vel syllaba interijcitur, vt *induperator*, qui assignant pro exemplo *Mauors* pro *Mars*, *Nauita* pro *Nauta* minus rectè faciunt, nam *Mars*, & *Nauta* per *Crasim* efformantur, vel *Syncopen* (de qua infra) ab illis olim dictis *Mauors*, *Nauita*. *Crasis* illa dicitur, cum duæ plureſue vocales in vnam coaleſcunt, siuè illæ priùs habuerint diphthongum, siuè conſonantis vim. Indè fit quod cum duorum temporum vim vna in syllaba incluſam habuerint reddere syllabam longam, vt *cogo*, *cludo*, *bacula*, *bubus*, *biga*, &c. quæ ante crasim dicebatur *coago*, *claudo*, *boucula*, *boubus*, *bjuga*. Non multum differt *Synæresis* a Crasi, quæ dicitur etiam *Sinecphonesis*, *Epiſynalaphe* illa eſt, quæ ex duabus syllabis vnam componit, retinet tamen duas vocales, non ſubijcit, vt Crasis, ſed in vnum cum profertur cogit. Accidit in diſſyllabis, vt *cui*, *Dy*, &c. quæ proferuntur, vt monoſyllabæ, ſic etiam diſſyllaba fit, *antehac*, *alueo*, *deerat*. Fit triſyllaba Achillei, anteirent. Quadriſyllaba *anteeunte*, *Theodoſius depoſuerunt*. Pentaſyllaba *duodeuiginti*.

Di-

Digitized by Google

Dicimus ad aliud argumenti membrum, cum detrahitur in fine dictionis littera, est *Apocope*, vt *nostin' vidistin'* &c. deficit *e*.

Syncopa cum de medio aliquid tollit, quòd si apud Oratores inuenies (quibus minus, quàm poetis licet his figuris vti) *summum, exercitum, liberum*, in quibus deficit in vltima *er*. *Norunt, cognoram*, pro *nouerunt, cognoueram*. Non sunt barbarismi, cum ab vsitata ipsorum regula loquendi vsu probata non abhorreant.

Metathesis est, quæ litteras transponit, & ordinem permutat, vt *dare circum* pro *circumdare*.

Anthisticon est cum littera pro littera ponitur, hæc ergò alias barbara essent, si figuratè vtamur, vbi suauitas, necessitas, & auctoritas suadet in delitijs, habetur, nam hoc præstat figurata loquendi norma, ita tamen vteris, si diligenter inspicies apud quos auctores inuenias poetas, an Oratores, vt suo poemati, & orationi appingere possis iani iudicij, & maturitate præditi hoc erit, vndè figura est arte aliqua nouata forma dicendi, causa breuitatis, & elegantiæ inuenta.

Item vitia oris, & linguę possunt esse in singulis litteris, nam si *I* crassè, quis pronunciauerit faciet *Iotacismum*. Si *L laudatissimum*. Si *M* plus æquo, *Metacismum* faciet.

Præterea à vocis gracilitate *Ischnotesia*. *Platiasmus* & nimio hiatu vocis. *Chilostomia* fiet cum in summis labijs vox scinditur. Igitur omnia, quæ plus æquo, minusue sonantia ab eruditis auribus respuuntur, vitanda sunt.

Hæc tamen oris, & linguæ vitia potiùs ad Oratorem spectant, quam ad grammaticum, siue litteratum, cuius est (vt Cornelius nepos dicebat in libello quo distinguit litteratos ab eruditis) *Diligenter, & acutè scribere, aut dicere*, non verò ipsi propriè competit agere, seu proferre. Oratorem quippè principalium actionem decet. Tantum Demosthenes actioni attribuit,

huit, vt ierum ; deindè, & tertiò interrogarus, quæ Oratoris præcipua essent, idem semper respondit ; *Actio*; vndè (pace ipsorum litteratorum dixerim) non rectè faciunt, qui emendatè, absolutèque orationis virtuti, & decori affirmant oris, & linguæ vicia officere. *Quid coburnus cum clava?*

Talia vicia in medium produxisse consultò fuit, vt quæ essent ad nostram materiam non spectantia, abiudè innotescerent, ideoque non abhorrens nostra opinio videretur ; tum quoque nè ingenia à bonis cæptis retraherentur, vel hoc naturæ morbo, sermonis puritati obstaturo malè hac de re intelligentia ; vndè admonitos, & exhortatos velim adolescentes hæc vitia Orationis splendori nunquam, vel quidquam detraxisse, nec gloriæ impedimento fuisse. Hoc vitij genere *Aristotelem* philosophorum facilè principem laborasse accepimus, nec quia *Balbus* fuit, sui nominis fama claudicauit, aliosque relinquo apud illustres scriptores memoriæ posterum traditos. Equidem nullum est vitium, quàm hoc magis excusabile, in quo nihil ipsi peccauimus, sed potius naturam, vti nouercam accusare debemus. Quid est aliud nisi affectio, qua loquela abolitur, imminuitur, & deprauatur? Natiua linguæ conformationi oritur si nimis breuis, vel laxa sit, veluti cum fræno suo arctius, vel laxius alligetur, vel etiam si nerui septimi paris, qui ad musculos linguam mouentes, deferuntur, sint malè conformati, & concordes, vel etiam natiua ipsius oris positione.

Sed quomodò huc nolens sum adductus? aliqua profectò vis superior fuit, nam (dicam cum Ouidio in epist. Medeæ) *Nescio quid certè mens mea maius agat*. Attamen dum vis nescio quæ nos huc vocauerit, & iuuat tum sit etiam (ait Horat.) vt quod *Medicorum est promittant medici tractent fabrilia fabri*, ideò dicam de balbutie morbo facta.

Morbo ea tunc est oris, affectio, cum deprauatur à va-

varijs causis, quæ ad morbos similares, organicos, vel communes referuntur. Vndè aduertendum, quòd os quibus continet partes, vt sunt labia, dentes, gengiuæ, palatum, vuula, fauces, lingua, tonxillæ, larynx, & œsophagi principium, & secundum vniuscuiusq; partis læsionem, loquela deprauari potest. Hinc

Labiorum vsus, quò ad præsens, à natura fuit institutus ad vocem, & loquelam, quæ deprauatur, quando labia sunt leporina, vel in ipsis adest aspredo, rhagades, ac vesiculæ, spasmus Cynicus, seù canina conuulsio, seù risus sardonicus.

Dentes ad formandam vocem (vndè infantes nō loquuntur, antequam os dentibus plenum) & præcipuè ad quasdam exprimendas litteras inciſorij cōferunt. Hinc Edentuli quasdam litteras pronunciare nequeunt. V. g. F, & R; vbi lingua ampliata prioribus dentibus innixi debet. Et Edentuli arctè dentes insititios sibi procurant aureo filo vinciendos, vt expeditè has litteras pronunciare valeant.

Gengiuæ quandoque adeò luxuriant, & intumescendo protuberant, vt dentes ferè obtegant, tunc affectus iste Parulis, & Epulis nominatur, qui loquelam viciat. Tentantur quoque laxitate, putredine, & exesione.

Fauces, palatum, larynx, æsophagus, cæteræque in ore contentæ partes, aphthis tentantur, quæ sunt serpentia oris vlcera, puerilis familiaria, de quibus Hyppocrates aph. 24. sect. 3. inquit: *In ætatibus autem talia contingunt, pariis, & nuper natis puerulis, oris vlcera (quæ aphthæ vocantur), vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.* In puerulis aphthæ ab obstetricibus herbæ Alleluya decocto in vino albo perfanantur. In adultis, si vulgaribus adhibitis remedijs non sanantur, à lue Venerea ortum ducant, oportet, & chemiæ ex promptuario expetunt medelam. Supra dictæ oris partes, vt plurimum tumori, erisipelati, inflammationi, & anginæ ob-

obnoxiæ sint, vndè loquela non solùm languet, verùm etiam respiratio tàm difficilis, vt ægris suffocationis immineat periculum, eamque hiante ore aucupari cogantur.

Tonsillæ etiam non sunt immunes ab ægritudinibus, sed inflammatione, tumore & exulceratione infestantur, vbi tantilla hæc corpora satis magnam totì inferunt molestiam, & loquelam vitiant. Hìc effectus est pueris perquàm familiaris.

Vuula, seù columella, seù gurgulio, seù gargareon, vulgò zizinello, ad vocis modulationem multùm facit, vndè aliqui anatomici vocis plectrum appellant. Hæc minutula pars peculiares nonnullos patitur affectus, nempè laxitatem, tumorem, inflammationem, qui vocis sonoritatem depraùant; Vti etiam vlcere tentatur, vt plurimum à morbo Neapolitano, ore, præcipuè hìsce in nostris regionibus, & ab hac luevuula adesa tales orbantur ægri, quibus vocis moductio vnquam restitui potest. Huius pravi affectus multas perfecì curationes solo mercurij fumigio in parte, quo quandoque incassum adhibeo, solo aquæ viridis Ioannis Hartmanni illinctu sanationem absolui. Hæc aqua Adolescentulum in hipocausto à vulgaribus medicis ex guaiaco ligno, & falsa parilla decocta frustrà cruciatum, curauit, qui amissa columella, nunc superstes vocem claram, sonoram, expeditamque conseruat: sed horum deploranda est salus, nam qui vuula destituuntur phthisici moriuntur, quia aeris frigiditatem, ne subito in pulmonem irruat, moderatur.

Morbosa quoque est affectio linguæ cum à variis depraùetur causis, quæ etiam ad morbos similares, organicos, vel communes referuntur. Quò ad similares pertinet, humida intemperies cum materia connexa linguam molliorem, & laxiorem reddit, vt motus suos liberè exercere nequeat. Etiam nimia siccitas loquelam vitiat, vt contingit in febribus.

Morbi verò organici sunt, aucta magnitudo, & Galenus linguam vitio morbi in portentosam magnitudinem excreuisse, vt ore non caperetur, notauit. Pustulæ paruæ, fixuræ, tumusculi scirrhosi, scabrities, paralysis, Ranula, Carcinoma, quæ liberum linguæ motum impediunt.

Lingua in parte inferiori, in medio eius corpore ligamento valido, & membranoso ad robur, & habilitatem nectitur, cuius extremitas frænulum Anatomici appellant. Hoc in plurimis recenter natis adeò totam linguam alligat, vt diuelli obstetricis vngue (quod pernicie non vacat, nec admittendum) aut chirurgi scalpello soleat, nè suctioni, vel futuræ loquelæ impedimento sit, & vt liberè volui, atque moueri queat. Cæterum imperitè omnibus indifferenter infantibus intersecant, cum ex mille, quibus remansit, vix vnus balbutiat.

Denique communes morbi sunt, solutiones continui, seù vulnera eiusdem partis, vel apicis præcisio.

Lingua etiam adhuc alio tentatur morbo maligno, qui prunella dicitur, eò quòd lingua prunorum nigredinem, & colorem imitetur, superuenit hæc affectio ex febribus malignis, & pestilentibus.

Vox deprauatur, & imminuitur in catarrho suffocatiuo, ferino, & epidemico, vt etiam in raucedine; abolitur verò in ijs, qui muti ex toto nascuntur, alij morbosis causis repentè obmutescunt, alij à lingua resoluta, aut contracta, alij ab ictu capitis, externa vi, aut lapsu ex alto nonnulli ob dolorem stomachi, cordis, cerebri, oris, vterique cruciatus, &c.

Nasus denique ad vocem aliquid confert, & suas quoque patitur manes, vt est eius præcisio, vlcus, fætor, ozæna, carcinoma, polypus, sarcoma, erisypelas, gutta rosacea, lupus, noli me tangere, cancer, tentigo praua, coryza, siuè grauedo, hæmorrhagia, odoratus abolitus, &c. Ex omnibus suprædictis.

Oritur *Balbuties* eiusmodi linguæ vitium, quo laborat

borantes litteram R pronunciare nequeunt, vti etiã è verbis Ciceronis, patet, dicentis: *Cum ita Balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere.* Et alibi: *Ita Balbus erat, vt litteram R non posset dicere.* Quæ verba contra illos faciunt, qui eos balbos contendunt. Qui litteram S proferre non possunt, non sunt balbi, sed blæsi. Alij I, alij L, complures M pronunciare nequeunt, iuxtà morbi conditionem. Hæc morbosa affectio, vel est natiua, vt in pueris, qui ob nimiam humiditatem hoc affectu laborant, & ætatis progressu liberantur, quo superflua humiditas absumitur. In quibusdam verò temperies humida tota vita perseuerat, & illi perpetuò balbi remanent, de quibus agit Hyppocrates Aphor. 31. sect. prima his verbis: *Balbi ab alui profluuio diuturno maximè capiuntur.* Aliæ loquendi difficultates, sublatis causis, statim auferuntur. Sed *Obe tam satis est, ius prata biberunt.*

Ad nostra redeamus, illosque adolescentes admonebo, ne animos despondeant, quia ad altiora electi ad oratoriæ laudis palmam promerendam diriguntur, si forsan natura hoc vitio laborauerint.

Hoc vnicum, sed ideale exemplar Demosthenis, inducstremque medelam proponam, qui ad vitia oratorem deturpantia præseferenda in se vnum omnia natus videbatur; Namque primam litteram eius artis, cui totus obstinatè animum addixerat, cum dicere non posset ore insertis calculis, expeditè proferre didicit: humerum, quem sæpius inter dicendum attollebat, gladio superne appenso, vt eius metu iniecto, nè pungeretur, demisit. Actionem omnem ante speculum tanquam magistrum composuit, & etiam histrionem: Pectoris, & laterum angustias, sicut, & vocis exilitatem, & acerbitatem dilatauit, & ad sonoritatem perduxit. Per aspera, & aduersa loca vno spiritu plures versus recitare assuescens, sic tonare, non orare videbatur, locumque prouerbio fecit: *latera Demo-*

sthenis. Patientia durauit aures propè flumina obluctantium aquarum fragoribus obstrepentia declamans, vt in actionibus turba cum fremitu non interrumperetur. Hæc omnia, aliaque apud Plutarcum, Lucianum aliosque, in eius vita multò temporis spatio domi peregit, & nè aliqua occasio ad egrediendum impelleret capite semibraso, & barba se domi detinuit, eò tandem euectus est, vt ipsemet Cic. fateatur maiorem partem Demosthenis abesse, cum legimus, tantùm ei dedecori actio, vt illud Æschynis apud Plutarchum in apophth. demonstrat, quem relinquo. Ad summam industria Naturam vicit Demosthenes. *Præclarus est* (ait Val. Max. lib. 8 cap. 7) *cum rerum natura, & quidem victor abijt malignitatem eius pertinacissimo animi robore superando. Itaque alterum Demosthenem mater, alterum industria enixa est.* Nil tàm arduum, quod sedula industria vincere nequeat.

DE SOLOECISMO.

SOlœcismus est sermo contra artis grammaticæ regulas, qui contextum orationis deprauat. Dicitur à Solone, qui à Cræso discedens, & Ciliciam profectus, ibi Ciuitatem condidit, & à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit, in quam tempore interuallo, cum alieni populi accederent, vocem corruperant, & ab Attica lingua desciscentes Solœcizare dicti sunt, vnde tractum solœcismi verbum.

Solœcismus fit quatuor modis. 1. *Adiectione*, cum adijcimus aliquod contra grammaticæ præcepta, vt video cum oculis, ludo cum talis. 2. *Detractione*, cum aliquod eodem modo detrahitur, vt proficiscor tem-

Digitized by Google

templum, pro in templum, redeo agro, pro ex agro. Nè hoc fecit, pro nè hoc quidem fecit. 3. *Transmutatione*, cùm turbatur partium orationis ordo, vt quoque ego: Enim hoc voluit. 4. *Immutatione*, cùm vna pars orationis pro alia ponitur, vt stulti graue ferunt res aduersas, graue pro grauiter, nomen loco adcerbij.

Fit etiam solœcismus in cœteris partibus orationis. Similiter *per ea quæ cognata sunt*, ideſt eiusdem generis, vt eo illic pro illuc. Quid hùc agis? pro hic. Vter est doctior Franciscus, aut Antonius? aut pro an.

Fit denique per ea, quæ accidunt partibus orationis. 1. *Per genera*, vt læta vultu hospitem suscepit, pro læto vultu. 2. *Per casus*, vt vndè venis? Neapolim. 3. *Per numeros*, vt si vnum aduocans, dicas venite. 4. *Per personas*, vt si aliquem causa honoris ità alloquaris, accedat, sedeat, dicat quæso, pro accede, sede dic. 5. *Per modos*, peto vt dicis mihi pro dicas. 6. *Per tempora*, vt mox redeam, pro redibo. 7. *Per genera verborum*, cùm ponitur verbum actiuum pro neutro, &c. Proindè iure à primis submouit Ptolemon Sophistã certamini præsidens Histrionem tragœdiarum, qui in olympijs contra actionis præcepta peccauerat. *O Iuppiter* pronunciauerat, ostenta terra: *O terra* manu in Cælum erecta, non illepidè dicens. Hic nihil commisit solœcismum.

Dices. Quamplurimi modi solœcismi apud selectos auctores, & linguæ testes inuenimus: ergò vel isti in tale vitium deciderunt, vel vos malè dixistis: sed primum non potest dici: ergò secundum erit verum. Probatur antecedens ex Virg. Æn. 4 *Ipse Deum manifesto in lumine vidi intrantem muros, vocemque his auribus hausi. Hisce oculis vidi*; idem vitium, an quomodo superfluum videtur adijcere. Detraxit particulam, cæpit. Verr. 5. Cic. *Ridere* (ait) *conuiuam, cachinnare ipse Apronius.* Idem ad Att. lib. 6. *Statum, quæ ad opis*

per te posita in excelso est. Detraxit ædem. Transmutatione. Cic. vtitur cum dicit pro Cluent. *Animaduertere Iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes*, ordo erat; *in duas partes diuisam esse.* Immutatione vtitur Cic. ad Att. lib. 2. *Philotimus nullus venit*, & lib. 13. *Quam turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit*, pro non, & vita. Virg. 6. Aen. *Horrendis stridens*, pro horrendè.

Respondetur ex Quint. hæc figuratas loquendi formas esse, non verò solœcismi species; cum enim aliquid adijcitur *Pleonasmos* dicitur, aliqui omnimodò Pleonasmos, vt vitium adducunt, sed simpliciter falsum dicerem tunc vti poterimus, cum aliquam emphasim, & veluti quoddam exuberans testimoniũ videmur dicto adijcere veluti illam Virg. *his auribus hausi.* Terent. *hisce oculis vidi.* Frigidum tamen est scribo cum calamo, quod si his consimilia diceret nõ indignus simili Ciceronis responso euaderet vrbanè vellicauit Hircium dicentem nouem exactis mensibus filium in matris vtero latum fuit, cui Cicero: Quid aliæ matres in pænula ferre solent? vitium non erit, sed virtus, si sale adsperseris.

Eclypsis est, quæ aliquid ab oratione subtrahit, cauendum tamen, nè aliquod remoueatur, quod sententiam corrumpat, & aliquid orationis præcipuum membrum mutilet, id auferatur, ex quo potius dignitas, & venustas orationi imponatur hoc est proprium figuratæ locutionis.

Per *Hyperbaton*, & *Anastrophen* transmutatio euenit primum simplex ordinis structura inuertitur, vt in exemplo Cic. pro Cluen. Secundum, quando duorum verborum ordo peruertitur, vt nobiscum, mecum, &c. Vrbem quam statuo, pro quam vrbem statuo, hanc tene regulam, vt si duriusculè sonet sententia, non inferas orationi.

Enallage, cum vna orationis pars pro alia ponitur, quæ immutatio admittitur vti figurata, vt viuere pro vita

Digitized by Google

vita. Terent. in Andr. act. 4. *Ita facto opus est*, pro fieri. Alijs quoque modis Enallage committitur, nempè per modos. Terent. in Andr. act. 2. *Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris*, pro facies. Per tempora. Cic. in Verr. 3. *Vnum offende in tabulis, aut tuis, aut patris tui vicisti*, pro viceris. Per casus. Cic. pro Rosc. *Duo sunt isti Roscij, quorum alter Capitoni cognomen est*, pro capito. Per numeros. Plin. lib. 19. cap. 2. *In Africa maior pars terrarum non bibunt inopia imbrium* pro bibit. Itaque vsus, autoritas, orationis venustas, & splendor potest probare, quæ contra regulas artis sunt.

DE FIGVRIS CONSTRVCTIONIS.

Figura constructionis est apparens quædam dicendi incongruitas, vsu auctorum approbata, ratione excusabilis, causa breuitatis, & elegantiæ inuenta.

Figuræ constructionis sunt, Euocatio, Appositio, Syllepsis, Prolepsis, Zeugma, Synthesis, Antiptosis, Synecdoche, & Hellenismus.

DE EVOCATIONE.

Evocatio est reductio tertiæ personæ ad primam, vel secundam sine copula, vt *ego Fabius lego. Tu Petrus stabis. Nos Iuuenes scribimus. Vos pueri ludetis.*

Dicitur ab euocando, nam prima euocat ad se secundam, vel tertiam.

DE APPOSITIONE.

APpositio est coniunctio duorum substantiuorum in eodem casu sine copula, quorum vnum declarat alterum.

Fit tribus de causis, restringendæ generalitatis, vt *Vrbs Roma, arbor laurus, mensis September, fluuius Sibaris, animal equus* Remouendæ æquiuocationis, vt *comedi canem piscem.* Est æquiuocatio, quæ diuersa significat, vt *Leo animal, & signum cæleste. Canis animal, signum cæleste, & Piscis. Lupus quadrupes, & piscis.* Attribuendæ proprietatis, vt *Cicero Orator, Corydon pastor, Sicilia Insula.*

Nec refert, an substantiua illa eiusdem sint generis, & numeri; an diuersi vt *expecto filium meas delitias. Fuge mulieres auaris simum genus.* Virg. *Corydon ardebat Alexim Delitias domini.* Idem. *Quid meruere boues animal sine fraude dolisque.* Ouid. 1. Met. *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*

DE SYLLEPSI.

SYllepsis latinè conceptio, vel comprehensio, est adductio indignioris ad dignius.

Fit pluribus modis, sed præcipuè quatuor, genere, numero, persona, & casu.

Ge-

Digitized by Google

Genere, cum maſculinum concipit fœmininum, vel neutrum, vel vtrumque, & fœmininum neutrum, & adiectiuum ponitur in plurali, vt *pater, & mater ſunt boni. Rex, & Regina pij. Bos, & Iumentum ligati. Dominus, ſerua, & mancipium ſancti. Lena, & ſcortum impudicæ.* Si erunt plura inanimata, vel alterum ſolum animatum adiectiuū erit neutri generis, vt *penna, & atramentarium ſunt neceſſaria pueris. Honor, & gloria ſunt iucunda homini. Atramentum, & veſtis ſunt nigra.* Dicitur etiam, ſed rariſſimè, *honor, & gloria ſunt iucundi.* Lucanus. *Per vim ſunt leges, & plebiſcita coactæ.*

Numero, cum pluralis comprehendit ſingularem, ſed pluralis debet præcedere, & verbum cum eo concordare, vt *Diſcipuli, & præceptor ſtudent. Filij, & mater deambulant.*

Aduertendum, quòd ſi dixeris. *Diſcipuli cum præceptore ſtudent* non erit ſgura, cum nihil habeat incongruitatis. Si præcedit ſingularis eſt Zeugma, vt *mihi ſtudium, & nummi placent.*

Perſona, cum prima complectitur ſecundam, vel tertiam, vel vtramque; & ſecunda tertiam, vt *ego, & tu legimus. Ego, & ille currimus. Ego, tu, & Lælius ſtudemus. Tu, & Antonius inuidetis. Si tu, & Tullia lux noſtra valetis. Ego, & humiſſimus Cicero valemus.*

Caſu, cum nominatiuus concipit ablatiuum, vt *Scipio cum Ioanne diſputant.* ideſt Scipio, & Ioannes. Virg. *Remo cum fratre Quirinus iura dabunt.* ideſt Quirinus, & Remus.

Interdùm ſit perſonâ, & caſu ſimul, vt *ego tecum ſcripſimus. Ego cum ſeruo canauimus. Vos nobiſcum ridemus. Tu mecum præliabimur. Tu cum uxore altercamini.* Fit etiam genere, & caſu ſimul, vt *filia cum patre morigerati.* Virg. *Diuellimur indè Hyphitus, & Pelias mecum.* Cic. ad Att. lib. 7. *Ipſe cum fratre Capuam conſules adeſſe iuſſi ſumus.* Virg.

Ilia

Ilia cum laxo de Numitore fati. Sed vsitatius dicitur sine figura : *Scipio cum Ioanne disputat*. *Ego tecum scripsi*. *Ego cum seruo cenaui*. *Vos nobiscum videtis*. *Tu mecum præliaberis*. *Filia cum patre morigerata*. *Ilia cum laxo fata*.

DE PROLEPSI.

PRolepsis latinè præsumptio, siuè anticipatio; præmittit totum, cum quo verbum concordat; postponit partes non repetito verbo, vt *milites pugnant, alius ense, alius hasta, alius pugione, hic equester, ille pedester*. *Homines pallent, alius timore, alius amore, alius inuidia, alius fame*.

DE ZEVGMATE.

ZEugma latinè connexio, siuè adiunctio, fit cum pluribus substantiuis vnum verbum, vel adiectiuum deseruit, concordatque cum proximo, & fit quatuor modis, genere, numero, persona, & numero, & persona simul.

Genere, vt *erant illic genitor, materque mœsta, Mœse rubrum, & orientis Oceanus refertus est syluis*.

Numero, vt *tum rationes adductæ, tum authoritas tua me animio dolore deterruit*. *Tutatur fauor Aurialum, lachrymæq; decorę*.

Persona, vt *Sordent tibi munera nostra, nos quoq; Clinia seruulum misit, & ego nostrum Syrum*. *Prudens sisi delector ego, & tu*.

Nu-

Digitized by Google

Numero, & persona simul, vt *miro desiderio me verbis afficit, & omnes mei, tuque in primis. Mihi curæ est, vt tuipse, tuique omnes scire possint te mihi esse charissimum.*

Zeugma est triplex. Protozeugma, cum verbum, vel adiectiuum præponitur, vt *scripsi ego, & tu. Casta est mater, & filiæ. Roboant syluæ, & magnus olympus.*

Mesozeugma, cum verbum, vel adiectiuum interponitur, vt *Pater, mater est modesta, & filij. Frater, mancipium occisum est, & soror.*

Hypozeugma, cum verbum, vel adiectiuum postponitur, vt *ego, & tu scripsisti. Filiæ, & mater casta est. Socijs, & rege recepto. Pater, mater, & filij sunt honesti. Antonius, Antonia, & mancipium locutum est.*

Notandum, si aderit aduerbium similitudinis, vel comparationis concordabit cum remotiori, vt *ego, sicut fœnum, aruit. Tu velut pica, garris. Montes, sicut cera fluxerunt. Hoc tu prudenter, vt ego facisses. Ille proindè, vt tu, liber est. Ego melius ista, quam tu, facerem.* Idem fit per nisi, vel præterquàm, vt *nemo nisi stulti cachinnantur. Nullus præterquam effrontes, mentitur.* Terent. *Talem filium, nulla nisi tu, pareret.* Sed poetæ metri causa aliter quandoque, & figuratè loquuntur. Virg. *Nil hic, nisi carmina desunt.* Ouid. *Quid nisi secreta laserunt Phyllida Syluæ.*

Notandum. Est alioquì nouata dicendi forma, quam, nec syllepsim, nec zeugma propriè dixeris, sed est quoddam incertum, & innominatum figuræ genus, nisi mauis præposterum zeugma nuncupare. Liu. lib. 1. *Ego populusque Romanus populis priscorum latinorum bellum indico, facioque.* Plaut. ad Cic. *Amor tuus, ac tudicium de me vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum, ac voluptatis quotidiè sit allaturus, non facilè dixerim Iulius obsequens. Cœlum, ac terra ardere visum.*

DE

DE SYNTHESI.

Synthesis, est cum verbum, vel adiectiuum discordat in voce ab eo, cui redditur, & concordat in sensu, vt *Populus clamant. Turba ruunt. Pars in frustra secant. Rosa pulcher.*

Fit quatuor modis, in genere, numero, in genere, & numero simul, & in numero, & persona simul.

In genere, vt *vbi est scelus, qui me perdidit. Capita coniurationis sunt cæsi, & securi percussi. Præneste sub ipsa*, ideſt Ciuitate. *Transtulit in Enuchum suam*, ideſt comœdiam.

In numero, vt *pars vrbem petunt finitimam. Turba ruunt. Venetia est celeberrima. Missi magnis de rebus vterque legati.*

In genere, & numero simul, vt *gens armati. Plebs superbi. Subeunt Tegea iuuentus. Auxilio tardi. Pars hominum validi turres, & mœnia scandunt.*

In numero, & persona simul, vt *huc omnis turba coimus. Populus superamur ab vno. Magna pars studiorum amœnitatem quærimus. Vterque complexi mus mensuram.*

Præterea erit Synthesis, si cum significato plurium copulatorum singularis numeri concordabit verbum numeri pluralis, vt *Cicero, ac Terentius latinam nos docent linguam.* Virg. Æn. 12. *Fors, & virtus miscentur in vnum.*

DE

DE ANTIPTOSI.

ANtiptosis pen. pro. est casus pro casu positio, vt *alienis rebus curas*, pro alienas res. In soluta oratione fugienda, ac poetis relinquenda. Est tamen quædam vsque adeò ab oratoribus vsurpata, vt omnibus liceat, & elegans habeatur, vt *id genus*, pro eius generis, *omne genus*, pro omnis generis. *Id ætatis*, pro eius ætatis. *Pendeo animi*, pro animo, *quot hominum litigant*, pro quot homines.

Est, & illa antiptosis, si antecedens cuiuscumque casus in relatiui casu ponatur, vt *Scaptius, qui fuit in Cappadocia, puto esse satisfactum*, pro scaptio. *Naucratem, quem conuenire volui, non erat in naui*, pro Naucrates. Sed comptior multò, ac elegantior est si relatiuum præponatur, subsequatur antecedens, vt *qui tibi est liber, ego emeram*. Sulp. ad Cic. *Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare*. Terent. *Populo, vt placerent, quas fecisset fabulas*. Quid. *Cecidere manu, quas legeras herbas.*

Fit omnibus casibus. In nominatiuo. Virgil. *Proijce tela manu sanguis meus*, pro mi. In genitiuo. Virg. *Cerealiaque arma expediunt fessi rerum*, pro rebus. Terent. *Quid faciam mei*, pro de me. Datiuo. Terent. *commigrauit huc vicinia*, pro ad hãc viciniam. Accusatiuo Pomp. *Quot lætitias inspiratas modò irrepsere mihi in sinum*, pro lætitiæ. Vocatiuo. Pers. *Censoremue tuum, vel quod Trabeate, salutas*, pro Trabeatus. Ablatiuo. Virg. 10. Æn. *Hæret pede pes* pro pedi. Terent. in Eun. *quid illo faciemus, pro illi.*

Nec sunt nobis huiusmodi orationes liceæ, nisi in similibus operibus, & æquè parce. Imò nisi au-

tho-

thoritatem pro ratione excusante habeamus, erit solœcismus.

DE SYNECDOCHE.

SYnecdoche fit cum tribuimus toti, quod est partis. Fit per verbum passiuum cum accusatiuo, vt *moueor manum*. *Polluor faciem*. *Satiatur ventrem*, idest habeo manum motam, faciem pollutam, & habet ventrem satiatum. Virg. *Expleri mentem nequit*. Lucanus. *Pluribus ille notis variatam tingitur aluum*.

Fit per neutrum effectiuum cum accusatiuo, vel ablatiuo, vt *caleo manus*, *frigeo pedes*, *doleo stomacho*, *rubeo facie*.

Fit per adiectiuum cum accusatiuo, vel ablatiuo, vt *Æneas os*, *humerosque Deo similis*, idest habens os, & humeros similes Deo. *Nudus pedem*, *vel pede*. *Nigra oculos*, *vel oculis*. *Flaua capillos*, *vel capillis*. *Albus dentes*, *vel dentibus*.

Fit per participium præteriti temporis cum accusatiuo, vel ablatiuo, vt *sinus collecta fluentes*. *Redimitus tempora lauro*. *Deiectus animum*, *vel animo*. *Mulier succinta vestem*, *vel veste*. Vtuntur ea sæpè poetæ, rarò Historici, nunquam Oratores.

DE HELLENISMO.

HEllenismus, vel Græcismus est locutionis forma, quæ in Latium translata græcanicæ sta-

taxis leges seruat, pluribus modis contingit.

Primò, cum latia syntaxis non obseruatur, sed græcanica. Lucce. Cic. lib. 5. epist. 4. *cum scribas, vel agas aliquid eorum, quorum consuetisti, gaudeo.* Virg. 2. Æn. *Iustitiæ nè prius mirer, belli, nè laborum.* Horat. lib. 2. od. 9. *Desine mollium Tandem querelarum.* Sic etiam, quia græci infinito loco gerundiorum, & supinorum vtuntur, latij poetæ ipsos sectantes infinito quoque vtuntur loco gerundiorum, & supinorum. Virg. Georg. 1. *Fœlix ponere vites*, scilicet ponendis vitibus. Sic in gerundio in dum cum verbis motus. Horat. lib. 1. od. 2. *Omne cum Proteus pecus egit altos, Visere montes.* scilicet ad visendum. Cum adiectiuis facilis, promptus, &c. propriè apud poetas est vsus, & cum adiectiuo paratus etiam apud Oratores. Horat. lib. 3. od. 21. *Segnes non dum soluere Gratia.* Virg. ecl. 7. *Et cantare pares, & respondere parati.* Cic. pro Quint. *Id quod parati sunt facere.* Et lib. 15. epist. 4. *Pericula subire paratissimus.* Similiter in gerundio in Di. Virg. Æn. 2. *Nec sit mihi cura mederi.* Cum adiectiuis etiam. Aen. 4. *Doctus sagittas tendere.* Iungitur quoque cum substantiuis præcipuè apud historicos. Liu. lib. 30. *Tempus est aut pacem componi, aut bellum nauiter geri.* Cæsar. 7. bell. Gall. *Consilium cepit omnem à se equitatum noctu dimittere,* & apud Cicer. in Top. legimus, *Sed iam tempus est ad id, quod instituimus accedere.* Idē in supinis accidit. Virg. Ecl. 5. *Tum dignus amari.* scilicet amatu.

Secundò fit cum aliqua particula subintelligitur. Virg. Aen. 2. *Os, humerosque Deo similis,* scilicet secundum. Sic etiam *flaua comas,* scilicet comis, vel secundum comas, *fidens animi,* scilicet animo. *Noli certare duobus,* scilicet cum duobus.

Tertiò, si adiectiuum neutrum masculino, vel femenino substantiuo iungatur. Virg. Ecl. 4. *Triste lupus stabulis.* Æn. 4. *Varium & mutabile semper Faminea.*

Cic.

Cic. lib. 6. epist. 12. *Cum omnium rerum mors sit extremum.*

Quartò, in declinatione, vt *Arcades* genitiuus pro Arcadis. *Platona* accusatiuum pro Platonem, sic *Arcades* pluralis accusatiuus pro Arcades.

Hellenismus est forma illa Sallustiana in Iugurt. *Quod si iure despiciunt me,* (dicebat Marius in or.) *faciant idem maioribus suis,* quem locum multi depra-uarunt hoc non aduertentes: Illud dicere voluit, *faciant*, scilicet idem, quod maiores sui fecere. Similiter dixit Lucretius lib. 2. *Animalia cum sint. Atque animalibus sint mortalibus vna eademque* pro vnum, & idem, quod animalia mortalia sunt. Et lib. 3. *Sceptra potitur eadem aliis sopitus quiete est,* pro eadem, ac alij, & lib 4. *nempè eadem facit, & scimus facere omnia turpi,* pro eadem quæ turpia, & Horat. lib. de Art. poet. *Inuitum, qui seruat, idem facit occidenti,* pro idem, ac si occideret.

DE OSCVRITATE ORATIONIS.

OBscura redditur oratio inusitatis vocibus, vt *antigerio* pro valdè, *topper* pro citò *Acyron*, siue *improprietas* est hæc, *calorem audio, video sonum. Circumscriptio inutilis, est* cum proprio nomine abutimur, vt si dicamus *sanguine cassam, terriginam, domi portam, potiusquam Cocleam.* Hæc *Periphrasis* dicitur, qua poetæ vtuntur, sed cum iudicio. *Homonymia* est in voce apta ad plura, vt *Taurus.* nescitur, *an mons, signum, cæleste, animal, an radix. Amphibolia* est in sermone, vt *omnes socrus oderunt nurus. Longa Parèthesis* obscurat, nam sensum interrumpit, animumque diuertit. *Synchisis*, cum verborum sedes malè inuertitur, vt *Auit penè Macros, dum turdos versat in igne* pro *penè si Macros, dum turdos versat in igne.*

DE

DE INVENVSTA ORATIONE.


Pleonasmus, seu *Macrologia* fit cum sermo est superfluus, Liu. lib. 6. *Legati non impetrata pace retro domum vnde venerant, abierunt. Tautologia* est iteratio inutilis verbi, *Battologia* etiam dicitur a Battо pastore lyrico poeta idem semper recinente, quem exprobrat Ouid. 2. Met. *Sub illa montibus inquit erat, & erant sub montibus illis. Cacophaton*, seu *Asyntheton* est, quando particulam cum n. sequitur. Arist. 1. *Numerorum cum nouibus aquas. Pleonasmus* est vitium, nisi vertur quis, vt diximus. *Tapinosis est*, cum rei dignitas, vel magnitudo diminuitur, vt cum *Sacrilegum, Parricidam*, hominem nequam vocamus. *Cacophonia* fit ex concursu vocalium, præcipuè similium, vt *resistite aeternitati imperium. Aspera fit* oratio concursu consonantium, vt *Rex Xerxes superauit. Obtusa*, si ab eadem parte incipiat, sequens dictio, à qua prior desinit, vt illud Cic. *O fortunatam natam. Inquit* denique, cum plures voces in idem exeuntes addensantur, quæ dicitur *Homœoptota*, vt illud Ennij, *Marentes, flentes, lachrymantes, acmiserantes.*

Hactenus hæc scripsisse meæ fuit opellæ, quæ non ex aliorum labore tumultuaria quasi opera collecta, aut scripta fuisse, qui non videbit erit nemo; turpe, pudendumque semper duxi ex aliena industria gloriam quærere, nec bonum otium in hac re conterere piguit, imò in hæc potissimùm inuigilasse meritò cõsilium fuit, quippè qui nec meliorem, nec iucundiorem fructum præcepturos adolescentes præsenti. Vosmetipsi plenum testimonium reddere poteritis, qui in hæc mei laboris primitias animum, ingeniumque intendere non dedignati estis: quàm aeriora nunc vestra euaserint ingenia vos fateri liberè poteritis, vel in qualibet nostræ grammaticæ parte rationibus educati, non sub grægaria tot, tantorumque auctorum

turba tenebras potius offusa è triuijs petita normas, quàm lumen latinæ linguæ allata instituti estis, & exculti; Etenim quæ vestræ vtilitati tradidi præcepta non vulgari industria delegimus, & vndique conquisiuimus, nec vt passim sors tulit nostro huic libro intrusimus, sed quodque suæ sedi aptè locaui, vt hæc excepturis promptior via sterneretur, nè parum sani iudicij apud vos haberer. Itaque bono esse animo, nam hoc veluti nutrimento ingenia imbuti grauioribus, nè dum auctorum lectionibus, verùm disciplinis mancipari fæliciter eueniet, & ad altiora euehi vestræ laxabitur potestati. Me verò, qui nunc primus lapidem moui ad grauiora lacessere, si hos labores probaueritis, vestræ erit magnificentiæ, quòd si forsan quid minus rectum fluxerit nullum fore peccatum existimauerim, vbi nullius exemplum me excitauerit. Vtcumque erit, si quid boni interlucebit Deo Optimo Max. acceptum refero, cui

INSCRIBATVR; QVI NOBIS HÆC OTIA FECIT,
ET DECVS, AC HONOR OMNIS, LAVDES GLORIA

FINIS.



Digitized by Google

I. C.

Ad Auctorem

CAROLVS MVSITANVS.

Anagr. puriſſ.

LAVRO, SIC NATVS SVM.

Dodecaſtichon.

QVod bellum? quis leſe infert? quibus inclytus armis,
Et claro Latium nomine, victor init.
At ſunt bella Theſei; calamus ſit bellicus enſis,
Pro clypeo tendit CAROLVS atque librum.
Perdita quæque ruit; quæ ſuſa miſerrima turba eſt;
Strata ſimul monſtrant, vel duo Monſtra, duces.
Hic ſtupida, Ingenio ſuperata Inſcitia, tanto;
Preſſa illo miſerè degener Invidia.
Non modo Mars, & Amor: vel habet ſua caſtra Minerua;
Quæ gerat arma, hoſtes, quos bene vincat, habet.
Ergò immortali SIC NATVS, CAROLE, LAVRO
Iure es; iure geras, iure perennis oues.

Aliud Anagr.

Dominus Carolus Muſitanus, Ciuitatis Apruſi.

Puriſſ.

Studioſus Latium ſcrutans: vnica promit, ſua.

Digitized by Google

ODE

Viribus quidquid premitur superbi
Temporis; sedes habuit perennes
Nulli Vis, Virtus, cecidere vero
Falcibus Ævi.
Sic videas agri segetem feracem,
Quæ modo Regis rigidique, diri,
Arx fit: eventa variando formam
Vertitur Aulam.
Turris en fortis videas cacumen,
Quod conscia fulgeribus minantes,
Iam quati, solo celeri ruina
Fulminis ictu.
Sed quid? audaces iterare tentat
Forsan insultus, cecidere nunquam
Dona Parnassi bifidi decora
Omine Phœbi.
Certius certe fore gratiora,
ISTA, quæ promit SOBOLES MINERVÆ.
Nam ne Musarum fore MVSIPHANVM.
Nescis Alumnum?
Ecce, jam Musæ Latiæque honores
Reddit, aurata ratione, pulcros
Rebus obstrusis referendo lucem
Stamine tenuo.
Illa suspenso puerile more
Litium grato decorata risu
Secta præcunctis rapit, & venusta,
Et decus omne.
Nunc meret certe memoretur altas
Illa virtutes, DVCETE, & referri
Tutet, quando tuus inquit inde
Æthera fastis.

Ferdinandus Compagnone.

Digitized by Google

IN COMMENDATIONEM LIBRI.

Epigramma.

RVmpe moras quisquis virtutum culmina tendis;
Parnassique cupis pellere fonte sitim.
Huc age; iam Musæ Latiæ thesaurus habetur,
Aurea quo inuentum dogmata turba capit.
Nam docet, & miscet (mirum) præcepta Sophorũ,
Atque vnit fructus cum lapsoque sophis.
Si sapis ergò cohors iuuenum iam munera carpe,
Quæ Musarum porrigit; atque bape.
Hoc duce Castalios poteris sic pergere fontes
Mater: iam menti sollicitando tuæ
Tempora prætereunt, fluctans mare labitur æuo,
Attamen in tuetur illa benigna latet.

Ferdin. Compagnone.

D. CAROLO MVSITANO VIRO DE RV, manis artibus bene merenti.

A. C.

O. D. E.

INcognitos, & rupibus inuios
Calcare calles omnibus haud datur,
Præluceat cæptis secundus
Nestio quis Deus, & potestus.
Mentem superne deuehens agat.
Perliberum sic Dædalus aera
Se credidit pennis, viamque
Syderibus quoque præparauit.
Nec æquor ignotum, irrequietaq;
Fræta abiq, nullo rumpere sydere

Pup-

Puppi citata ausus fuisset
Auspicio Danaus secundo,
Indoctaq; Argi littora tangere
Carina. Primus pandere carbasa
Nec Tiphys exlegi profundo
Et noua dicere iura uentis.
Nec regna Ditis squalida luctibus
Inhabilisque vndam immemorem stygis
Videre bis fas Herculi esset,
Tænarium quoq; ianitorem
In vincla dextra ducere territum.
Quis ergò ad hæc te præposuit Deus,
Quis peragenda ò Musitane?
Ac honor, & decus omne sæcli.
Certè hisce cæptis Genius adfuit
Acuminatas dum artibus alligas
Formas, & enthymema curtum,
Atque rotatum agitas dilemma.
Tu primus æquis cælitibus magis
Occulta linguæ mente subis tua
Sedes, & inter iam Lycæi
Ausoniæ residere musæ.
Iocosa, sed quò progrederis lyra?
O pone finem, & desine, desine
Hæc Mincia musa canenda,
Tam tenui resonare buxo.

Eiusdem Ode.

EXperet, ò quam? posteritas Musitane decenti
Officio hos penitare labores,
Lætaq; cernabit per sæcula tollere cælo
Laudibus immortale vicissim.
Nomen. Acidalia donandus frondis honore
Certè; cedro scribere digna.
Ausus quam bellè. Qui iurgia docta Stagiræ
Artibus ingenuis religasti.
Eloquij formas certa ratione doceri

Et opus omne tuum: prius vnquam.
Cognouisse fuit causam qua lingua niteret
Hæc Latij, stabantq; profundo
Cuncta sinu demersa, nec alta silentia primus
Rumpere, vel quicquam fuit vlli.
O ter foelices, ac amplius ausigit esse
Nobis! ecquæ læta tulerunt.
Sæcula! forsq; hilari arrisit, quæ splendida fronte!
Rudibus exuuijs spoliata.
Præsens hæc nostra ætas iam iam cuncta reuisit:
Omnia nunc noua; quæ addita prisci.
Sæclis sunt, numero prope cernimus omne carere;
Ingenium quot protulit artes!
Concita tormentis pila ardet, conterit vrbes.
Eminus æterna æra liquescunt.
Nunc ludunt telæ varia fugiente figura:
Nec vultus tot Ianus habet, nec
Proteus induit ora. Insignes prisca vetustas,
Nunc Zeuxes celebrare decet nunc
Parrasios, nunc Protagoras, aliosque verendos
Fama; nunc committe tabellas.
Threicia iam tenduntur testudine fila
Nunc melius; dum doctior arte
Facta manus iam homines, non auritas sibi quercus
Ducit. Nec compacta cicutis
Fistula Semicapri Tegæi personat antris
Plus dulci modulamine Musæ.
Dant melius melicos Hydraulica nostra sonores;
Di Superi fugientibus Æuis
Quidnon concesserel Ratem tam Nauita laxam
Vix propria deduxit arena;
Post audax vidit retrò sua littora puppis,
Ac ignotas appulit oras;
Sed dubio curlu læthi tentauit iniquos
Cæca sinus, rapidisque procellis
Illicò iactata iratis immergitur vndis.
Non ducentis plaustra Bootæ
Ortus, & occasus norat septemq; sororum

Nim;

Nimboſum agmen: Cæcus Orion
Et triſtes Hyades, ſydus madidumque capellæ
Olenię nec nomen habebant.
Cæcus inexpertum currebat Nauita pontum.
Quò Boreas gelidus rapiebat
Quò Vulturnus iactabat, quò nubilus Auſter,
Ibat quàm malè tuta carina.
Theſſala ſed pinus velo dare iura ſonoris
Fluctibus edocuit, ventoſq;
Captare. at nequicquam vaſto clauſtra profundo
Præruptis ſic montibus altis
Herculea ſtatuiſſe manu fuit, atq; laborum
Non tangendas figere metas.
Iam nunc cymba leuis tutum iam peruolat æquor
Inconſtans tenet Adria leges;
Nec pauet ignotas vndas benè firma carina
Dum ſibi tutò nautica pyxis
Omne regit non tactum iter, & Cynoſura recuruæ
Prælucet fidiſſima proræ.
Quot veteri acceſſere Orbi nunc Inſulæ, & Vrbes
Quotque noui reteguntur, & Orbes
Expectata diù venerunt ſæcula, ſub queis
Non ſit terris vltima Thule.
Diſruptæ Oceani valuæ patet infima tellus,
Ingenio ſit peruius Orbis
Incomperta prius detexit ſydera Cœli
Nunc Teleſcopium, maculaſque
Inſpexitque nouas Phœbi, Lunæque labores.
Sed quis? quis numerabit arenam?
Fœlices ſumus; at venient his ſæcula ſæra
Ætatis non inuida noſtræ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TECNICHE D'INTERVENTO

- Collazione e numerazione a matita;
- Smontaggio e spolveratura delle carte;
- Lavaggio in acqua a 40° e deacidificazione in soluzione acquosa di bicarbonato di calcio, di tutte le carte;
- Misurazione del ph su pag. 239, prima 3, dopo 6 ;
- Rinforzo delle carte con soluzione acquosa (1 o 2%) di Tylose Mh300p;
- Restauro con carta giapponese n° 502, 504, 517 e 660 (ditta Vangerow);
- Cucitura con refe;
- Cordoni su canapa;
- Capitelli cuciti su striscie di pelle allumata, con filo neutro;
- Cartone adatto alla conservazione, non acido (ditta Vangerow);
- Indorsatura con carta giapponese;
- Pergamena di agnello (ditta Bioletti);
- Adesivo per il restauro delle carte: Tylose Mh300p al 4% in soluzione acquosa;
- Adesivo per la legatura: Tylose Mh300p al 4% + Vinavil 59 al 15%;
- Realizzazione di un contenitore per la conservazione della coperta (ditta C.P.R. di Roma).

Laboratorio di restauro ROSSI FRANCESCA - Ardea (RM) - Anno 2005

Digitized by Google

Digitized by Google